



31761079765798

31761079765798
UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

Toronto University Library

Presented by

Mess^{rs} Joseph Boer & Co.
through the Committee formed in
The Old Country
to aid in replacing the loss caused by
The disastrous Fire of February the 14th 1890

LL
L7888 K

LIVY

(T. LIVII PATAVINI)

HISTORIARVM LIBRI

QVI SVPERSVNT OMNES
ET DEPERDITORVM FRAGMENTA

EX RECENSIONE

ARN. DRAKENBORCHII

PASSIM REFICTA

CVM INDICE RERVM LOCVPLETISSIMO

ACCESSIONE

PRAETER VARIETATEM LECTIONVM
GRONOVIANAE ET CREVIERIANAE
GLOSSARIVM LIVIANVM

CVRANTE

AVGVSTO GVILIELMO ERNESTI

EDITIO QVARTA

RECOGNITA - ET IN LIBB. XXXI — XXXVIII ATQVE XLI —
XLV AD CODD. BAMBERGENSIS ET VINDOBONENSIS FIDEM
EMENDATA

AB

IOANNE THEOPHILO KREYSSIGIO

TOMVS QVARTVS

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

G. REIMER

MDCCCXXVII.

1448
11891

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM LIBRI

QUI SUPERSUNT OMNES.

TOMUS QUARTUS.



Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

T. LIVII PATAVINI

H I S T O R I A R U M

A B U R B E C O N D I T A

L I B E R X L I.

EPI TOME LIBRI XLI.

Ignis in aede Vestae extinctus est. Ti. Sempronius Gracchus proconsul Celtiberos victos in deditio nem accepit, monumentumque operum suorum, Gracchurim oppidum in Hispania constituit. Et a Postumio Albino proconsule Vaccae i ac Lusitanis subacti sunt, uterque triumphavit. Antiochus, Antiochi filius, obses Romanis a patre datus, mortuo fratre Selenco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriae ab urbe¹⁾ dimissus, praeter religionem, qua multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Iovis Olympii, et Antiochiae Capitolini, vilissimum regem egit²⁾. Lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta sexaginta³⁾ tria millia ducenta no nagi na⁴⁾ quatuor. Q. Voconius Saxa tribunus plebis legem mullit, ne quis haeredem mulierem institueret. suasit legem M. Cato. exstat oratio eius. Praeterea res contra Ligures, Istros, Sardos, et Celtiberos, a compluribus ducibus prospere gestas, et initia belli Macedonici continet, quod Perseus, Philippi filius, noliebatur. miserat enim ad Karthaginenses legationem, et ab is nocte audita erat: sed et alias Graeciae civitates sollicitabat⁵⁾.

1) ab urbe del. Gron.

2) praeter religionem, qua multa templa -- vilissimum regem egit del. Gron. c. Drak.

3) septuaginta Gron. Crev.

4) quadraginta Ea ed.

5) add. qui praeter religionem, quod quam multa templa -- vilissimum regem egit Gron. c. Drak.

* * *

U. c. 574. a patre in pace habitam armasse, eoqe iuventuti
a. C. 178. praedandi cupidae pergratus esse dicebatur.

Consilium de Istrico bello quum haberet consul, alii gerendum extemplo, antequam contrahere copias hostes possent, alii consulendum prius senatum censemabant. Vicit sententia, quae diem non proferebat. Profectus ab Aquileia consul castra ad lacum Timavi posuit; (inminet mari is lacus) eodem^{a)} decem navibus C. Furius duumvir navalis venit. Adversus Illyriorum classem creati duumviri navales erant, qui tuendae viginti navibus maris superi orae Anconam^{b)} velut^{c)}, cardinem haberent: inde L. Cornelius dextralitora usque ad Tarentum, C. Furius laeva usque ad Aquileiam tueretur. Eae naves ad proximum portum in Istriam fines cum onerariis et magno conmeatu missae: secutusque cum legionibus consul quinque ferme millia a mari posuit castra. In portu emporium brevi per frequens factum, omniaque hinc in castra subportabantur. et, quo id tutius sieret, stationes ab omnibus castrorum partibus circundatae sunt: in Istriam versus^{d)} praesidium stativum, repentina cohors Placentina, obposita inter mare et castra: et, ut idem aquatoribus ad fluvium esset praesidium, M. Aebutius tribunus militum secundae legionis duos manipulos militum adiicere iussus est. T. et C. Aelii tribuni militum legionem tertiam, quae pabulatores et lignatores tueretur, via, quae Aquileiam fert, duxerant. Ab eadem regione mille ferme passuum castra erant Gallorum: Catmelus^{e)} pro regulo erat tribus haud^{f)} amplius millibus armatorum.

a) posuit imminet. mari is lacus. Eodem etc. Gron. Grev.

b) qui tuendam viginti navibus mari superiori Anconam, posito post Anconam commate, Eaed. c. Drak.

c) veluti Gron. Crev.

d) in Istriamque suum Eaed. c. Drak.

e) Carmelus Gron. Crev.

f) aut Gron.

II. Istri, ut primum ad lacum Timavi castra sunt U. c. 574.
 Romana mota, ipsi post collem occulio loco consede- a. C. 78.
 runt; et inde obliquis itineribus agmen sequebantur,
 in omnem occasionem intenti: nec quidquam eos,
 quae terra marique agerentur, fallebat. Postquam
 stationes invalidas esse pro castris, forum turba in-
 ermis^{g)} frequens inter castra et mare mercantium, sine
 ullo terrestri aut maritimo munimento, viderunt; duo
 simul praesidia, Placentinae cohortis, et manipulo-
 rum secundae legionis, adgrediuntur. Nebula matu-
 tina texerat inceptum: qua dilabente ad primum te-
 porem solis, perlucens iam aliquid, incerta tamen, ut
 solet, lux, speciem omnium multiplicein intuenti red-
 dens, tum quoque frustrata Romanos, multo maiorem
 iis, quam erat, hostium aciem ostendit. qua territi
 utriusque stationis milites ingenti tumultu quum in
 castra confugissent, haud paullo ibi plus, quam quod
 secum ipsi adtulerant, terroris fecerunt. Nam neque
 dicere, quid fugissent, nec percunctantibus reddere
 responsum poterant: et clamor in portis (ut ubi nulla
 esset statio, quae sustineret inpetum) audiebatur: et
 concursatio in obscuro incidentium aliorum in aliq[ue]
 incertum fecerat, an hostis intra vallum esset. Una vox
 audiebatur ad mare vocantium. Id forte temere ab
 uno exclamatum totis passim personabat castris. Ita-
 que primo, velut iussi id facere, pauci armati, ma-
 ior pars inermes, ad mare decurrunt: dein plures,
 postremo prope omnes, et ipse consul; quum, frustra
 revocare fugientes conatus, nec imperio, nec auctori-
 tate, nec precibus ad extremum, valuisse. Unus re-
 mansit M. Licinius Strabo, tribunus militum tertiae
 legionis, cum tribus signis ab legione sua relictus.
 Hunc, in vacua castra inpetu facto, Istri, quum alias
 armatus iis nemo obviamisset, in praetorio instruuen-
 tem atque adhortantem suos obpresserunt. Proelium

g) eorum turba inermis Gron. Crev. c. Drak.

U. c. 574. atrocius, quam pro paucitate resistentium, fuit: nec
a. C. 178. ante finitum est, quam tribunus militum, quique circa
eum constiterant, interfecti sunt. Praetorio deiecto,
direptis, quae ibi fuerunt, ad quaestorium forum quin-
tanamque hostes pervenerunt. Ibi, quum omnium
rerum paratam expositamque copiam, et stratos le-
ctos in quaestorio invenissent, regulus ad cubans epu-
lari coepit. mox idem ceteri omnes, armorum hosti-
umque oblii, faciunt: et, ut quibus insuetus libera-
lier victus esset, avidius vino ciboque corpora onerant.

III. Nequaquam eadem est tum reiforma apud Ro-
manos: terra, mari trepidatur: nautici tabernacula de-
tendunt, commeatumque in litore expositum in naves
rapiunt: milites in scaphas et mare territi ruunt: nau-
tae, metu ne compleantur navigia, alii turbae obsi-
stunt, alii ab litore naves in altum expellunt. inde
certamen, mox etiam pugna cum vulneribus et caede
in vicem militum nautarumque oritur, donec iussu
consulis procul a terra classis submota est. Secerne-
re inde inermes ab armatis coepit. vix mille ducenti
ex tanta multitudine, qui arma haberent, perpauci
equites, qui equos secum eduxissent, inventi sunt.
cetera deformis turba, velut lixarum calonumque,
praeda vere futura, sibelli hostes meminissent. Tunc^{h)}
demum nuncius ad tertiam legionem revocandam, ei
Gallorum praesidium: et simul ex omnibus locis ad
castra recipienda demendamque ignominiam rediri coe-
ptum est. Tribuni militum tertiae legionis pabulum
lignaque proiecere iubent: centurionibus imperant, ut
graviores aetate milites binos in ea iumenta, ex quibus
onera deiecta erant, inponant: equites utⁱ⁾ singulos e iu-
venibus pedites secum in equos tollant. Egregiam glo-
riam legionis fore, si castra, metu secundanorum amis-
sa, sua virtute recipient: et recipi facile esse, si in pae-
da occupati barbari subito obprimantur: sicut ceperint,

h) tum Crev.

i) equites, ut Gron. Crev.

posse capi. Summa militum alacritate adhortatio au- c. 574
dita est. Ferunt citati signa, nec signiferos armati^a *C. 178.*
morantur: priores tamen consul copiaeque, quae a
mari reducebantur, ad vallum accesserunt. L. Atius,
tribunus primus secundae legionis, non hortabatur
modo milites, sed docebat etiam, Si victores Istri, qui-
bis armis cepissent castra, iisdem capta retinere in ani-
mo haberent, primum exutum castris hostem ad maro
persecuturos fuisse, deinde stationes certe pro vallo ha-
bituros. vino somnoque verisimile esse mersos iacere.

IV. Sub haec A. Baeculonium signiferum suum, notae fortitudinis virum, inferre signum iussit. Ille, si unum se sequerentur, quo celerius fieret, facturum^{k)} dixit: connisusque, quum trans vallum signum traieceret, primus omnium portam intravit. Et parte alia T. et C. Aelii, tribuni militum tertiae legionis, cum equitatu adveniunt, confestim, et quos binos oneraria in iumenta inposuerant, secuti, et consul cum toto agmine. At Istrorum pauci, qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugae; aliis somno mors continuata est: integraque sua omnia Romani, praeterquam quod vini cibique absumtum erat, receperunt. Aegri quoque milites, qui in castris relictii fuerant, postquam intra vallum suos senserunt, armis adreptis, caedem ingentem fecerunt. Ante omnes insignis opera fuit C. Popillii^{l)} equitis. Sabello cognomen erat. is, pede saucio relictus, longe plurimos^{m)} hostium occidit. Ad octo millia Istrorum sunt caesa, captus nemo, quia ira et indignatio inmemores praedae fecit. Rex tamen Istrorum, temulentus ex convivio, raptim a suis in equum inpositus, fugit. Ex victoribus ducenti triginta septem milites perierunt, plures in matutina fuga, quam in recipiendis castris.

V. Forte ita evenit, ut Cn. et L. Gavillii, novelli Aquileienses, cum commeatu venientes, ignari prope

k) *iacturum* Crev.

m) *plurimum* Eaed.

l) *Popilii* Gron. Crev.

U. c. 574. in capta castra ab Istris incidarent. Ii, quum Aquileiam, relicitis impedimentis, refugissent, omnia terrore ac tumultu, non Aquileiae modo, sed Romae quoque post paucos dies, inpleverunt: quo, non capta tautum castra ab hostibus, nec fuga, quae vera erant, sed perditas res deletumque exercitum omnem, adlatum est. Itaque, quod in tumultu fieri solet, delectus extra ordinem, non in urbe tantum, sed tota Italia, indicti. Duae legiones civium Romanorum conscriptae, et decem millia peditum cum equitibus quingentis sociis nominis Latini imperata. M. Junius consul transire in Galliam, et ab civitatibus provinciae eius, quantum quaeque posset, militum exigere iussus. Simul decretum, ut T. Claudius praetor militibus legionis quartae, et socium Latini nominis quinque millibus, equitibus ducentis quinquaginta, Pisas ut convenienter, ediceret; eamque provinciam, dum consul inde abesset, tutaretur: M. Titinius praetor legionem primam, parem numerum sociorum peditum equitumque, Ariminum convenire iuberet. Nero paludatus Pisas in provinciam est profectus. Titinius, C. Cassio tribuno militum Ariminum, qui praeesset legioni, misso, delectum Romae habuit. M. Junius consul, ex Liguribus in provinciam Galliam transgressus, auxiliis protinus per civitates Galliae militibusque coloniisⁿ⁾ imperatis, Aquileiam pervenit. Ibi certior factus, exercitum incolument esse, scriptis literis Romam, ne tumultuaruntur, ipse, remissis auxiliis, quae Gallis imperaverat, ad collegam est profectus. Romae magna ex necopinato laetitia fuit: delectus omissus est: exaucitati, qui sacramento dixerant: et exercitus, qui Arimini pestilentia affectus erat, domum dimissus. Istri, magnis copiis quum castra haud procul consulis castris haberent, postquam alterum consulem cum exercitu novo advenisse audierunt, passim in civitates

n) *colonis* Gron. Crev. c. Drak.

dilapsi sunt: consules Aquileiam in hiberna legiones U. c. 57⁴.
a. C. 173.
reduxerunt.

VI. Sedato tandem Istrico tumultu, senatusconsultum factum est, ut consules inter se compararent, uter eorum ad comitia habenda Romam rediret. Quum absentem Manlium tribuni plebis, A. Licinius Nerva et C. Papirius Turdus, in concionibus lacerarent, rogationemque promulgarent, ne Manlius post Idus Martias (prorogatae namque consulibus iam in annum provinciae erant) imperium retineret, uti caussam extemplo dicere, quum abisset magistratu, posset; huic rogationi Q. Aelius collega intercessit, magnisque contentionebus obtinuit, ne perferretur. Per eos dies Ti. Sempronius Gracchus et L. Postumius Albinus ex Hispania Romam quum revertissent, senatus iis a M. Titinio praetore datus in aede Bellonae ad disserendas^{o)} res, quas gessissent, postulandoque honores meritos, ut^{p)} Diis immortalibus haberetur honos. Eodem tempore et in Sardinia magnum tumultum esse, literis T. Aebutii praetoris cognitum est, quas filius eius ad senatum adtulerat. Ilienses, adiunctis Balarorum auxiliis, pacatam provinciam invaserant: nec eis invalido exercitu, et magna parte pestilentia absunto, resisti poterat. Eadem et Sardorum legati nunciabant; orantes, ut urbibus saltem (iam enim agros deploratos esse) opem senatus ferret. Haec legatio, totumque quod ad Sardiniam pertinebat, ad novos magistratus reiectum est. Aeque miserabilis legatio Lyciorum, qui crudelitatem Rhodiorum, quibus ab L. Cornelio Scipione adtributi erant, querebantur: *Fuisse sub ditione Antiochi: eam regiam servitutem, conlatam cum praesenti statu, praeclaram libertatem visam. non publico tantum se premi imperio, sed singulos iustum pati servitum. iuxta se coniuges liberosque vexari: in corpus,*

o) *edisserendas* Crev.

p) *et ut* Crev.

U. c. 574. *in tergum saeviri: famam, quod indignum sit, maculari dehonestarique: et palam res odiosas fieri, iuris etiam usurpundi caussa; ne pro dubio habeant, nihil inter se et argento parata mancipia interesse.* Motus his senatus, literas Lyciis ad Rhodios dedit: *nec Lycios Rhodiis, nec ullos alii cuiquam^{q)}, qui nati liberi sint, in servitutem dari placere.* *Lycios ita sub Rhodiorum simul imperio et tutela esse, ut in ditione populi Romani civitates sociae sint.*

VII. Triumphi deinde ex Hispania duo continui acti. Prior Sempronius Gracchus de Celtiberis sociisque eorum; postero die L. Postumius de Lusitanis aliisque eiusdem regionis Hispanis triumphavit. quadraginta millia pondo argenti Ti. Gracchus transtulit, viginti millia Albinus. Militibus denarios quinos vicenos, duplex centurioni, triplex equiti ambo diviserunt: sociis tantumdem, quantum Romanis. Per eosdem forte dies M. Iunius consul ex Istria comitiorum caussa Romanam venit. Eum quum in senatu fatigasset interrogationibus tribuni plebis Papirius et Lici-nius de his, quae in Istria essent acta, in concionem quoque produxerunt. Ad quae quum consul, *se dies non plus undecim in ea provincia fuisse*, responderet; *quae se absente acta essent, se quoque, ut illos, fama comperta habere;* exsequebantur deinde quaerentes, *Quid ita non potius A. Manlius Romanam venisset, ut rationem redderet populo Romano, cur ex Gallia provincia, quam sortitus esset, in Istriam transisset?* quando *id bellum senatus decrevisset, quando id bellum populus Romanus iussisset?* At, hercule, privato quidem consilio bellum susceptum esse, sed gestum prudenter fortiterque. *Immo, utrum susceptum sit nequius, an inconsultius gestum, dici non posse.* Stationes duas necopinantes ab Istris obpressas, castra Romana capta, quod peditum, quod equitum in castris fuerit. ceteros inermes fusosque,

q) alicuiquam Gron. Crev. c. Drak.

ante omnes consulem ipsum, ad mare ac naves fugisse. U. c. 574.
Privatum rationem redditum earum rerum esse, quo-^{a.} G. 178.
niam consul noluisset.

VIII. Comitia deinde habita. consules creati, C. U. c. 575.
 Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus: et po-^{a.} G. 177.
 stero die praetores facti, P. Aelius Tubero iterum, C.
 Quintius Flamininus, C. Numisius, L.^r) Muminius,
 Cn. Cornelius Scipio, C.^s) Valerius Laevinus. Tu-
 beroni urbana iurisdictio, Quintio peregrina evenit,
 Numisio Sicilia, Mumino Sardinia: sed ea propter
 belli magnitudinem provincia consularis facta. Grac-
 chus eam sortitur, Istriam Claudius; Scipio et Laevi-
 nus Galliam, in duas divisam provincias, sortiti sunt.
 Idibus Martiis, quo die Sempronius Claudiusque con-
 sulatum inierunt, mentio tantum de provinciis Sar-
 dinia Iстriaque et utriusque hostibus fuit, qui in his
 provinciis bellum concivissent^t). Postero die legati
 Sardorum, qui ad novos magistratus dilati erant, et["])
 L. Minucius Therinus, qui legatus Manlii consulis in
 Iстria fuerat, in senatum venit. Ab his edoctus est
 senatus, quantum helli eae provinciae haberent. Mo-
 verunt senatum et legationes socium nominis Latini,
 quae et censores et priores consules fatigaverunt^x),
 tandem in senatum introductae. Summa querelarum
 erat, *Cives suos Romae censos plerosque Romam commi-*
 grasse. *Quod si permittatur, per paucis lustris futurum, ut*
deserta oppida, deserti agri, nullum militem dare possent,
 Fregellas quoque millia qualuor familiarum transisse ab
 se, Samnites Pelignique querebantur: neque eo minus
 aut hos aut illos^y) in delectum militum dare. Genera
 autem fraudis duo mutandae viritim civitatis inducta
 erant. Lex sociis ac nominis Latini, qui stirpem ex
 sese domi relinquerent, dabat, ut cives Romani fierent,
 ea lege male utendo, alii sociis, alii populo Romano

r) C, Gron. c. Drak.

s) P. Gron. Crev.

t) *conscivissent* Eaed.

u) *et del.* Gron. c. Drak.

x) *fatigaverant* Crev.

y) add. *plus* Gron.

U. c. 575. iniuriam faciebant. Nam et, ne stirpem domi relinquerent, liberos suos quibusquis Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant, libertinique cives essent: et quibus stirpes^{z)} deesset, quam relinquerent, ut^{a)} cives Romani siebant. Postea, his quoque imaginibus iuris spretis, promiscue sine lege, sine stirpe, in civitatem Romanam per migrationem et censum transibant. *Haec ne postea fierent, petebant legati, et ut redire in civitates iuberent socios; deinde ut lege caverent, ne quis quem civitatis mutandae caussa suum faceret, neve alienaret: et, si quis ita civis Romanus factus esset, [civis ne esset.] Haec^{b)} impetrata ab senatu.*

IX. Provinciae deinde, quae in bello erant, Sardinia atque Istria decretae. In Sardiniam duae legiones scribi iussae; quina millia in singulas et duceni pedites, trecenti equites; et duodecim millia peditum sociorum ac Latini nominis, et sexcenti equites, et decem quinqueremes naves, si deducere ex navalibus vellet. Tantumdem peditum equitumque in Istriam, quantum in Sardiniam, decretum. Et legionem unam cum equitibus trecentis, et quinque millia peditum sociorum, et ducentos quinquaginta mittere equites in Hispaniam consules ad M. Titinium iussi. Priusquam consules provincias sortirentur, prodigia nunciata sunt. Lapidem in agro Crustumino in lacum Martis de coelo cecidisse. Puerum trunci corporis in agro Romano natum, et quadrupedem anguem visum: et Capuae multa in foro aedificia de coelo tacta: et Puteolis duas naves fulminis ictu concrematas esse. Inter haec, quae nunciabantur, lupus etiam Romae interdiu agitatus, quum Collina porta intrasset, per Esquiline magno consequantium tumultu evasit. Eorum prodigiorum caussa consules maiores hostias immolarunt, et diem unum circa omnia pulvi-

z) *stirps.* Gron.
a) *ii* Gron.

b) *factus esset **.* Haec
Gron. c. Drak.

naria supplicatio fuit. Sacrificiis rite perfectis, pro- U. c. 575.
vincias sortiti sunt: Claudio Istria, Sempronio Sar- a. C. 177.
dinia obvenit. Legem dein de^e) sociis C. Claudius
tulit ex^d) senatusconsulto, et edixit: *qui socii ac no-*
minis Latini, ipsi maioresve eorum, M. Claudio, T.
Quinctio censoribus, postque ea, apud socios nominis La-
tini censi essent, ut omnes in suam quisque civitatem
ante Kalendas Novembres redirent. Quaestio, qui ita
non redissent, L. Mummo praetori decreta est. ad le-
gem et edictum consulis senatusconsultum adiectum
est: *ut, dictator^e) consul, interrex, censor, praetor*
qui tunc^f) esset, apud eorum^g) quem qui manumittere-
*tur^h), in libertatem vindicaretur, ut ius iurandum da-
ret, qui eum manumitteret, civitatis mutandae caussa
manu non mittere: qui id non iuraret, eum manumit-
tendum non censuerunt. Haec in posterum caussa iu-
risque dictio C. Claudio consuli decreta est.*

X. Dum haec Romae geruntur, M. Iunius et A. Manlius, qui priore anno consules fuerant, quum Aquileiae hibernassent, principio veris in fines Istrorum exercitum introduxerunt: ubi quum effuse popula- rentur, dolor magis et indignatio diripi res suas cer- nentes Istros, quam certa spes, satis sibi virium ad- versus duos exercitus, excivit. concursu ex omnibus populis iuventutis facto, repentinus et tumultuarius exercitus acrius primo in petu, quam perseverantius, pugnavit. Ad quatuor millia eorum in acie caesa: ceteri, omisso bello, in civitates passim diffugerunt. inde legatos primum ad pacem petendam in castra Ro- mana, deinde obsides imperatos, miserunt. Haec quum Romae cognita literis proconsulum essent, C. Claudio consul, veritus, ne forte ea res provinciam

c) *deinde* Gron.

d) *ex del.* Gron. Crev. c. Drak.

e) *ut dictator* Gron. Crev.

f) *nunc* Gron. c. Drak.

g) *esset apud forum, *** Gron.

h) *quem manumitteretur* Gron. c. Drak. *quem [qui] ma-*

numitteretur Crev.

U. c. 575. exercitumque sibi adimeret, non votis nuncupatis, non
 a. C. 177. paludatus, sine lictoribus, uno omnium certiore facto
 collega, nocte proiectus, praeceps in provinciam abiit:
 ubi inconsultius, quam venerat, se gessit. nam, quum
 concione advocata fugam e castris A. Manlii ad-
 versis auribus militum (quippe qui primi ipsi fugis-
 sent) iactasset, ingessissetque probra M. Junio, quod
 se dedecoris socium collegae fecisset, ad extremum
 utrumque decidere provincia iussit. Quod quum illi
 tum^{l)} consulis imperio dicto audientes futuros esse^{k)}
 dicerent, quum is more maiorum, secundum vota in
 Capitolio nuncupata, cum lictoribus, paludatus profe-
 ctus ab urbe esset; furens ira, vocatum, qui pro quaes-
 store Manlii erat, catenas poposcit, vinctos se Iunium
 Manliumque minitans Romam missurum. Ab eo quo-
 que spretum consulis imperium est: et circumfusus
 exercitus, favens imperatorum caussae, et consuli in-
 festus, animos ad non parendum addebat. Postremo
 fatigatus consul et contumeliis singulorum, et multi-
 tudinis (nam insuper inridebant) ludibriis, nave ea-
 dem, qua venerat, Aquileiam rediit. Inde collegae
 scripsit, ut militum novorum ei parti, quae scripta
 in Istriam provinciam esset, ediceret, Aquileiam ut
 conveniret; ne quid se Romae teneret, quo minus,
 votis nuncupatis, paludatus ab urbe exiret. Haec col-
 legae obsequenter facta, brevisque dies ad convenien-
 dum edicta est. Claudius prope consecutus est lite-
 ras suas. Concione adveniens de Manlio et Junio ha-
 bita, non ultra triduum moratus Romae, paludatus,
 cum lictoribus, votisque in Capitolio nuncupatis, in
 provinciam, aequē ac prius, praecepiti celeritate abit.

XI. Paucis ante diebus Iunius Manliusque oppi-
 dum Nesactium^{l)}, quo se principes Istrorum et regu-
 lus ipse Aepulo receperat, summa vi obpugnarunt. Eo

i) *quum milites* Gron. Crev.
 c. Drak.

k) *sese* Gron. Crev.

l) *Nesartium* Eaed. In Crev.
 miu. *Nesactium* legitur.
Nesattium Drak.

Claudius duabus legionibus novis adductis, vetere ex- U. c. 575.
 eritu cum suis ducibus dimisso, ipse oppidum circum- a. C. 177.
 sedit, et vineis obpugnare intendit: amnemque pae-
 terfluentem moenia, qui et impedimento obpugnanti-
 bus erat, et aquationem Istris praebebat, multorum
 dierum opere exceptum novo alveo avertit. Ea res
 barbaros miraculo terruit abscisae^{m)} aquae: et ne
 tum quidem memores pacis, in caedem coniugum ac
 liberorum versi; etiam, ut spectaculo hostibus tam
 foedum facinus esset, palam in muris trucidatos praecipitabant. Inter simul complorationem feminarum
 puerorumque, simul nefandam caedem, milites, trans-
 gressi murum, oppidum intrarunt. cuius capti tumultum ut ex pavido clamore fugientium accepit rex, traxiecit ferro pectus, ne vivus caperetur: ceteri capti, aut occisi. Duo deinde oppida, Mutila et Faveria,
 vi capta et deleta. Praeda, ut in gente inopi, spe mai-
 or fuit, et omnis militibus concessa est. Quinque
 millia capitum sexcenta triginta duo sub corona venie-
 runt. auctores belli virgis caesi, et securi percussi.
 Istria tota trium oppidorum excidio et morte regis pa-
 cata est: omnesque undique populi, obsidibus datis,
 in ditionem venerunt. Sub Istrici finem belli apud
 Ligures concilia de bello haberi coepita.

XII. Ti. Claudius proconsul, qui praetor priore anno fuerat, cum praesidio legionis unius Pisis pre-
 erat. cuius literis senatus certior factus, eas ipsas li-
 teras ad C. Claudium (nam alter consul iam in Sardiniam traiecerat) deferendas censem: et adiicit decre-
 tum; quoniam *Istria provincia confecta esset, si ei vi- deretur, exercitum traduceret in Ligures.* Simul ex li-
 teris consulis, quas de rebus in Istria gestis scripserat,
 in biduum supplicatio decreta. Et ab altero consule
 Ti. Sempronio in Sardinia prospere res gestaⁿ⁾. Ex-

m) *abscissae* Gron. Crev.

n) *res gestae* Eaed. c. Drak.

U. c. 575. exercitum in agrum Sardorum Iliensium induxit. Ba-
a. C. 177. larorum magna auxilia Iliensibus venerant. Cum
utraque gente signis conlatis conflixit. fusi fugatique
hostes, castrisque exuti: duodecim millia armatorum
caesa. Postero die arma lecta coniici in acervum ius-
sit consul, sacrumque id Vulcano cremavit. Victo-
rem exercitum in hiberna sociarum urbium reduxit.
Et C. Claudius, literis Ti. Claudii et senatusconsulto
accepto, ex Istria legiones in Ligures transduxit. Ad
Scultennam flumen in campos progressi castra habe-
bant hostes. Ibi cum his acie dimicatum. quindecim
millia caesa; plus septingenti aut^o) in proelio, aut in
castris (nam ea quoque expugnata sunt) capti: et si-
gna militaria unum et quinquaginta capta. Ligures,
reliquiae caedis, in montes resugerunt passim: popu-
lantique campestres agros consuli nulla usquam ad-
paruerunt arma. Claudius, duarum gentium uno an-
no vitor, duabus, quod raro alias, in consulatu pac-
tis provinciis Romam revertit.

XIII. Prodigia eo anno nunciata. in Crustumino
avem sangualem (quam vocant) sacrum lapidem rostro
cecidisse. Bovem in Campania locutam^p). Vaccam
aeneam Syracusis ab agresti tauro, qui pecore aberras-
set, initam, ac semine adspersam. In Crustumino
diem unum in ipso loco supplicatio fuit: et in Campania
bos alenda publice data: Syracusanumque prodigium
expiatum, editis ab aruspicibus Diis, quibus
supplicaretur. Pontifex eo anno mortuus est M. Clau-
dius Marcellus, qui consul censorque fuerat. in eius
locum subiectus est pontifex filius eius M. Marcellus.
et Lunam colonia^q) eodem anno duo millia civium
Romanorum sunt deducta. Triumviri deduxerunt, P.
Aelius, L. Egilius, Cn. Sicinius. quinquagena et sin-
gula iugera et semisses agri in singulos dati sunt. de-

o) aut del. Gron. Crev.

q) Lucam coloniam Crev.

p) locutum Gron. c. Drak.

Ligure captus is ager erat. Etruscorum ante, quam U. c. 575.
 Ligurum, fuerat. C. Claudius consul ad urbem ve-
 nit: cui, quum in senatu de rebus in Istria Liguri-
 busque prospere gestis disseruisse, postulanti trium-
 phus est decretus. triumphavit in magistratu de dua-
 bus simul gentibus. Tulit in eo triumpho denarium
 trecenta septem millia, et victoriatum octoginta quinque
 millia septingentos duos. militibus in singulos quini-
 deni denarii dati: duplex centurioni, triplex equiti. So-
 ciis dimidio minus, quam civibus, datum. itaque ta-
 citi, ut iratos esse sentires, secuti sunt currum.

XIV. Dum is triumphus de Liguribus agebatur,
 Ligures, postquam senserunt, non consularem tan-
 tum exercitum Romam abductum, sed legionem ab
 Ti. Claudio Pisis dimissam, soluti metu, clam exer-
 citu indicto, per transversos limites superatis montibus,
 in campos degressi, agrum Mutinensem populati, re-
 pentino in petu coloniam ipsam ceperunt. Id ubi Ro-
 manam adlatum est, senatus C. Claudium consulem co-
 mitia primo quoque tempore habere iussit, creatisque
 in annum magistratibus in provinciam redire, et co-
 loniam ex hostibus eripere. Ita, uti censuit senatus, U. c. 576.
 comitia habita. Consules creati, Cn. Cornelius Scipio a. C. 176.
 Hispalus^r), Q. Petilius Spurinus. Praetores inde
 facti, M. Popillius Laenas, P. Licinius Crassus, M.
 Cornelius Scipio, L. Papirius Maso, M. Aburius, L.
 Aquilius^s) Gallus. C. Claudio consuli prorogatum in
 annum imperium, et Gallia provincia: et, ne Istri^t)
 idein, quod et Ligures, facerent, socios nominis La-
 tini in Istriam mitteret, quos triumphi caussa de pro-
 vincia deduxisset. Cn. Cornelio et Q. Petillio consu-
 libus, quo die magistratum inierunt, inmolantibus
 Iovi singulis bubus, uti solet, in ea hostia, qua Q. Pe-
 tillius sacrificavit, in iocuore^u) caput non inventum.

^r) *Hispalus* Gron. Crev.

^t) add. quoque Eaed. c. Drak.

^s) *Aquilius* Eaed.

^u) *iecinore* Crev.

U. c. 57⁶. id quum ad senatum retulisset, bove perlitare iussus.

a. C. 17⁶. De provinciis deinde consultus senatus Pisae et Ligures provincias consulibus decrevit. Cui Pisae provincia obvenisset, quum magistratum creandorum tempus esset, ad comitia reverti iussit. additum decreto, ut binas legiones novas scriberent, et trecentos^{x)} equites; et dena millia peditum sociis nominique Latino, et sexcenos^{y)} imperarent equites. Ti. Claudio prorogatum est imperium in id tempus, quo in provinciam consul venisset.

XV. Dum de his rebus in senatu agitur, Cn. Cornelius, evocatus a viatore, quin templo egressus esset, paullo post rediit confuso vultu, et exposuit Patribus conscriptis, bovis sexcenarii^{z)}, quem inmolavisset, iecur diffluxisse^{a)}. id se victimario nuncianti parum credentem, ipsum aquam effundi ex olla, ubi exta coquerentur, iussisse: et vidisse ceteram integrum partem extorum, iecur omne inenarrabili tabe absuntum^{b)}. Territis eo prodigo Patribus, et alter consul curam adiecit: qui se, quod caput iocinori^{c)} defuisset, tribus bubus perlitasse negavit. Senatus maioribus hostiis usque ad litationem sacrificari iussit. Ceteris Diis perlitatum ferunt: Saluti Petillium perlitasse negant. Inde consules praetoresque provincias sortiti. Pisae Cn. Cornelio, Ligures Petillio obvenerunt. Praetores, L. Papirius Maso urbanam, M. Aburius inter peregrinos, sortiti sunt. M. Cornelius Scipio Maluginensis Hispaniam ulteriorem, L. Aquilius Gallus Siciliam habuit. Duo deprecati sunt, ne in provincias irent: M. Popillius in Sardiniam. Gracchum eam provinciam pacare: ei^{d)} T. Aebutium praetorem adiutorem ab senatu datum esse. Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipsa efficacissima esset, minime convenire. Inter traditionem imperii

x) trecentos Gron. Crev.

y) sexcentos Eaed.

z) sescentaris Eaed. c. Drak.

a) defluxisse Eaed. c. Drak.

b) inenarrabiliter absuntum

Eaed. c. Drak.

c) iecinori Gron. Crev.

d) pacare, et Eaed. c. Drak.

novitatemque successoris, quae noscendis prius, quam agendis, rebus imbuenda sit, saepe bene gerendae rei occasiones intercidere. Probata Popillii excusatio est. P. Licinius Crassus sacrificiis se impediri sollemnibus excusabat, ne in provinciam iret. Citerior Hispania obvenerat. Ceterum aut ire iussus, aut iurare pro conacione, sollemni sacrificio se prohiberi. id ubi in P. Licinio ita statutum est, et ab se uti iusiurandum acciperent, M. Cornelius postulavit, ne in Hispaniam ulteriorem iret. Praetores ambo in eadem verba iurarunt^{e).} M. Titinius et T. Fonteius proconsules manere cum eodem imperii iure in Hispania iussi: et ut in supplementum his tria millia civium Romanorum cum equitibus ducentis, quinque millia socium Latini nominis et trecenti equites mitterentur.

XVI. Latinae feriae fuere ante diem tertium Nonas Maias^{f)}, in quibus, quia in una hostia magistratus Lanuvinus precatus non erat, *populo Romano Quiritium*, religioni fuit. Id quum ad senatum relatum esset, senatusque ad pontificum collegium reiecisset; pontificibus, quia non recte factae Latinae essent, instauratis Latinis, placuit Lanuvinos, quorum opera instauratae essent, hostias praebere. Accesserat ad religionem, quod Cn. Cornelius consul, ex monte Albano rediens, concidit: et, parte membrorum captus, ad Aquas Cumanas profectus ingravescente morbo, Cumis decessit. Sed inde mortuus Romam adlatus, et fuere magnifico elatus sepultusque est. Pontifex idem fuerat. Consul Q. Petilius, quum primum per auspicia posset, collegae subrogando comitia habere iussus, et Latinas edicere. comitia in ante diem tertium Nonas Sextiles, Latinas in ante diem tertium Idus Sextiles edixit. Plenis religionum animis, prodigia insuper nunciata: Tusculi facem in coelo visam, Gabiis aedem Apollinis et privata aedificia complura,

e) *iure iurarunt* Gron. Crev. f) *Maii Eaed. c. Drak.
c. Drak.*

U. c. 576. Graviscis murum portamque de coelo tacta. Ea pa-
a. C. 176. tres procurari, uti pontifices censuissent, iusserunt.

Dum consules primum religiones, deinde alterum al-
terius mors, et comitia, et Latinarum instauratio^{g)} in-
pediunt, interim C. Claudius exercitum ad Mutinam,
quam Ligures priore anno ceperant, admovit. Ante
triduum, quam obpugnare cooperat, receptam ex ho-
stibus colonis restituit. Octo millia ibi Ligurum intra
muros caesa; literaeque Roman extemploscriptae, qui-
bus non modo rei exponeret, sed etiam gloriaretur,
sua virtute ac felicitate neminem iam cis Alpes ho-
stem populi Romani: agrique aliquantum captum, qui
multis millibus hominum dividi viritim posset.

XVII. Et Ti. Sempronius eodem tempore in Sar-
dinia multis secundis proeliis Sardos perdomuit. quin-
decim millia hostium sunt caesa. Omnes Sardorum
populi, qui defecerant, in ditionem redacti. stipendia-
riis veteribus duplex vectigal imperatum, exactumque:
ceteri frumentum contulerunt. Pacata provincia, ob-
sidibusque ex tota insula ducentis triginta acceptis,
legati Romam, qui ea nunciarent, missi; quique ab
senatu peterent, ut ob eas res, ductu auspicioque Ti.
Sempronii prospere gestas, Diis immortalibus honos
haberetur, ipsique decedenti de provincia exercitum
secum deportare liceret. Senatus, in aede Apollinis
legatorum verbis auditis, supplicatiouem in biduum de-
crevit, et quadraginta maioribus hostiis consules sa-
cificare iussit: Ti. Sempronium proconsulem exer-
citumque eo anno in provincia manere. Comitia dein-
de consulis unius subrogandi, quae in ante diem ter-
tium Nonas Sextiles edicta erant, eo ipso die sunt con-
fecta. Q. Petilius consul collegam, qui extemplo ma-
gistratum occiperet, creavit C. Valerium Laevinum.
Is, iam diu cupidus provinciae, quum opportunae cu-
piditati eius literae adlatae essent, Ligures rebellasse,

g) *instauraciones* Gron. Grev. c. Drak.

Nonis Sextilibus paludatus, literis auditis, tumultus U. c. 576.
 eius caussa legionem tertiam ad C. Claudium proconsul
 a. C. 176.
 sulem in Galliam proficisci iussit; et duumviros na-
 vales cum classe Pisae ire, qui Ligurum oram, mariti-
 num quoque terrorem admoventes, circumvectarentur.
 Eodem et Q. Petilius consul ad conveniendum exer-
 citui diem edixerat. Et C. Claudius proconsul, au-
 dita rebellione Ligurum, praeter eas copias, quas se-
 cum Parmae habebat, subitariis conlectis militibus, ex-
 ercitum ad fines Ligurum admovit.

XVIII. Hostes sub adventum C. Claudii, a quo
 duce se meminerant nuper ad Scutennam flumen vi-
 ctos fugatosque, locorum magis praesidio adversus
 infeliciter expertam vim, quam armis, se defensuri,
 duos montes Letum et Balistam ceperunt, muroque
 insuper amplexi. Tardius^{h)} ex agris deinigrantes ob-
 pressi ad mille et quingentiⁱ⁾ perierunt. Ceteri mon-
 tibus se tenebant, et, ne in metu quidem feritatis in-
 genitae obliti, saeviunt in praedam, quae Mutinae
 parta erat. captivos cum foeda laceratione interfici-
 unt: pecora in fanis trucidant verius passim, quam
 rite sacrificant. Satiati caede animantium, quae ina-
 nima erant, parietibus adfligunt^{k)}, vasa omnis gene-
 ris usui magis, quam ornamento in speciem, facta.
 Q. Petilius consul, ne absente se debellaretur, lite-
 ras ad C. Claudium misit, ut cum exercitu ad se in
 Galliam veniret: campis Macrisse eum exspectaturum.
 Literis acceptis, Claudius ex Liguribus castra movit,
 exercitumque ad campos Macros consuli tradidit. Eo-
 dem paucis post diebus C. Valerius consul alter venit.
 Ibi, divisis copiis, priusquam digredierentur, comnu-
 nitur ambo exercitus lustraverunt. tum sortiti, quia
 non ab eadem utrumque parte adgredi hostem place-
 bat, regiones quas peterent. Valerium auspicato sor-

h) ceperunt: muroque insu-
 per amplexi, tardius etc.
 Gron.

i) quingentos Gron. Crev. c.
 c. Drak.
 k) affigunt Gron.

U. e. 57⁶. titum constabat¹⁾), quod in templo fuisset: in Petillio
 a. C. 17⁶. id vitio factum, postea augures responderunt, quod
 extra templum sortem in sitellam in templum latam
 foris ipse posuerit. Profecti inde in diversas regiones.
 Petilius aduersus Balistae et Leti iugum, quod eos
 montes perpetuo dorso inter se iungit, castra habuit.
 Ibi adhortantem eum pro concione milites, in memori-
 rem ambiguitatis verbi, ominatum ferunt, *se eo die*
Letum capturum esse. Duabus simul partibus subire
 in adversos montes coepit. Ea pars, in qua ipse erat,
 impigne succedebat. Alteram hostes quum propulsi-
 sent, ut restitueret rem inclinatam, consul equo ad-
 vectus, suos quidem a fuga revocavit: ipse, dum in-
 cautius ante signa obversatur, missili traiectus cecidit.
 Nec hostes ducem occisum senserunt; et suorum pau-
 ci, qui viderant, haud neglegenter, ut qui in eo victo-
 riā verti scirent, corpus occultavere. Alia multitu-
 do peditum equitumque, turbatis hostibus, montes
 sine duce cepere. Ad quinque millia Ligurum oc-
 cisa: ex Romano exercitu duo et quinquaginta cecide-
 runt. Super tam evidentem tristis omnis eventum,
 etiam ex pullario auditum est, vitium in auspicio fu-
 isse; nec id consulem ignorasse. C. Valerius, audita

* * *

periti religionum iurisque publici, quando duo ordinarii
 consules eius anni, alter morbo, alter ferro periisset,
 subiectum consulem negabant recte^{m)} comitia habere
 posse.

* * *

deduxit.

XIX. Cis Apenninum Garuli, et Lapicini, et Her-
 cates; trans Apenninum Briniates fuerant. Intraⁿ⁾
 Audenam annem P. Mucius cum iis, qui Lunam Ti-
 sasque depopulati erant, bellum gessit: omnibusque

1) *constat* Drak.

n) *inter* Eaed. c. Drak.

m) *recte* del. Gron. Crev.

in ditionem redactis arma ademit. Ob eas res, in U. c. 577.
 Gallia Liguribusque gestas duorum consulum ductu^a. C. 175.
 auspicioque, senatus in triduum supplicationes decre-
 vit, et quadraginta hostiis sacrificari iussit. Et tumultu-
 tus quidem Gallicus et Ligustinus, qui principio eius
 anni exortus fuerat, haud magno conatu brevi obpres-
 sus erat. Belli Macedonici subibat iam cura, miscen-
 te Perseo inter Dardanos Bastarnasque certamina: et
 legati, qui missi ad res visendas in Macedoniā erant,
 iam reverterant Romam, renunciaverantque bellum
 in Dardania esse. Simul venerant et ab rege Perseo
 oratores, qui purgarent, nec adictos ab eo Bastarnas,
 nec auctore eo quidquam facere. Senatus nec liberavit
 eius culpae regem, neque arguit: moneri eum tan-
 tummodo iussit, ut etiam atque etiam curaret, ut san-
 ctum habere foedus, quod ei cum Romanis esset, vi-
 deri posset^o). Dardani, quum Bastarnas non modo
 non excedere finibus suis, quod speraverant, sed gra-
 viores fieri in dies cernerent, subnisos Thracum adco-
 larum et Scordischorum auxiliis, audendum aliquid vel
 temere rati, omnes undique armati ad oppidum, quod
 proximum castris Bastarnarum erat, conveniunt^p).
 Hieins erat, et id anni tempus elegerant, ut Thraces
 Scordischi in fines suos abirent. quod ubi ita factum,
 et solos iam esse Bastarnas audierunt, bifariam divi-
 dunt copias: pars, ut recto itinere ad lacesendum ex
 aperto iret; pars, devio saltu circumducta, ab tergo
 adgrederetur. Ceterum, priusquam circumire castra
 hostium possent, pugnatum est; victique Dardani
 compelluntur in urbem, quae fere duodecim millia ab
 castris Bastarnarum aberat. Victores confestim cir-
 cumsidunt urbem, haud dubie postero die aut metu
 dedituris se hostibus, aut vi expugnaturi. Interim
 Dardanorum altera manus, quae circumducta erat, ignia-

^{o)} *ut sanctum haberet foedus,* *videri posset* Gron. Crev.
quod ei cum Romanis esse c. Drak.

^{p)} *convenerunt* Gron. Crev.

U. c. 577. ra cladis suorum, castra Bastarnarum sine praesidio
a. C. 175. relicta

* * *

XX. *** more, sella eburnea posita, ius dicebat, disceptabatque controversias minimarum rerum. adeoque nulli fortunae adhaerebat animus, per omnia genera vitae errans, uti nec sibi, nec aliis, quinam homo esset, satis constaret. Non adloqui amicos, vix notis familiariter adridere; munificentia inaequalis e so aliosque ludificari: quibusdam honoratis magnoque aestimantibus se puerilia, ut escae aut lusus, munera dare; alios nihil exspectantes ditare. Itaque nescire, quid sibi vellet, quibusdam videri. quidam ludere eum simpliciter, quidam haud dubie insanire aiebant. In duabus tamen magnis honestisque rebus vere regius erat animus, in urbium donis, et Deorum cultu. Megalopolitanis in Arcadia murum se circumdaturum urbi est pollicitus, maioremque partem pecuniae dedit. Tegeae theatrum magnificum *e* marmore facere instituit. Cyzici in Prytaneum, (id est penetrale urbis^{q)}), ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur) vas aurea mensae unius posuit. Rhodiis, ut nihil unum insigne, ita omnis generis, ut quaeque usus eorum postulaverunt, dona dedit. Magnificentiae vero in Deos vel Iovis Olympii templum Athenis, unum in terris inchoatum pro magnitudine Dei, potest testis esse. Sed et Delon aris insignibus statuarumque copia exornavit: et Antiochiae Iovis Capitolini magnificum templum, non laqueatum auro tantum, sed parietibus totis lamina inauratum, et alia multa in aliis locis pollicitus, quia per breve tempus regni eius fuit, non perfecit. Spectaculorum quoque omnis generis magnificentia superiores reges vicit; reliquorum sui moris, et copia Graecorum artificum. Gladiatorum munus Romanae consuetudinis primo maiore cum terrore

^{q)} in *Prytaneum*, id est, *penetrale urbis*, sublatis parenthesos signis, Gron. Crev.

hominum, insuetorum ad tale spectaculum, quam vo- U. c. 578.
luptate, dedit: deinde saepius dando, et modo vulne- a. C. 174.
ribus tenus, modo sine missione etiam, et familiare
oculis gratumque id spectaculum fecit, et armorum stu-
dium plerisque iuvenum accedit. Itaque, qui primo
ab Roma magnis pretiis^{r)} paratos gladiatores arcesse-
re solitus erat, iam suo

* * *

XXI. *** pio inter peregrinos. M. Atilio praeto-
ri provincia Sardinia obvenerat: sed cum legione no-
va, quam consules conscriperant, quinque millibus
peditum trecentis equitibus, in Corsicam iussus est
transire: dum is ibi bellum gereret, Cornelio proro-
gatum imperium, uti^{s)} obtineret Sardiniam. Cn. Ser-
vilio Caepioni in Hispaniam ulteriorem, et P. Furio
Philo in citeriore tria millia peditum Romanorum,
equites centum quinquaginta, et socium Latini nominis
quinque millia peditum, trecenti equites: Sicilia L.
Claudio sine supplemento decreta. Duas praeterea
legiones consules scribere iussi, cum iusto numero
peditum equitumque, et decem millia peditum sociis
imperare, et sexcentos equites. Delectus consulibus
eo difficilior erat, quod pestilentia, quae priore anno
in boves ingruerat, eo verteret^{t)} in hominum morbos.
qui inciderant, haud facile septimum diem supera-
bant: qui superaverant^{u)}, longinquo, maxime quar-
tanae, implicabantur morbo. Servitia maxime morie-
bantur. eorum strages per omnes vias inseptitorum
erat. Ne liberorum quidem funeribus Libitina sub-
ficiebat. Cadavera, intacta a canibus ac vulturibus,
tabes absumebat: satisque constabat, nec illo, nec
priore anno, in tanta strage boum hominumque vul-
turium usquam visum. Sacerdotes publici ea pesti-
lentia mortui sunt, Cn. Servilius Caepio pontifex, pa-

r) *praemiis* Gron. Crev. c. Drak.

s) *ut* Gron. Crev.

t) *verterat* Eaed.

u) *superabant* Eaed.

U. c. 578. ter praetoris, et Ti. Sempronius Ti. F.^{x)} Longus de-
a. C. 174. cemvir sacrorum, et P. Aelius Paetus angur, et Ti.
Sempronius Gracchus, et C. Mamilius Vitulus curio
maximus, et M. Sempronius Tuditianus pontifex. pon-
tifices subficti sunt, C. Sulpicius Galba ***^{y)} in locum
Tuditani. Augures subficti sunt, in Gracchi locum
T. Veturius Gracchus Sempronianus, in P. Aelii Q.
Aelius Paetus. Decemvir sacrorum C. Sempronius
Longus, curio maximus C. Scribonius Curio subficitur.
Quum pestilentiae finis non fieret, senatus decrevit,
uti decemviri libros Sibyllinos adirent. Ex decreto
eorum diem unum supplicatio fuit et, Q. Marcio Phi-
lippo verba praeente, populus in foro votum concepit:
Si morbus pestilentiaque ex agro Romano emota esset,
biduum ferias ac supplicationem se habiturum. In Ve-
ienti agro biceps natus puer, et Sinuessa unimanus,
et Auximi^{z)} puella cum dentibus; et arcus interdiu
sereno coelo super aedem Saturni in foro Romano in-
tentus, et tres simul soles effulserunt: et faces eadem
nocte plures per coelum lapsae sunt in Lanuvino: Cae-
ritesque anguem in oppido suo iubatum, aureis macu-
lis sparsum, adparuisse adsirinabant. et, in agro Cam-
pano bovin locutum esse, satis constabat.

XXII. Legati Nonis Iuniis^{a)} ex Africa redie-
runt, qui, convento prius Masinissa rege, Karthagi-
nem ierant: ceterum certius aliquanto, quae Kartha-
gine acta essent, ab rege rescierant, quam ab ipsis Kar-
thaginiensibus. compertum tamen adsimaverunt, le-
gatos ab rege Perseo venisse, iisque noctu senatum
in aede Aesculapii datum esse. ab Karthagine lega-
tos in Macedoniam missos, et rex adsimaverat, et
ipsi parum constanter negaverant. In Macedoniam
quoque mittendos legatos senatus censuit. tres missi
sunt, C. Laelius, M. Valerius Messalla, Sex. Digitius.

x) *Sempronius* C. F. Gron.

z) *Oximi* Gron. Crev.

y) Lacunae signa del. Gron.

a) *Iunii* Eaed.

Crev.

Perseus per id tempus, quia quidam Dolopum non U. c. 578.
parebant, et, de quibus ambigebatur rebus, disceptationem ab rege ad Romanos revocabant, cum exercitu a. C. 174.
profectus, sub ius iudiciumque suum totam coegit gentem. Inde, per Oetaeos montes transgressus, religio-
nibus quibusdam animo obiectis, oraculum aditurus Delphos escendit^{b)}). Quum in media repente Graecia adparuisset, magnum non sinitimis modo urbibus ter-
rorem praebuit, sed in Asiam quoque ad regem Eume-
nem nuncios tumultuosos misit^{c)}). Triduum, non plus,
Delphis moratus, per Phthiotidem Achaiam, Thessali-
amque, sine damno iniuriae agrorum, per quos iter
fecit, in regnum rediit. Nec earum tantum civitatum,
per quas iturus erat, satis habuit animos sibi conciliare:
aut^{d)} legatos, aut literas dimisit, petens, ne diutius si-
multatum, quae cum patre suo fuissent, meminissent. nec
enim tam atroces fuisse eas, ut non cum ipso potuerint,
ac debuerint, finiri. Secum quidem omnia illis integra
esse ad instituendam fideleriter amicitiam. Cum Achaeo-
rum maxime gente reconciliandae gratiae viam quae-
rebat.

XXIII. Haec una ex omni Graecia gens, et Athene-
niensium civitas, eo processerat irarum, ut finibus
interdiceret Macedonibus. Itaque servitiis ex Achaia
fugientibus receptaculum Macedonia erat: quia, quum
finibus suis interdixissent, intrare regni terminos ipsi
non audebant. Id quum Perseus animadvertisset,
comprehensis^{e)} omnibus, literae ***. ceterum^{f)}, ne si-
milis fuga servorum postea fieret, cogitandum et il-
lis esse. Recitatis his literis per Xenarchum pree-

- b) adscendit Gron. Crev. c. Drak.
- c) nuncius tumultus eius venit Eaed. c. Drak.
- d) sed aut Gron.
- e) comprehensis Gron. Crev. c. Drak.

- f) literas ***. ceterum Gron. c. Drak. litteras [ad Achaeo- os misit, quibus se servos eorum, qui ad se transfu- gerant, benigne remittere il- lis scripsit.] ceterum Crev.

U. c. 57³. torem, qui privatae gratiae aditum apud regem quaer-
a. C. 17⁴ rebat, et plerisque moderate et benigne scriptas esse
censemibus literas, atque his maxime, qui praeter spem
recepturi essent amissa mancipia; Callicrates ex iis,
qui in eo verti salutem gentis crederent, si cum Ro-
manis inviolatum foedus servaretur, *Parva*, inquit,
aut mediocris res, Achaei, quibusdam videtur agi; ego
maximam omniumque gravissimam non agi tantum ar-
bitror ^{g)}, *sed quodam modo actam esse. Nam qui regi-*
bus Macedonum, Macedonibusque ipsis, finibus interdi-
xissemus, manereque id decretum, scilicet, ne legatos,
ne nuncios admitteremus regum, per quos aliquorum ex
nobis animi sollicitarentur; ii concionantem quodam modo
absentem audimus regem, et, si Diis placet, orationem
eius probamus. Et, quum ferae bestiae cibum ad frau-
dem suam positum plerumque adspernentur et refugiant,
nos caeci, specie parvi beneficii, inescamur: et, servu-
lorum minimi pretii recipiendorum spe, nostram ipso-
rum libertatem subrui et tentari patimur. Quis enim non
videt, viam regiae societatis quaeri, qua Romanum foe-
dus, quo nostra omnia continentur, violetur? Nisi hoc
dubium alicui est, bellandum Romanis cum Perseo esse,
et, quod vivo Philippo exspectatum, morte eius inter-
pellatum est, id post mortem Philippi futurum. Duos,
ut scitis, habuit filios Philippus, Demetrium et Per-
sea. Genere materno, virtute, ingenio, favore Macedo-
num, longe praestitit Demetrius. Sed quia in Romanos
odii regnum posuerat praemium, Demetrium nullo alici-
crime, quam Romanae amicitiae initae, occidit: Per-
sea, quem hostem populo Romano prius pene, quam re-
gni haeredem futurum sciebat ^{h)}, regem fecit. Itaque
quid hic post mortem patris egit aliud, quam bellum pa-
ravit? Bastarnas primum ad terrorem omnium in Dar.

g) *ego maxime gravissimam omnium, non agique tantum arbitror* Gron. Crev. c. Drak.

h) *quem populus Romanus prius poenae, quam regni haeredem futurum sciebat* Eaed. c. Drak.

daniam inmisit: qui si sedem eam tenuissent, gravior U. c. 578
 res eos adcolas Graecia habuisset, quam Asia Gallos a. C. 174.
 habeat. Ea spe depulsus, non tamen belli consilia omis-
 sit: immo, si vere¹⁾ volumus dicere, iam inchoavit bel-
 lum. Dolopiam armis subegit, nec provocantes de con-
 troversiis ad disceptationem populi Romani audivit^{k).}
 inde, transgressus Oetam, ut repente in medio umbilico
 Graeciae conspiceretur, Delphos escendit^{l).} Haec usur-
 patio itineris insoliti quo vobis spectare videtur? Thes-
 saliam deinde peragravit, quod sine ullius eorum, quos
 oderat, noxa^{m)}, hoc magis temptationem metuo. Inde li-
 teras ad nos cum muneris specie misit, et cogitare iubet,
 quo modo in reliquum hoc munere non egeamus; hoc est,
 ut decretum, quo arcentur Peloponneso Macedones, tolla-
 mus; rursus legatos regios, et hospitia cum principibus,
 et mox Macedonum exercitus, ipsum quoque a Delphis
 (quantum enim interfluitⁿ⁾ fretum?) traiicentcm in Pe-
 loponnesum videamus, inmisceamur Macedonibus arman-
 tibus se adversus Romanos. Ego nihil novi censeo de-
 cernendum, servandaque omnia integra, donec ad cer-
 tum redigatur^{o)}, vanusne hic timor noster, an verus
 fuerit. Si pax inviolata inter Macedonas Romanosque
 manabit, nobis quoque amicitia et commercium sit: nunc
 de eo cogitare periculoseum et inmaturum videtur.

XXIV. Post hunc Archō^{p)}, frater Xenarchi prae-
 toris, ita disseruit: Difficilem orationem Callicrates,
 et mihi, et omnibus, qui ab eo dissentimus, fecit: agen-
 do enim Romanae societatis caussam ipse, tentarique et
 obpugnari dicendo, quam nemo neque tentat, neque ob-
 pugnat, effecit, ut, qui ab se dissentiret, adversus Ro-
 manos dicere videretur. Ac primum omnium, tamquam

i) vera Gron. Crev. c. Drak.

k) nec provinciis de controvers-
 sis ad disceptationem popu-
 li Romani adivit Gron. nec
 provinciis de controversiis ad
 disceptationem populum Ro-
 manum adivit Drak.

l) adscendit Gron. Crev. c.

Drak.

m) noxia Eaed. c. Drak.

n) interluit Eaed. c. Drak.

o) dirigatur Gron. c. Drak.

p) Arco Gron. Crev. c. Drak.

U. c. 578. non hic nobiscum fuissest, sed aut ex curia populi Ro-
 a. C. 174 mani veniret, aut regum arcanis interesset, omnia scit
 et nunciat, quae occulte facta sunt. Divinat etiam,
 - quae futura fuerant, si Philippus vixisset: quid ita
 Perseus regni haeres sit, quid parent Macedones, quid
 cogitent Romani. Nos autem, qui, nec ob quam caus-
 sam, nec quemadmodum perierit Demetrius, scimus;
 nec quid Philippus, si vixisset, facturus fuerat⁴⁾, ad
 haec, quae palam geruntur, consilia nostra adcommo-
 dare oportet. Ac scimus, Persea, regno accepto, le-
 gatos Romanum misisse, ac regem a populo Romano ad-
 appellatum^{r)}: audimus, legatos Romanos venisse ad re-
 gem, et eos benigne exceptos^{s)}. Haec omnia pacis equi-
 dem signa esse iudico, non belli: nec Romanos offendи
 posse, si, ut bellum gerentes eos secuti sumus, nunc
 quoque pacis auctores sequamur. cur quidem nos inex-
 piabile omnium soli bellum adversus regnum Macedonum
 geramus, non video. Opportuni propinquitate ipsa Ma-
 cedoniae sumus? an^{t)} infirmissimi omnium, tamquam,
 quos nuper subiecit, Dolopes? immo contra ea, vel vi-
 ribus nostris, Deum benignitate, vel regionis intervallo
 tuti. Sed simus^{u)} aequi subiecti ac Thessali Aetolique:
 nihil plus fidei auctoritatisque habemus adversus Ro-
 manos, qui semper socii atque amici fuimus, quam Ae-
 toli, qui paullo ante hostes fuerunt? Quod^{x)} Aetolis, quod
 Thessalis, quod Epirotis, omni denique Graeciae cum
 Macedonibus iuris est, idem et nobis sit. cur exsecrabi-
 lis ista nobis solis velut desertio^{y)} iuris humani est? Fe-
 cerit aliquid Philippus, cur adversus eum armatum et bel-
 lum gerentem hoc decerneremus: quid Perseus, novus rex,
 omnis iniuriac insons, suo beneficio paternas simultates
 oblitterans, meruit? cur soli omnium hostes ei sumus?

q) fuerit Gron. Crev.

r) regno accepto, ad legatos
 Romanos venisse, ac regem
 Persea a populo Romano
 appellatum Eaed. c. Drak.

s) acceptos Gron. Crev.

t) sumus: an Gron. sumus;
 an Drak.

u) sumus Gron. Crev. c. Drak.

x) fuerunt. Quod Gron. Crev.

c. Drak.

y) desertio Eaed. c. Drak.

Quamquam et illud dicere poteram, tanta priorum Ma- U. c. 578.
 edoniae regum merita erga nos fuisse, ut Philippi unius a. C. 174
 iniurias, si quae forte fuerunt, * utique^{z)} post mortem;
 quum^{a)} classis Romana Cenchreis staret, consul cum
 exercitu Elatiae esset, triduum nos in concilio fuisse^{b)}),
 consultantes, utrum Romanos, an Philippum, sequere-
 mur. Nihil^{c)} metus praesens ab Romanis sententias no-
 stras inclinarit: fuit certe tamen aliquid, quod tam lon-
 gam liberationem fecerat^{d)}: id quod erat vetusta con-
 iunctio cum Macedonibus, vetera et magna in nos regum
 merita. Valeant et nunc eadem illa, non ut praecipue
 amici, sed ne praecipue inimici simus. Ne id, quod
 non agitur, Callicrates, simulaverimus. nemo novae so-
 cietatis aut novi foederis, quo nos temere inligemus, con-
 scribendi est auctor: sed commercium tantum iuris praeben-
 di repetendique sit, ne interdictione finium nostrorum
 et nos quoque regno urceamus, ne servis nostris aliquo
 fugere liceat. Quid hoc adversus Romana foedera est?
 Quid rem parvam et apertam, magnam et suspectam fa-
 cimus? Quid vanos tumultus ciemus? Quid ut ipsi locum
 adsentandi Romanis hubeamus, suspectos alios et^{e)} invi-
 sos efficimus? Si bellum erit, ne Perseus quidem dubitat,
 quin Romanos secuturi simus. in pace etiam, si non odia
 finiuntur, intermittentur. Quum iidem huic orationi,
 qui literis regis adsensi erant, adsentirentur^{f)}, indi-
 gnatione principum, quod, quam rem ne legatione
 quidem dignam iudicasset Perseus, literis paucorum
 versuum inpetraret, decretum differtur. Legati dein-
 de postea missi ab rege, quum Megalopoli concilium
 esset; dataque opera est ab iis, qui offensionem apud
 Romanos timebant, ne admitterentur.

^{z)} fuerunt, [oblivisci debere-
 mus] utique Crev.

^{a)} mortem. Quum Gron. Crev.
 c. Drak.

^{b)} triduum in concilio fuimus,
 Eaed. c. Drak.

^{c)} non nihil Eaed. c. Drak.

^{d)} faceret Gron. Crev.

^{e)} ac Eaed. c. Drak.

^{f)} qui literis regis adsenti-
 vant, ad sentirentur Gron. c.
 Drak, qui litteris regis as-
 sentirentur Crev.

U. c. 578. **XXV.** Per haec tempora Aetolorum in semet ipsos versus furor mutuis caedibus ad internacionem adducturus videbatur gentem. Fessi deinde et Romanam utraque pars miserunt legatos, et inter se ipsi de reconcilianda concordia agebant: quae novo facinore discussa res veteres etiam iras excitavit. Exsulibus Hypataeis, qui factionis Proxeni erant, quum reditus in patriam promissus esset, fidesque data per principem civitatis Eupoleum, octoginta inlustres homines, quibus redeuntibus inter ceteram multitudinem Eupolemus etiam^{g)} obvius exierat, quum salutatione benigne excepti essent, dextraeque datae, ingredientes portam, fidem datam Deosque testes nequidquam invocantes, intersecti sunt. Inde gravius de integro bellum exarsit. C. Valerius Laevinus, et Ap. Claudius Pulcher, et C. Memmius, et M. Popillius, et L. Canuleius missi ab senatu venerant. Apud eos quum Delphis utriusque partis legati magno certamine agerent, Proxenus maxime, quum causa, tum eloquentia, praestare visus est; qui paucos post dies ab Orthobula uxore veneno est sublatus: damnataque eo criminis, in exsilium abiit. Idem furor et Cretenses lacerabat. adventu deinde Q. Minucii legati, qui cum decem navibus missus ad sedanda eorum certamina erat, in spem pacis venerant. ceterum induciae tantum^{h)} sex mensium fuerunt: inde multo gravius bellum exarsit. Lycii quoque per idem tempus ab Rhodiis bello vexabantur. Sed externorum inter se bella, quo quaeque modo gesta sunt, persequi non opera est satis superque oneris sustinenti res a populo Romano gestas scribere.

XXVI. Celtiberi in Hispania, qui bello domiti se Ti. Graccho dediderant, pacati manserant M. Titinio praetore obtinente provinciam. rebellarunt sub adventum Ap. Claudi, orsique bellum sunt ab repen-

g) *etiam del.* Gron Crev.

h) *induciae et antea Eaed. c. Drak.*

tina obpugnatione castrorum Romanorum. Prima U. c. 578.
 lux ferme erat, quum vigiles in vallo, qui que in por-^{a.} C. 174.
 tarum stationibus erant, quum vidissent procul ve-
 nientem hostem, ad arma conclamaverunt. Ap. Clau-
 dius, signo proposito pugnae, paucis ⁱ⁾ adhortatus
 milites, tribus simul portis eduxit. Obsistentibus
 ad exitum Celtiberis, primo par utrumque ^{k)} proe-
 lium fuit, quia propter angustias non omnes in fau-
 cibus pugnare poterant Romani: urgentes deinde alii
 alios sicubi ^{l)} evaserunt extra vallum, ut pandere
 aciem, et exaequari cornibus hostibus, quibus cir-
 cumibantur, possent, ita ^{m)} repente intruperunt ⁿ⁾, ut
 sustinere inpetum eorum Celtiberi nequirent. Ante
 horam secundam pulsi sunt: ad quindecim millia
 caesa aut capta: signa ademta duo et triginta. Castra
 etiam eo die expugnata, debellatumque. nam, qui
 superfuere proelio, in oppida sua dilapsi sunt. quieti
 deinde paruerunt imperio.

XXVII. Ceusores eo anno creati Q. Fulvius Flac-
 cus et A. Postumius Albinus legerunt senatum: pri-
 ceps lectus M. Aemilius Lepidus pontifex maximus.
 De senatu novem eiecerunt. insignes notae fuerunt
 M. Cornelii Maluginensis, qui biennio ante praetor
 in Hispania fuerat; et L. Cornelii Scipionis praetoris,
 cuius tum inter cives et peregrinos iurisdictio erat;
 et Cn. Fulvii, qui frater germanus et, ut Valerius
 Antias tradit, consors etiam censoris erat. Consules,
 votis ^{o)} in Capitolio nuncupatis, in provincias pro-
 fecti sunt. Ex iis M. Aemilio senatus negotium de-
 dit, ut Patavinorum in Venetia seditionem compri-
 meret, quos certamine factionum ad intestinum bel-
 lum exarsisse, ipsorum ^{p)} legati adulterant. Legati,

i) ac paucis Gron. Crev. c. Drak.

m) possent. ita Eaed. c. Drak.

k) utrumque Drak.

n) eruperunt Eaed. c. Drak.

l) securi Gron. Crev. c. Drak.

o) add. etiam Eaed. c. Drak.

T. Liv. Tom. IV.

p) et ipsorum Eaed. c. Drak.

U. c. 578. qui in Aetolian ad similes motus comprimendos ie-
a. C. 174. rant, renunciarunt, coerceri rabiem gentis non posse.

Patavinis saluti fuit adventus consulis: neque aliud, quod ageret in provincia, quum habuisset, Romain rediit. Censores vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substruendas ^{q)} marginandasque primi omnium locaverunt, pontesque multis locis faciendos: et scenam aedilibus praetoribusque praebendam: et carceres in circo, et ova ad notas curriculis numerandis, et * dam, et metas trans * et caveas ferreas pe * intromitterentur * ferreis in monte Albano consulibus, et clivum Capitolinum silice sternendum curaverunt, et porticum ab aede Saturni in Capitolium ad senaculum, ac super id curiam. Et extra portam Trigeminam emporium lapide straverunt, stiptibusque sepserunt; et porticum Aemiliam reficiendam curarunt: gradibusque adscensum ab Tiberi in emporium fecerunt. et extra eamdem portam in Aventinum porticum silice straverunt, et eo publico ab aede Veneris fecerunt. Idem Calatiae et Auximi ^{r)} muros faciendos locaverunt: venditisque ibi publicis locis, pecuniam, quae redacta erat, tabernis utriusque foro circumdandis consumserunt. et alter ex iis Fulvius Flaccus (nam Postumius nihil, nisi senatus Romani populive jussu, se locaturum ipsorum pecunia *) Iovis ^{s)} aedem Pisauri, et Fundis, et Potentiae ^{t)} etiam aquam adducendam, et Pisauri viam silice sternendam, et Sinuessam a ga * aviariae. In his et clo * um circumducend * et forum porticibus tabernisque claudendum, et Ianos tres faciendos. Haec ab uno censore opera locata, cum magna gratia colonorum. Moribus quoque regendis diligens et severa censura fuit. multis equi ademti.

q) substernendas Gron. Crev.

r) Oximi Eaed.

s) pecunia [dicebat]) Iovis
Crev.

t) Pollentiae Gron. Crev. c.

Drak.

XXVIII. Exitu prope anni diem unum suppli-^{U. c. 578.}
catio fuit ob res prospere gestas in Hispania ducta ^{a. C. 174.}
auspicioque Ap. Claudii proconsulis: et maioribus
hostiis viginti sacrificatum. et alterum diem suppli-
cacio ad Cereris, Liberi, Liberaeque fuit, quod ex
Sabinis terrae motus ingens cum multis aedificiorum
ruinis nunciatus erat. Quum Ap. Claudius ex His-
pania Romanam rediisset, decrevit senatus, ut ovans
urbem iniret. Iam consularia comitia adpetebant;
quibus, magna contentione habitis propter multitu-
dinem potentium, creati L. Postumius Albinus et
M. Popillius Laenas. Praetores inde facti, N. Fabius
Buteo, M. Matienus, C. Cicereius, M. Furius Cras-
sipes iterum, A. Atilius Serranus iterum, C. Cluvius
Saxula iterum. Comitiis perfectis, Ap. Claudius
Centho, ex Celtiberis ovans quum in urbem iniret,
decem millia pondo argenti, quinque millia auri in
aerarium tulit. Flamen Dialis inauguratus est Cn.
Cornelius. Eodem anno tabula in aedem ^{u)} Matris
Matutae cum indice hoc posita est: *Ti. Sempronii
Gracchi consulis imperio auspicioque legio exercitusque
populi Romani Sardiniam subegit. in ea provincia
hostium caesa aut capta supra octoginta millia. Repu-
blica felicissime gesta, atque liberatis vectigalibus * re-
stitutis ^{x)}, exercitum salvum atque incolumem plenis-
simum praeda domum reportavit. iterum triumphans
in urbem Romanam rediit. Cuius rei ergo hanc tabulam
donum Iovi dedit.* Sardiniae insulae forma erat, at-
que in ea simulacra pugnarum picta. Munera gladia-
torum eo anno aliquot parva alia data; unum ante
cetera insigne fuit T. Flaminini, quod mortis caussa
patris sui, cum visceratione epuloque et ludis sceni-
gis, quatriiduum dedit. magni tamen muneric ea
summa fuit, ut per triduum quatuor et septuaginta
homines pugnarint.

* * *

u) aede Gron. Crev.

x) *vectigalibus [et reipublicae] restitutis* Crev.

EPITOME LIBRI XLII.

Q. Fulvius Flaccus censor templum Iunonis Laciniae tegulis marmoreis spoliavit, ut aedem, quam dedicabat 1), tegeter. tegulae ex senatusconsulto reportatae. Eumenes, Asiae rex, in senatu de Perseo, Macedoniae rege, questus est: cuius iniuriae in populum Romanum referuntur. ob quas bello ei indictio, P. Licinius Crassus consul, cui id mandatum erat 2), in Macedonia transiit, levibusque expeditionibus, equestribus proeliis, in Thessalia cum Perseo parum felici eventu pugnavit. Inter Masinissam et Karthaginienses de agro fuit arbitrarius 3) ad disceptandum a senatu datus. Legati missi ad civitates socias et reges rogandos, ut 4) in fide permanerent, dubitantibus Rhodiis. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita ducenta quinquaginta septem millia ducenta triginta unum. Res praeterea adversus Corsos et Ligures prospere gestas continet.

1) dedicaverat Gron. Crev.

5) dies Gron. Crev.

2) cui Macedonia decreta erat Gron.

4) an Gron.

T. LIVII PATAVINI

LIBER XLII.

U. c. 579. L. Postumius Albinus, M. Popillius Laenas quum
a. C. 173. omnium primum de provinciis exercitibusque ad senatum retulissent, Ligures utriusque decreti sunt: ut novas ambo, quibus eam provinciam obtinerent, legiones, (binae singulis decretae) et socium Latinorum nominis dena millia peditum et sexcentos ^{a)} equites,

a) sexcentos Gron. Crev.

et supplementum Hispaniae tria millia peditum Rō-U. c. 579.
 manorum scriberent, et ducentos equites. Ad hoc^a. C. 173.
 mille et quingenti pedites Romani cum centum equi-
 tibus scribi iussi; cum quibus praetor, cui Sardinia
 obtigisset, in Corsicam transgressus bellum gereret;
 interim M. Atilius, vetus praetor, provinciam obti-
 neret Sardiniam. Praetores deinde provincias sortiti
 sunt, A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluvius Sa-
 xula inter cives et peregrinos, N. Fabius Buteo His-
 paniam citeriorem, M. Matienus ulteriorem, M. Fu-
 riuss Crassipes Siciliam, C. Cicereius Sardiniam. Pri-
 usquam magistratus proficiscerentur, senatui placuit,
 L. Postumium consulem ad agrum publicum a privato
 terminandum in Campaniam ire; cuius ingentem mo-
 dum possidere privatos, paullatim proferendo fines,
 constabat. Hic, iratus Praenestinis, quod, quum eo
 privatus sacrificii in templo Fortunae faciundi caussa
 profectus esset, nihil in se honorifice, neque publice,
 neque privatim, factum a Praenestiniis esset, prius-
 quam ab Roma proficisceretur, literas Praeneste mi-
 sit, ut sibi magistratus obviam exiret, locum publice
 pararet, ubi deverteretur^b) iumentaque, quum ex-
 iret inde, praesto essent. Ante hunc consulem ne-
 mo umquam sociis in ulla re oneri aut sumtui fuit.
 ideo magistratus mulis tabernaculisque et omni alio
 instrumento militari ornabantur, ne quid tale impe-
 rarent sociis. privata hospitia habebant; ea benigne
 comiterque colebant: domusque eorum Romae hospi-
 tibus patebant, apud quos ipsis deverti^c) mos esset.
 Legati, qui repente aliquo mitterentur, singula iu-
 menta per oppida, iter qua faciendum^d) erat, im-
 perabant: aliam impensam socii in magistratus Ro-
 manos non faciebant. Iniuria consulis, etiamsi iusta,
 non tamen in magistratu exercenda, et silentium,

b) diverteretur Gron. Crev.
 c. Drak.

c) diverti Eaed. c. Drak.
 d) faciendum Gron. Crev.

U. c. 579. nimis aut modestum, aut timidum, Praenestinorum
a. C. 173. ius, velut probato exemplo, magistratibus fecit gra-
viorum in dies talis generis imperiorum.

II. Principio huius anni legati, qui in Aetolianam
et Macedoniam missi erant, renunciarunt, *sibi con-
veniendi regis Persei, quum alii abesse eum, alii aegrum
esse, falso utrumque, fingerent, potestatem non factam.*
*Facile tamen adparuisse sibi, bellum parari, nec ultra
ad arma ire dilaturum.* Item in Aetolia seditionem
gliscere in dies, neque discordiarum principes auctori-
tate sua coerceri potuisse. Quum bellum Macedoni-
cum in exspectatione esset, priusquam id suscipere-
tur, prodigia expiari, pacemque Deum peti precatio-
nibus, qui editi ^{e)} ex fatalibus libris essent, placuit.
Lanuvii classis magnae species in coelo visae dice-
bantur; et Priverni lana pulla terra enata; et in Ve-
ienti apud Rementem lapidatum; Pomptinum omne
velut nubibus locustarum coopertum esse; in Gallico
agro, qua induceretur aratruin, sub exsistentibus
glebis pisces emersisse. Ob haec prodigia libri fata-
les inspecti, editumque ab decemviris est, et quibus
Diis, quibusque hostiis sacrificaretur, et ut supplicatio
prodigiis expiandis fieret: altera, quae priore
anno valetudinis populi caussa vota esset, ea uti fe-
riaeque essent. itaque sacrificatum est, ut decem-
viri scriptum ediderunt.

III. Eodem anno aedis ^{f)} Iunonis Laciniae de-
tecta. Q. Fulvius Flaccus censor aedem Fortunae
Equestris, quam in Hispania praetor bello Celtiberico
voerat, faciebat eniso studio, ne ullum Romae am-
plius aut magnificentius templum esset. Magnum
ornamentum se templo ratus adiecturum, si tegulae
marinoreae essent, profectus in Bruttios, aedem
Iuuonis Laciniae ad partem dimidiā detegit. id sa-

e) quae editae Gron. Crev. c. f) aedes Gron. Crev.
Drak.

tis fore ratus ad tegendum, quod aedificaretur. Na- U. c. 579.
 yes paratae fuerunt, quae tollerent atque asporta- a. G. 173.
 rent, auctoritate censoria sociis deterritis id sacrile-
 gium prohibere. Postquam censor rediit, tegulae,
 expositae de navibus, ad templum portabantur.
 quamquam, unde essent, silebatur, non tamen celari
 potuit. Fremitus igitur in curia ortus est: ex omni-
 bus partibus postulabatur, ut consules eam rem ad
 senatum referrent. Ut vero arcessitus in curiam cen-
 sor venit, multo infestius singuli universique pre-
 sentem lacerare: *Templum augustissimum regionis*
eius, quod non Pyrrhus, non Hannibal violassent, vio-
lare parum habuisse, nisi detexisset foede, ac prope
diruisset. Detractum culmen templo, nudatum tectum
patere imbribus putrefaciendum. censorem, moribus
regendis creatum, cui sarta tecta exigere sacris publi-
cis, et loca tuenda, more maiorum traditum esset;
eum per sociorum urbes diruentem templa, nudantemque
tecta aedium sacrarum, vagari: et, quod, si in pri-
vatis sociorum aedificiis facheret, indignum videri pos-
set, id Deum immortalium templa demolientem facere:
et obstringere religione populum Romanum, ruinis tem-
plorum templa aedificantem: tamquam non iidem ubique
Dii immortales sint, sed spoliis aliorum alii colendi exor-
nandique. Quum, priusquam referretur, adpareret,
quid sentirent Patres, relatione facta, in unam omi-
nes sententiam ierunt, ut hae tegulae reportandae in
templum locarentur, piaculariaque Iunoni fierent.
Quae ad religionem pertinent, cum cura facta: te-
gulas relictas in area templi, quia reponendaruin ne-
mio artifex inire rationem potuerit, redemtores nun-
ciarunt.

IV. Ex praetoribus, qui in provincias ierant, N. Fabius Massiliae moritur, quum in citeriorem Hispaniam iret. Itaque, quin id nunciatum a Massilien-
 sis legatis esset, senatus decrevit, ut P. Furius et Cn. Servilius, quibus succedebatur, inter se sortiren-

U. c. 579. tñr, uter citeriorem Hispaniam prorogato imperio
a. C. 173. obtineret. Sors opportuna fuit, ut P. ^{g)} Furius idem,
cuius ea provincia fuerat, remaneret. Eodem anno,
quum agri Ligustini et Galici, quod bello captum
erat, aliquantum vacaret, senatusconsultum factum,
ut is ager viritim divideretur. Decemviros in eam
rem ex senatusconsulto creavit A. Atilius praetor
urbanus, M. Aemilium Lepidum, C. Cassium, T.
Aebutium Carum, C. Tremellium, P. Cornelium Ce-
thegum, Q. et L. Appuleios, M. Caecilium, C. Sa-
lonium, C. Munatum. Diviserunt dena iugera in
singulos, sociis nominis Latini terna. Per idem
tempus, quo haec agebantur, legati ex Aetolia Ro-
mam venerunt de discordiis seditionibusque suis, et
Thessali legati, nunciantes, quae in Macedonia ge-
rerentur.

V. Perseus, iam bellum vivo patre cogitatum in
animo volvens, omnes, non gentes modo Graeciae,
sed civitates etiam, legationibus mittendis, pollicen-
do plura, quam praestando, sibi conciliabat. Erant
tamen magna ex parte hominum ad favorem eius in-
clinati animi, et aliquanto quam in Eumenem pro-
pensiones: quum Eumenis beneficiis muneribusque
omnes Graeciae civitates et plerique principum obli-
gati essent: et ita se in regno suo gereret, ut, quae
sub ditione eius, urbes ^{h)} nullius liberae civitatis
fortunam secum mutatam vellent. contra Persea fa-
ma erat post patris mortem uxorem manu sua occi-
disse: Apellem, ministrum quondam fraudis in fra-
tre tollendo, atque ob id requisitum a Philippo ad
supplicium, exsulantem, arcessitum post patris mor-
tem ingentibus promissis ad praemia tantae perpetra-
tae rei clam interfecisse. intestinis externisque pae-
terea multis caedibus infamem, nec ullo commendata-

^{g)} fuit. P. Gron. fuit: P. Crev. fuit; P. Drak.

^{h)} quae sub ditione eius ur-
bes essent Gron. Crev.

bilem merito, praeferebant vulgo civitates tam pio U. c. 579.
 erga propinquos, tam iusto in cives, tam munifico^a. C. 173.
 erga omnes homines regi, seu fama et maiestate Ma-
 cedonum regum praeoccupati ad spernendumⁱ) ori-
 ginem novi regni; seu mutationis rerum cupidi; seu
 quia eum obiectum esse Romanis volebant. Erant
 autem non Aetoli modo in seditionibus, propter in-
 gentem vim aeris alieni, sed Thessali etiam: ex^k)
 contagione, velut tabes, in Perrhaebiam quoque id
 pervaserat malum. Quum Thessalos in armis esse
 nunciatum est, Ap. Claudium legatum ad eas res ad-
 spiciendas componendasque senatus misit. Qui,
 utriusque partis principibus castigatis, quum iniusto
 foenore gravatum aes alienum, ipsis magna ex parte
 concedentibus, qui onerarant, levasset, iusti crediti
 solutionem in * annorum^l) pensiones distribuit. Per
 eundem Appium eodemque modo compositae in Per-
 rhaibia res. Aetolorum caussas Marcellus Delphis
 per idem tempus hostilibus actas animis, quos^m) in-
 testino gesserant bello, cognovit. Quum certatum
 utrimque temeritate atque audacia cerneret, decreto
 quidem suo neutram partem aut levare, aut onerare
 voluit: communiter ab utrisque petuit, abstinerent
 bello, et oblivione praeteritorum discordias finirent.
 Huius reconciliationis inter ipsos fides obsidibus ultro
 citroque datis firmata est. Corinthusⁿ), ut ibi depo-
 nerentur obsides, convenit^o).

VI. A Delphis et Aetolico concilio Marcellus in Peloponnesum traiecit, quo Achaeis edixerat con-
 ventum. Ubi, conlaudata gente, quod constanter
 vetus decretum de arcendis aditu finium regibus Ma-
 cedonum tenuissent, insigne adversus Persea odium
 Romanorum fecit: quod ut maturius erumperet, Eu-

i) *spernendam* Gron. Crev.
 c. Drak.

k) *ea* Eaed. c. Drak.

l) *in annorum*, omissa lacu-
 nae signo, Gron. Crev.

m) *quas* Eaed. c. Drak.

n) *Corinthum* Eaed. c. Drak.

o) *convenitur* Eaed. c. Drak.

U. c. 579. menes rex, commentarium ferens secum, quod de
a. C. 173. adparatibus belli omnia inquirens fecerat, Romam
venit. Per idem tempus quinque legati ad regem
missi, qui res in Macedonia adspicerent. Alexan-
driam iidem ad Ptolemaeum renovandae amicitiae
caussa proficisci iussi. Legati erant hi, C. Valerius,
Cn. Lutatius Cerco, Q. Baebius Sulca, M. Cornelius
Mammula, M. Caecilius Denter. Et ab Antiocho rege
sub idem tempus legati venerunt: quorum princeps
Apollonius, in senatum introductus, multis iustis-
que caussis regem excusavit, Quod stipendium serius
quoad diem praestaret. id se omne adverisse, ne cuius,
nisi temporis, gratia regi fieret. Donum praeterea ad-
ferre, vasa aurea quingentum pondo. Petero regem, ut,
quae cum patre suo societas atque amicitia fuisse,
secum renovaretur; imperaretque sibi populus Romanus,
quae bono fideliisque socio regi essent imperanda. se nullo
usquam cessaturum officio. Ea merita in se senatus
fuisse, quum Romae esset, eam comitatem iuuentutis,
ut pro rege, non pro obside, omnibus ordinibus fuerit.
Legatis benigne responsum, et societatem renovare
cum Antiocho, quae cum patre eius fuerat, A. Ati-
lius praetor urbanus iussus. Quaestores urbani sti-
pendium, vasa aurea censores acceperunt: eisque
negotium datum est, ut ponerent ea, in quibus tem-
plis videretur: legatoque centum millium aeris mu-
nus missum, et aedes liberae hospitio datae, sumtus-
que decretus, donec in Italia esset. Legati, qui in
Syria fuerant, renunciaverunt, in maximo eum ho-
nore apud regem esse, amicissimumque populo Ro-
mano.

VII. In provinciis eo anno haec. C. Cicereius
praetor in Corsica signis conlatis pugnavit: septem
millia Corsorum caesa; capti amplius mille et septen-
genti. Voverat in ea pugna praetor aedem Iunoni
Monetae. Pax deinde data potentibus Corsis, et ex-
acta cereae ducena millia pondo. Ex Corsica subacta

Cicereius in Sardiniam transmisit. Et in Liguribus U. c. 579.
 in agro Statiellati pugnatum ad oppidum Caryustum. ^{a.} C. 173.
 Eo se magnus exercitus Ligurum contulerat. Primo
 sub adventum M. Popillii consulis moenibus sese con-
 tinebant: deinde, postquam oppidum obpugnaturum
 Romanum cernebant, progressi ante portas, aciem
 struxerunt: nec consul (ut qui id ipsum obpugnatio-
 ne comminanda quaesisset) moram certamini fecit.
 Pugnatum est amplius tres horas, ita ut neutro incli-
 naret spes. Quod ubi consul vidit, nulla parte mo-
 veri Ligurum signa, imperat equitibus, ut equos
 descendant, ac tribus simul partibus in hostes,
 quanto maximo possent tumultu, incurvant. Pars
 magna equitum medium traiecit aciem, et ad terga
 pugnantium pervasit. Inde terror innectus Liguribus.
 diversi in omnes partes fugerunt. perpauci retro in
 oppidum, quia inde se maxime obiecerat eques. et
 pugna tamen pervicax multos absumserat Ligurum, et
 in fuga passim caesi sunt. Decem millia hominum
 caesa traduntur; amplius septingenti passim capti:
 signa militaria relata octoginta duo. Nec incruenta
 victoria fuit. amplius tria millia militum amissa;
 quum, cedentibus neutrīs, ex parte utraque primo-
 res caderent.

VIII. Post hanc pugnam ex diversa fuga in unum
 conlecti Ligures, quuin maiorem multo partem civium
 amissam, quam superesse, cernerent, (nec enim
 plus decem millia hominum erant) dediderunt sese;
 nihil quidem illi pacti. speraverant tamen, non atro-
 cius, quam superiores imperatores, consulem in se
 saevituru. At ille arma omnibus ademit, oppidum
 diruit, ipsos bonaque eorum vendidit: literasque se-
 natui de rebus ab se gestis misit. Quas quum A. Ati-
 lius praetor in curia recitasset, (nam consul alter
 Postumius, agris recognoscendis in Campania occu-
 patus, aberat) atrox res visa senatui: *Statiellates,*
qui uni ex Ligurum gente non tulissent arma adversus

U. c. 579. *Romanos, tum quoque obpugnatos, non ultiro inferentes*
 a. C. 173. *bellum; deditos in fidem populi Romani omni ultimae crudelitatis exemplo laceratos ac deletos esse: tot millia capitum innoxiorum, fidem implorantia populi Romani, ne quis umquam se postea dedere auderet, pessimo exemplo venisse: et distractos passim iustis quondam hostibus populi Romani pacatis servire. Quas ob res placeo senatui, M. Popillium consulem Ligures, pretio emitoribus reddito, ipsos restituere in libertatem; bona que ut iis, quidquid eius recuperari^p) possit, reddantur curare. Arma primo quoque tempore fieri; nec ante consulem^q) de provincia decedere, quam^r) deditos in sedem suam Ligures restituisset. Claram victoriā vincendo obpugnantes, non saeviendo in adflictos, fieri.*

IX. Consul, qua ferocia animi usus erat in Liguribus, eamdem ad non parendum senatui habuit. Legionibus extemplo Pisas in hibernacula missis, iratus Patribus, infestus praetori, Romani rediit: senatuque extemplo ad aedem Bellonae vocato, multis verbis invectus est in praetorem: *qui, quum ob rem bello^s) bene gestam, uti Diis immortalibus honos haberetur, referre ad senatum debuisse, adversus se pro hostibus senatusconsultum fecisset, quo victoriā suam ad Ligures transferret, dedique iis prope consulem praetor iuberet. Itaque multam ei se dicere: a Patribus postulare, ut senatusconsultum in se factum tolli iubarent: supplicationemque, quam absentes ex literis, de bene gesta republica missis, decernere debuerint, praesentes honoris Deorum primum caussa, deinde et sui aliquo tamen^t) respectu, decernerent. Nihilo lenioribus, quam absens, senatorum aliquot orationibus increpitus, neutra inpetrata re, in provinciam re-*

p) recuperari Gron. Crev. c.
Drak.

q) fieri in ea gente, consulem
Eaed. c. Drak.

r) quum Eaed. c. Drak.

s) bello rem bene Gron.
Crev.

t) tandem Eaed. c. Drak.

dit^u). Alter consul Postumius, consumta aestate U. c. 579.
in recognoscendis agris, ne visa quidem provincia^a. C. 173.
sua, comitiorum caussa Rounam rediit. consules C.
Popillium Laenatem, P. Aelium Ligurem creavit.
Praetores exinde^x) facti C. Licinius Crassus, M. Iu-
nius Pennus, Sp. Lucretius, Sp. Cluvius, Cn. Sici-
nius, C. Memmius iterum.

X. Eo anno lustrum conditum est. Censores erant
Q. Fulvius Flaccus, A.^y) Postumius Albinus. Postu-
mius condidit. Censa sunt civium Romanorum ca-
pita ducenta sexaginta novem millia et quindecim.
Minor aliquanto numerus, quia L. Postumius consul
pro concione edixerat, qui socium Latini nominis ex
edicto C. Claudii consulis redire in civitates suas de-
buissent, ne quis eorum Romae, et^z) omnes in suis
civitatibus censerentur. Concors et e republica cen-
sura fuit. omnes, quos senatu moverunt, quibusque
equos ademerunt, aerarios fecerunt, et tribu move-
runt: neque ab altero notatum alter probavit. Ful-
vius aedem Fortunae Equestris, quam proconsul in
Hispania, dimicans cum Celtiberorum legionibus, vo-
verat, annos sex post, quam voverat, dedicavit: et
scenicos ludos per quatriduum, unum diem in circu
fecit. L. Cornelius Lentulus, decemvir sacrorum,
eo anno mortuus est. in locum eius subiectus A.
Postumius Albinus. Locustarum tantae nubes a mari
vento repente in Apuliam inflatae sunt, ut examini-
bus suis agros late operirent. ad quam pestem fru-
gum tollendam Cn.^a) Sicinius praetor designatus,
cum imperio in Apuliam missus, ingenti agmine ho-
minum ad colligendas eas coacto, aliquantum tempo-
ris absumsit. Principium insequentis anni, quo C. U. c. 580.
Popilius et P. Aelius fuerunt consules', residuas con.^a C. 172.

u) *rediit* Gron. Crev.

z) *sed* Gron. Crev. c. Drak.

x) *deinde* Eaed.

a) C. Gron.

y) L. Gron.

U. c. 580. tentiones ex priore anno habuit. Patres referri de
a. C. 172. Liguribus, renovarique senatusconsultum volebant,
et consul Aelius referebat. Popillius et collegam et
senatum pro fratre deprecabatur; prae se ferens, si
quid ^{b)} decernerent, intercessurum, collegam deter-
ruit. Patres, eo magis utrique pariter consulum in-
fensi, in incepto ^{c)} perstabant. Itaque, quum de
provinciis ageretur, et Macedonia, iam inminente
Persei bello, peteretur, Ligures ambobus consulibus
decernuntur. Macedoniam decreturos negant, ni de
M. Popillio referretur. Postulantibus deinde, ut no-
vos exercitus scribere, aut supplementum veteribus
liceret, utrumque negatum est. Praetoribus quoque
in Hispaniam supplementum potentibus negatum:
M. Iunio in citeriorem, Sp. Lucretio in ulteriorem.
C. Licinius Crassus urbanam iurisdictionem, Cn. Si-
cinius inter peregrinos erat sortitus, C. Memmius Si-
ciliam, Sp. Cluvius Sardiniam. Consules, ob ea
irati senatui, Latinis seriis in primam quamque diem
indictis, in provinciam abituros esse ^{d)} denunciarunt;
nec quidquam rei publicae ^{e)} acturos, praeterquam
quod ad provinciarum administrationem adtineret.

XI. Attalum, regis Eumenis fratrem, legatum
venisse Romam, Valerius Antias his consulibus scri-
bit, ad deferenda de Perseo crimina, indicandosque
adparatus belli. Plurium annales, et quibus credi-
disse malis, ipsum Eumenem venisse tradunt. Eu-
menes igitur, ut Romam venit, exceptus cum tanto
honore, quantum non meritis tantum eius, sed bene-
ficiis etiam suis, ingentia quae in eum congesta erant,
existimaret deberi populus Romanus, in senatum est
introductus. *Caussam veniendi sibi Romam fuisse,*
dixit, praeter cupiditatem visendi Deos hominesque,

b) qui Drak.

c) in coepio Gron. Crev. c.
Drak.

d) abituros se Gron. Crev.

e) reipublicae Eaed. c. Drak.

quorum beneficio in ea fortuna esset, supra quam ne U. c. 580.
 optare quidem auderet, etiam ut coram moneret senatum, ut Persei conatis obviam iret. Orsus inde a Philippis consiliis, necem Demetrii filii retulit, adversantis Romano bello; Bastarnarum gentem excitam sedibus suis, quorum auxiliis fatus in Italiam transiret. Haec eum voluntatem in animo, obpresso fato, regnum ei reliquisse, quem infestissimum esse sensisset Romanis. itaque Persea, haereditarium a patre relictum bellum, et simul cum imperio traditum, iamiam primum alere ac fovere omnibus consiliis. Florere praeterea iuventute, quam stirpem longa pax ediderit, florere opibus regni, florere etiam aetate. Quae quum corporis robore ac viribus vigeat, animum esse inveteratum diutina arte atque usu belli. Iam ^f) inde a puero, patris contubernio, Romanis ^g) quoque bellis, non finitimus tantum, adsuetum, missum a patre in expeditiones multas variasque. Iam ex quo ipse accepisset regnum, multa, quae non vi, non dolo, Philippus, omnia expertus, potuisset moliri, admirando rerum successu tenuisse. Accessisse ad vires eam, quae longo tempore, multis magnisque meritis pareretur ^h), auctoritatem.

XII. Nam apud Graeciae atque Asiae civitates verei maiestatem eius omnes. nec, pro quibus meritis, pro qua munificentia tantum ei tribuatur, cernere: nec dicere pro certo posse, utrum felicitate id quadam eius accidat, an, quod ipse vereatur dicere, invidia adversus Romanos favorem illi conciliet. Inter ipsos quoque reges ingentem auctoritate, Seleuci filiam duxisse eum, non petentem, sed petitum ultro; sororem dedisse Prussiae precanti atque ⁱ) oranti: celebratas esse ultrasque nuptias gratulatione donisque innumerabilium legationum, et velut auspicibus nobilissimis populis deductas esse. Boeotorum gentem, captatam Philippo, num-

f) belli iam Gron. Crev.
 g) contubernio. Romanis Crev.

h) pararetur Gron. Crev.
 i) ac Eaed. c. Drak.

U. c. 580. quam ad scribendum amicitiae foedus adduci potuisse:
 a. C. 172. tribus nuno locis cum Perseo foedus incisum literis esse:
 uno Thebis, altero ad Delum, augustissimo et celeberrimo in templo, tertio Delphis. in Achaico concilio vero, nisi discussa res per paucos Romanum imperium intentantes esset, eo rem prope adductam, ut aditus et in Achaiam daretur. At, hercule, suos honores, cuius merita in eam gentem privatim, an publice, sint maiora, vix dici posset, partim desertos per incultum ac neglegentiam, partim hostiliter sublatos esse. Iam, Aetolos, quem ignorare, in seditionibus suis non ab Romanis, sed a Perseo praesidium petisse^{k)})? His eum fultum societatibus atque amicitiis eos domesticos adparatus belli habere, ut externis non egeat; triginta millia peditum, quinque millia equitum: in decem annos frumentum praeparare, ut abstinere et suo et hostium agro frumentandi caussa possit. Iam pecuniam tantam habere, ut decem millibus mercenariorum militum, praeter Macedonum copias, stipendium in totidem annos praeparatum habeat: praeter annum, quod ex metallis regiis capiat, vectigal. Arma vel tribus tantis exercitibus in armamentaria concessisse. Juventutem, ut iam Macedonia deficiat, velut ex perenni fonte unde hauriat, Thraciam subiectam esse.

XIII. Reliquum orationis adhortatio fuit. Non ego haec, inquit, incertis iactata rumoribus, et cupidius credita, quia vera esse de inimico crimina volebam, adfero ad vos, Patres conscripti; sed comperta et explorata, haud secus quam si speculator missus a vobis subiecta oculis referrem. Neque, relicto regno meo, quod amplum et egregium vos fecistis, mare tantum traiecisem, ut vana ad vos adferendo fidem abrogarem mihi. Cernebam nobilissimas Asiae et Graeciae civitates, in dies magis denudantes iudicia sua, mox, si permitteretur, eo processuras, unde receptum ad poe-

k) petiisse Gron. Crev. c. Drak.

nitendum non haberent. Cernebam Persea, non conti- U. c. 580.
nentem se Macedoniae regno, alia armis occupantem, a. G. 172.
alia, quae vi subigi non possunt, favore ac benevolentia
complectentem. Videbam, quam inpar esset sors, quum
ille vobis bellum pararet, vos¹⁾ ei securam pacem prae-
staretis; quamquam mihi quidem non parare, sed ge-
rere pene bellum videbatur. Abrupolim, socium atque
amicum vestrum, regno expulit. Arthetaurum^{m)} Illy-
rium, quia scripta ab eo quaedam vobis comperit, so-
cium item atque amicum vestrum, interfecit. Euer-
samⁿ⁾ et Callicritum Thebanos, principes civitatis,
quia liberius aduersus eum in concilio Boeotorum locuti
fuerant, delaturosque ad vos, quae agerentur, professi
erant, tollendos curavit. Auxilium Byzantiis aduersus
foedus tulit, Dolopiae bella intulit, Thessaliam et Do-
ridem cum exercitu pervasit, ut in bello intestino dete-
rioris partis auxilio meliorem adfligeret. Confudit et
miscuit omnia in Thessalia Perrhaebiaque spe novarum
tabularum, ut manu debitorum obnoxia sibi optimates
obprimeret. Haec quum vobis quiescentibus et patienti-
bus fecerit, et concessam sibi Graeciam esse a vobis vi-
deat; pro certo habet, neminem sibi, antequam in Ita-
liam traiecerit, armatum obscursurum. Hoc quam vo-
bis tutum aut honestum sit, vos videritis: ego certe mi-
hi turpe esse duxi, prius Persea ad bellum inferendum,
quam me socium ad praedicendum, ut caveretis, venire
in Italiam. Functus necessario mihi officio, et quodam
modo liberata atque exonerata fide mea, quid ultra fa-
cere possum, quam uti Deos Deasque precer, ut vos et
vestrae reipublicae, et nobis sociis atque amicis, qui ex
vobis pendemus, consulatis?

XIV. Haec oratio movit Patres conscriptos. ce-
terum in praesentia nihil, praeterquam suis in cu-

1) *bellum, vos* Gron. c.
Drak. bellum [pararet],
vos Crev.

m) *Artheturum* Gron. Crev.
c. Drak.
n) *Euercam* Crev.

U. c. 580. ria regem, scire quisquam potuit: eo silentio clausa a. C. 172. curia erat. bello denique perfecto, quaeque dicta ab rege, quaeque responsa essent, emanavere. Persei deinde regis legatis post paucos dies senatus datus est. Ceterum, praeoccupatis non auribus magis, quam animis, ab Eumene rege, omnis et defensio et deprecatio legatorum respuebatur: et exasperavit animos ferocia nimia ^{o)} Harpalii, qui princeps legationis erat. Is, *velle quidem et laborare*, dixit, *regem, ut purganti, se nihil hostile dixisse aut fecisse, fides habeat*: *ceterum, si pericacius caussam belli quaeri videat, forti animo defensurum se. Martem communem esse, et eventum incertum belli.* Omnibus civitatibus Graeciae atque Asiae curae erat, quid Persei legati, quid Eumenes in senatu egisset: et propter adventum eius, quem moturum aliquid rebantur, miserant pleraque civitates, alia in speciem praferentes, legatos. et legatio Rhodiorum erat, ac Satyrus princeps, haud dubius, quin Eumenes civitatem quoque suam Persei criminibus iunxitisset. Itaque omni modo per patrones hospitesque disceptandi cum rege locum in senatu quaerebat. Quod quum non ^{p)} contigisset, libertate intemperantius in vectus in regem, quod Lyciorum gentem adversus Rhodios concitasset, graviorque Asiae esset, quam Antiochus fuisset; popularem quidem ac gratiam populis Asiae (nam eo quoque iam favor Persei venerat) orationem habuit: ceterum invisam senatui, inutilemque sibi et civitati suea. Eumeni vero conspiratio adversus eum favorem apud Romanos fecit. ita omnes ei honores habiti, donaque quam amplissima data, cum sella curuli atque eburneo scipione.

XV. Legationibus dimissis, quum Harpalus, quanta maxima ^{q)} celeritate poterat, regressus in

^{o)} *animi* Gron. Crev. c. Drak. ^{q)} *eximia* Eaed. c. Drak.

^{p)} *non del.* Eaed. c. Drak.

Macedoniam, nunciasset regi, nondum quidem pa-^{U.} c. 580.
 rantes bellum reliquisse se Romanos, sed ita infestos, ut facile adpareret, non dilaturos; et ipse, praeterquam quod et ita credebat futurum, iam etiam volebat, in flore virium se credens esse. Eumeni ante omnes infestus erat: a cuius sanguine ordiens bellum, Euandrum Cretensem, ducem auxiliorum, et Macedonas tres, adsuetos ministeriis talium facinorum, ad caedem regis subornat: literasque eis dat ad Praxo hospitam, principem auctoritate et opibus Delphorum. Satis constabat, Eumeneim, ut sacrificaret Apollini, Delphos escensurum^r). Praegressi^s) cum Euandro insidiatores, nihil aliud ad peragendum inceptum, quam loci opportunitatem, omnia circumeuntes, quaerebant. Escendentibus^t) ad templum a Cirrha^u), priusquam perveniretur ad frequentia aedificiis loca, maceria erat ab laeva semitae paulum exstantis^x) a fundamento, qua singuli transirent; dextra pars labe terrae in aliquantum altitudinis derupta^y) erat. post maceriam se abdiderunt, gradibus adstructis, ut ex ea, velut e muro, tela in praetereuntem conicerent. Primo a mari, circumfusa turba amicorum ac satellitum, procedebat^z): deinde extenuabant paullatim angustiae agmen. Ubi ad eum locum ventum est, qua singulis eundum erat, primus semitam ingressus Pantaleon Aetoliae princeps, cum quo institutus regi sermo erat. Tum iusdiatores exorti saxa duo ingentia devolvunt: quorum altero caput ictum est regi, altero humerus; sopitusque ex semita proclivi ruit in declive, multis super prolapsum iam saxis congestis. Et^a) ceteri

r) adscensurum Gron. Crev.
c. Drak.

s) progressi Gron. c. Drak.

t) adscendentibus Gron. Crev.
c. Drak.

u) Cirra Gron.

x) extans Gron. Crev. c. Drak.

y) diruta Eaed. c. Drak.

z) primo a mari circumfusa
turba amicorum ac satelli-
tum procedebat Eaed. c.
Drak.

a) humerus sopitus; ex semi-
ta proclivi in declive multis
super prolapsum iam saxis
congestis. et Gron. Crev.

U. c. 580. quidem etiam amicorum et satellitum, postquam ca-
a. G. 172. dentem videre, dissugiunt: **Pautaleon**^{b)} constanter
inpavidus mansit ad protegendum regem.

XVI. Latrones, quum brevi circumitu maceriae
decurrere ad conficiendum saucium possent, velut
perfecta re, in iugum Parnasi^{c)} resugerunt eo cursu,
ut, quum unus non facile sequendo per invia atque
ardua moraretur fugam eorum, ne ex^{d)} comprenso
indictum emanaret, occiderint comitem. Ad corpus
regis primo amici, deinde satellites ac servi concur-
rerunt, tollentes sopitum vulnere ac nihil sentientem.
Vivere tamen ex calore et spiritu remanente in pree-
cordiis senserunt; vieturum exigua ac prope nulla
spes erat. Quidam ex satellitibus, secuti latronum
vestigia, quum usque ad iugum Parnasi, nequidquam
fatigati, pervenissent, re infecta redierunt. Ad-
gressi facinus Macedones, ut inconsulte, ita audacter,
coeptum nec^{e)} consulte et timide reliquerunt. Com-
potem iam sui regem amici postero die deserunt ad
navem: inde Corinthum: ab^{f)} Corintho, per Isthmi
iugum navibus traductis, Aeginam traiiciunt. Ibi
adeo secreta eius curatio fuit, admittentibus nem-
inem, ut fama mortuum in Asiam perferret. Attalus
quoque celerius, quam dignum concordia fraterna
erat, credidit. nam et cum uxore fratri, et praefe-
cto arcii, tamquam iam haud dubius regni haeres, est
locutus. Quae postea non fefeller Eumenem: et,
quamquam dissimulare et tacite habere id patique
statuerat, tamen in primo congressu non temperavit,
quin uxor petendae praematuram festinationem fra-
tri obiiceret. Romam quoque fama de morte Eume-
nis perlata est.

In Crev. tamen *congestis*.
Et scriptum est. humerus
sopitus. ex semita proelivi
in declive multis super pro-
lapsum iam saxis congestis,
et Drak.

b) *diffugiunt, Pantaleon Drak.*
c) *Parnassi Gron. Crev.*
d) *ex del. Eaed. c. Drak.*
e) *ita audacter coeptum, nec*
Eaed. c. Drak.
f) *a Eaed. c. Drak.*

XVII. Sub idem tempus C. Valerius ex Graecia, U. c. 580.
 qui legatus ad visendum statum regionis eius specu-^{a.}
 landaque consilia Persei regis missus erat, rediit;
 congruentiaque omnia criminibus ab Eumene adlatis
 referebat. simul et adduxerat secum Praxo a Del-
 phis, cuius domus receptaculum latronum fuerat, et
 L. Rammium Brundisinum ^g), qui talis indicii dela-
 tor erat. Princeps Brundisii Rammius fuit; hospitio
 quoque et duces Romanos omnes, et legatos extera-
 rum quoque gentium insignes, praecipue regios, ac-
 cipiebat. ex eo notitia ei cum absente Perseo fuerat:
 literisque spem amicitiae interioris magnaeque inde
 fortunae facientibus, ad regem profectus, brevi per-
 familiaris haberi, trahique, magis quam vellet, in
 arcanos sermones est coepitus. Promissis enim in-
 gentibus praemiis petere institit ab eo rex, *Quoniam
 duces omnes legatique Romani hospitio eius uti adsues-
 sent, quibus eorum ipse scripsisset, ut venenum dandum
 curaret. cuius scire se comparationem plurimum diffi-
 cultatis et periculi habere. pluribus consciis comparari:
 eventu ^h) praeterea incerto esse, ut aut satis efficacia
 ad rem peragendam, aut tuta ad rem celandam dentur.*
*Se daturum, quod nec in dando, nec datum, ullo si-
 gno deprendi posset. Rammius, veritus ne, si abnui-
 set, primus ipse veneni experimentum esset, factu-
 rum pollicitus prosciscitur. nec Brundisium ante re-
 dire, quam convento C. Valerio legato, qui circa
 Chalcidem esse dicebatur, voluit. Ad eum primum
 indicio delato, iussu eius Romam simul venit. In-
 tractus in curiam, quae acta erant, exposuit.*

XVIII. Haec ad ea, quae ab Eumene delata erant,
 accessere, quo maturius hostis Perseus iudicaretur:
 quippe quem non iustum modo adparare bellum regio
 animo, sed per omnia clandestina grassari scelera la-

g) *Brundusinum* Crev.
 h) *habere, pluribus consciis*

comparari. eventu etc.
Gron. c. Drak.

U. c. 580. trociniorum ac veneficiorum cernebant. Belli admis-
a. C. 172. nistratio ad novos consules reiecta est: in praesentia
tamen **Cn. Sicinium** praetorem, cuius inter cives et
peregrinos iurisdictio erat, scribere milites placuit;
qui, Brundisium ducti, primo quoque tempore Apol-
loniam in Epirum traicerentur ad occupandas mari-
tinas urbes, ubi consul, cui provincia Macedonia
obvenisset, classem adpellere tuto, et copias per
commodum exponere posset. Eumenes, aliquamdiu
Aeginae retentus periculosa et difficulti curatione,
quum primum tuto potuit, profectus Pergamum, praeter
pristinum odium recenti etiam scelere Persei stimu-
lante, summa vi parabat bellum. Legati eo ab
Roma, gratulantes quod e tanto periculo evasisset,
venerunt. Quum Macedonicum bellum in annum di-
latum esset, ceteris praetoribus iam in provincias pro-
fectis, **M. Iunius** et **Sp. Lucretius**, quibus Hispaniae
provinciae obvenerant, fatigantes saepe idem peten-
do senatum ¹⁾, tandem pervicerunt, ut supplementum
sibi ad exercitum daretur tria ^{k)} millia peditum, cen-
tum et quinquaginta equites in Romanas legiones:
in ¹⁾ socialem exercitum quinque millia peditum, et
trecentos ^{m)} equites, imperare sociis iussi. Hoc co-
piarum in Hispanias cum praetoribus novis portatum
est.

XIX. Eodem anno, quia per recognitionem Postu-
mii consulis magna pars agri Campani, quem privati
sine discrimine passim possederant, recuperata in
publicum erat, **M. Lucretius** tribunus plebis promul-
gavit, ut agrum Campanum censores fruendum loca-
rent: quod factum tot annis post captam Capuam non
fuerat, ut in vacuo vagaretur cupiditas privatorum.
Quum in exspectatione senatus esset, bello etsi non
indicto, tamen iam decreto, qui regum suam, Persei

i) *fatigato saepe idem peten-*
do senatu Gron. Crev. c.
Drak.

k) *daretur. tria* Gron. Crev.
l) *legiones, in Eaed.*
m) *trecenti* Gron.

qui secuturi amicitiam essent, legati Ariarathis, pue-^{U. c. 580.}
rum filium regis secum adducentes, Romam vene-^{a. C. 172}
runt. quorum oratio fuit, *regem educandum filium*
Romam misisse, ut iam inde a puero adsuesceret mori-
bus Romanis hominibusque. Petere, ut eum non sub
hospitum modo privatorum custodia, sed publicae etiam
curae ac velut tutelae vellent esse. Ea regis legatio
grata senatui fuit. Decreverunt, ut Cu. Sicinius praetor aedes instructas locaret, ubiⁿ⁾ filius regis comitesque eius habitare possent. Et Thracum legatis, apud se disceptantibus, et societatem amicitiamque petentibus, et, quod petebant, datum est, et munera binum millium aeris summae in singulos missa. Hos utique populos, quod ab tergo Macedoniae Thracia esset, adsumtos in societatem gaudebant. Sed ut in Asia quoque et insulis explorata omnia essent, Ti. Claudium Neronem, M. Decimium legatos miserunt. adire eos Cretam et Rhodum iusserunt, simul renovare amicitiam, simul speculari, num sollicitati animi sociorum ab rege Perseo essent.

XX. In suspensa civitate ad exspectationem novi belli, nocturna tempestate columna rostrata in Capitolio * bello Punico consulis ^{o)}, cui collega Ser. Fulvius fuit, tota ad imum fulmine discussa est. Ea res, prodigii loco habita, ad senatum relata est. Patres ad aruspices referre, et decemviros adire libros iusserunt. Decemviri, lustrandum oppidum, supplicationem obsecrationemque habendam, victimis maioribus sacrificandum et in Capitolio Romae, et in Campania ad Minervae promontorium, renunciarunt: ludos per decem dies Iovi optimo maximo primo quoque die faciendos. Ea omnia cum cura facta. Aruspices, in bonum versurum id prodignum, prolatio-

ⁿ⁾ ut Gron.

^{o)} in Capitolio, bello Punico
priore posita a M. Aemilio
consule Gron. in Capito-

lio bello Punico [priore po-
sita a M. Aemilio] consule
Grev.

U. c. 580. nemque finium et interitum perduellium portendi,
a. C. 172. responderunt; quod ex hostibus spolia fuissent ea ro-
stra, quae tempestas disiecisset. Accesserunt, quae
cumularent religiones animis. Saturniae, nunciatum
erat ^p), sanguine per triduum in oppido pluisse: Ca-
latiae asinum tripedem natum, et taurum cum quin-
que vaccis uno ictu fulminis exanimatos. Auximi
terra pluisse. Horum quoque prodigiorum caussa res
divinae factae, et supplicatio unum diem feriaeque
habitae.

XXI. Consules ad id tempus in provinciam ^q)
non exierant, quia neque, uti de M. Popillio refer-
rent, senatui obsequebantur, et, nihil aliud decer-
nere prius, statutum Patribus erat. Aucta etiam in-
vidia est Popillii literis eius, quibus iterum cum Sta-
tiellatibus Liguribus proconsul pugnasse se scripsit,
ac se decem millia eorum occidisse. propter cuius in-
juriam belli ceteri quoque Ligurum populi ad arma
ierunt. Tum vero non absens modo Popillius, qui
deditis contra ius ac fas bellum intulisset, et pacatos
ad rebellium incitasset, sed consules, quod non exi-
rent in provinciam, in senatu increpiti. hoc con-
sensu Patrum accensi M. Marcius Sermo et Q. Mar-
cius Scylla, tribuni plebis, et consulibus multam se
dicturos, nisi in provinciam exirent, denunciarunt;
et rogationem, quam de Liguribus deditis promulgare
in animo haberent, in senatu recitarunt. Sancieba-
tur, ut qui ex Statiellis deditis in libertatem restitutus
ante Kalendas Sextiles primas non esset, cuius dolo
malo is in servitutem venisset, ut iuratus senatus decer-
neret, qui eam rem quaereret animadverteretque. Ex
auctoritate deinde senatus eam rogationem promulga-
runt. Priusquam proficiscerentur consules, C. Cice-
reio praetori prioris anni ad aedem Bellonae senatus

p) *Saturniae nunciatum erat*
Gron. Crev.

q) *provincias* Eaed. c. Drak.

datus est. Is, expositis, quas in Corsica res gessis-^{U. c. 580.}
set, postulatoque frustra triumpho, in monte Albano,^{a. C. 172.}
quod iam in morem venerat, ut sine publica auctori-
tate fieret, triumphavit. Rogationem Marciam de
Liguribus magno consensu plebes scivit iussitque. ex
eo plebiscito C. Licinius praetor consuluit senatum,
quem quaerere ea ^{r)} rogatione vellet. Patres ipsum
eum quaerere iusserunt.

XXII. Tum demum consules in provinciam pro-
fecti sunt, exercitumque a M. Popillio acceperunt ^{s).} Neque tamen M. Popilius reverti Romam audebat,
ne caussam diceret, adverso senatu, infestiore po-
pulo apud praetorem, qui de quaestione in se posita
senatum consuluisset. Huic detractioni eius tri-
buni plebis, alterius rogationis denunciatione, obcur-
rerunt: ut, si non ante Idus Novembres ^{t)} in urbem
Romam introisset, de absente eo C. Licinius statue-
ret ac iudicaret. Hoc tractus vinculo quum redisset,
ingenti cum invidia in senatum venit. Ibi quum la-
ceratus iurgiis multorum esset, senatusconsultum fa-
ctum est, ut, qui Ligurum post Q. Fulvium, L. Mau-
lum consules hostes non fuissent, ut eos C. Licinius,
Cn. Sicinius praetores in libertatem restituendos cu-
rarent, agrumque iis trans Padum consul C. Popilius
daret. Multa millia hominum hoc senatusconsulto
restituta in libertatem, transductisque ^{u)} Padum ager
est adsignatus. M. Popilius rogatione Marcia bis
apud C. Licinium caussam dixit: tertio praetor, gra-
tia consulis absentis et Popilliae familiae precibus
victus, Idibus Martiis adesse reum iussit, quo die
novi magistratus inituri erant honorem; ne diceret
ius, qui privatus futurus esset. Ita rogatio de Lig-
ribus arte fallaci elusa est.

r) ex Gron. Crev.

s) ceperunt Eaed. c. Drak.

t) Novembris Gron. Crev.

u) traductisque Eaed.

U. c. 580. **XXIII.** Legati Karthaginienses eo tempore Ro-
a. C. ¹⁷² mae erant, et Gulussa filius Masinissae: inter eos
magna contentionis in senatu fuere. Karthaginiens-
ses querebantur, practer agrum, de quo ante legati
ab Roma, qui in re praesenti cognoscerent, missi es-
sent, amplius septuaginta oppida castellaque agri Kar-
thaginiensis biennio proximo Masinissam vi atque armis
possedisse. Id illi, cui nihil pensi sit, facile esse.
Karthaginienses foedere inligatos silere. Prohiberi
enim extra fines efferre arma. Quamquam sciant, in
suis finibus, si inde Numidas pellerent, se gesturos bel-
lum; illo haud ambiguo capite foederis deterreri, quo
diserte vetentur cum sociis populi Romani bellum gerere.
Sed iam ultra superbiam crudelitatemque et avaritiam
eius non pati posse Karthaginienses. missos esse, qui
orarent senatum, ut trium harum rerum unam ab se in-
petrari sinerent: ut vel ex aequo apud socium populum,
quid cuiusque esset, disceptarent: vel permitterent Kar-
thaginiensibus, ut adversus iniusta arma pio iustoque
se tutarentur bello: vel ad extremum, si gratia plus,
quam veritas, apud eos valeret, semel statuerent, quid
donatum ex alieno Masinissae vellent. Modestius certe
daturos eos, et scituros, quid dedissent: ipsum nullum,
praeterquam suae libidinis arbitrio, finem facturum.
Horum si nihil impetrarent, et aliquod suum post da-
tam a P. Scipione pacem delictum esset, ipsi potius ani-
madverterent in se. Tutam servitutem se sub dominis
Romanis, quam libertatem expositam ad iniurias Ma-
sinissae, malle. Perire namque semel ipsis satius esse,
quam sub acerbissimi carnificis arbitrio spiritum duce-
re. Sub haec dicta lacrimantes procubuerunt; strategique
humi, non sibi magis misericordiam, quam regi * *).

XXIV. Interrogari Gulussam placuit, quid ad ea
responderet, aut, si prius mallet, exprimeret, super

*) quam regi [invidiam concitarunt. Deinde] interrogari etc.
Crev.

qua re Romam venisset. *Gulussa, Neque sibi facile* U. c. 580.
esse, dixit, de iis rebus agere, de quibus nihil mandati^a C. 172.
a patre haberet: neque patri facile fuisse mandare,
quum Karthaginienses, nec de qua re acturi essent, nec
omnino ituros se Romam, indicaverint. In aede Aesculapii
clandestinum eos per aliquot noctes consilium
principum habuisse, unde praeterea legatos occultis cum
mandatis Romam mitti. Eam caussam fuisse patri
mittendi se Romam, qui deprecaretur senatum, ne quid
communibus inimicis criminantibus se crederent, quem
ob nullam aliam caussam, nisi propter constantem fidem
erga populum Romanum, odissent. His utrinque au-
ditis, senatus, de postulatis Karthaginiensium con-
sultus, respondere ita iussit: Gulussam placere ex-
templo in Numidiam proficisci, et nunciare patri, ut de
iis, de quibus Karthaginienses querantur, legatos quam
primum ad senatum mittat; denuncietque Karthaginiensibus,
ut ad disceptandum veniant. Si aliquid
possent Masinissae honoris caussa, et fecisse et factu-
ros esse: ius gratiae non dare. Agrum, qua cuiusque
sit, possideri velle: nec novos statuere fines, sed veteres
observari, in animo habere. Karthaginiensibus victis
se et urbes, et agros concessisse; non ut in pace eripe-
rent per iniuriam, quac iure belli non ademissent. Ita
regulus Karthaginiensesque dimissi. Munera ex in-
stituto data utrisque, aliaque hospitalia comiter con-
servata.

XXV. Sub idem tempus Cn. Servilius Caepio,
 Ap. Claudius Centho, T. Annus Luscus legati, ad
 res repetendas in Macedoniam renunciandamque amici-
 citiam regi missi, redierunt: qui iam sua sponte in-
 festum Persi senatum insuper accenderunt, relatis
 ordine, quae vidissent, quaeque audissent. *Vidisse*
se per omnes urbes Macedonum summa vi parari bellum.
Quum ad regem pervenissent, per multos dies conve-
nidi eius potestatem non factam: postremo, quum
desperato iam conloquio profecti essent, tum demum se

U. c. 580. ex itinere revocatos, et ad eum introductos esse. Suas
 a. C. 17^a. orationis summam fuisse; foedus, cum Philippo ictum,
 cum ipso eo post mortem patris renovatum: in quo diser-
 te prohiberi eum, extra fines arma efferre; prohiberi,
 socios populi Romani lassessere bello. Exposita deinde
 ab se ordine, quae ipsi nuper in senatu Eumenem vera
 omnia et comperta referentem audissent. Samothra-
 cae^y) praeterea per multos dies occultum consilium
 cum legationibus civitatum Asiae regem habuisse. Pro
 his iniuriis satisfieri, senatum aequum censere, redili-
 què sibi res sociisque suis, quas contra ius foederis ha-
 beat. Regem ad ea primo accensum ira inclementer lo-
 cutum, avaritiam superbiamque Romanis obiicientem
 frequenter: quod alii super alios legati venirent specu-
 latum^z) dicta factaque sua, quod se ad nutum impe-
 riunque eorum omnia dicere ac facere aequum censerent.
 Postremo, multum ac diu vociferatum, reverti postero
 die inssisse. scriptum se responsum dare velle. Tum
 ita sibi scriptum traditum esse: Foedus, cum patre
 ictum, ad se nihil pertinere. Id se renovari, non quia
 probaret, sed quia in nova possessione regni patienda
 omnia essent, passum. Novum foedus si^a) secum fa-
 cere vellent, convenire prius de conditionibus debere: et,
 si in animum inducerent, ut ex aequo foedus fieret, et
 se visurum, quid sibi faciundum esset, et illos credere
 reipublicae consulturos. Atque ita se proripuisse, et
 submoveri e regia omnes coepitos. Tum se amicitiam et
 societatem renunciasse. qua voce eum accensum resti-
 tisse, atque voce clara denunciasse sibi, ut triduo reg-
 ni sui decederent finibus. Ita se profectos: nec sibi,
 aut venientibus, aut manentibus, quidquam hospitali-
 er aut benigne factum. Thessali deinde Aetolique
 legati auditii. Senatui, ut scirent quam primum, qui-
 bus ducibus usura respublica esset, literas mitti con-

y) Samothraciae Gron. Crev.

z) speculari Eaed. c. Drak.

a) si novum foedus Eaed. c.

Drak.

sulibus placuit, ut, uter eorum posset, Romam ad U. c. 580.
magistratus creandos veniret. a. C. 172.

XXVI. Nihil magnopere, quod memorari adtinneat, rei publicae eo anno consules gesserant. magis e republica visum erat, comprimi ac sedari exasperatos Ligures. Quum Macedonicum bellum exspectaretur, Gentium quoque Illyriorum regem suspectum Issenses legati fecerunt: simul questi, fines suos secundo populatum, simul nunciantes, uno animo vivere Macedonum atque Illyriorum regem: communni consilio parare Romanis bellum: et specie legatorum Illyrios speculatores Romae esse, Perse^{b)} auctore missos, ut, quid ageretur, scirent. Illyrii vocati in senatum. qui quum legatos se esse missos ab rege diccerent ad purganda crimina, si qua de rege Issenses deferrent; quaesitum, ecquid ita non adissent magistratum, ut ex instituto loca, lautia, acciperent? sciretur denique venisse eos, et super qua re venissent? Haesitantibus in responso, ut curia excederent, dictum. Responsum tamquam legatis, ut qui adire senatum non postulassent, dari non placuit: mittendosque ad regem legatos censuerunt, qui nunciarint, qui^{c)} socii quererentur apud senatum, exustum a rege agrum. non aequum eum facere, qui ab sociis suis non abstineret iniuriam. In hanc legationem, missi, A. Terentius Varro, C. Plaetorius, C. Cicereius. Ex Asia, qui circa socios reges missi erant, redierunt legati^{d)}, qui renunciarunt, Eumenem in ea, Antiochum in Syria, Ptolemaeum in Alexandria sese convenisse. Omnes sollicitatos legationibus Persei, sed egregie in fide permanere, pollicitosque omnia, quae populus Romanus imperasset, praestaturos. et civitates socias adisse: ceteras satis fidas; solo Rhodios fluctuantes et imbutos Persei consiliis inve-

b) Perseo Crev.

c) quod, commate post agrum posito, Crev.

d) legati redierunt Gron.

Crev. c. Drak.

U. c. 580. *nisse.* Venerant Rhodii legati ad purganda ea, quae
a. C. 172. vulgo iactari de civitate sciebant: ceterum senatum
iis dari, quum novi consules magistratum inissent,
placuit.

XXVII. Belli adparatum non differendum cen-
suerunt. C. Licinio praetori negotium datur, ut ex
veteribus quinqueremibus, in navalibus Romae sub-
ductis, quae possent usui esse, resiceret, pararetque
naves quinquaginta. Si quid ad eum numerum ex-
plendum deesset, C. Memmio collegae in Siciliam
scriberet, ut eas, quae in Sicilia naves essent, resi-
ceret, atque expediret, ut Brundisium primo quoque
tempore mitti possent. Socios navales libertini ordi-
nis in viginti et quinque naves ex civibus Romanis
C. Licinius praetor scribere iussus: in quinque et vi-
ginti parem numerum Cn. Sicinius sociis imperaret:
idem praetor peditum octo millia, quadringentos equi-
tes a sociis Latini nominis exigeret. Hunc militem
qui Brundisii acciperet, atque in Macedoniam mitte-
ret, A. Atilius Serranus, qui priore anno praetor
fuerat, deligitur. Cn^e) Sicinius praetor ut^f) exer-
citum paratum ad traiiciendum haberet, C. Popillio^g)
consuli ex auctoritate senatus C. Licinius praetor
scribit, ut et legionem secundam, quae maxime ve-
terana in Liguribus erat, et socios^h) Latini nominis
quatuor millia peditum, ducentos equites Idibus Fe-
bruariis Brundisii adesse iuberet. Hac classe et hoc
exercitu Cn. Sicinius provinciam Macedoniam obtine-
re, donec successor veniret, iussus, prorogato in an-
num imperio. Ea omnia, quae senatus censuit, in-
pigre facta sunt. Duodequadraginta quinqueremes
ex navalibus deductae: qui deduceret eas Brundi-
sium, L. Porcius Licinus praepositus: duodecim ex

e) *deligitur:* Cn. Gron. Crev.
c. Drak.

f) *qui* Gron. c. Drak. *quo*
Crev.

g) *haberet.* C. Popillio Gron.

h) *socium* Gron.

Sicilia missae. Ad frumentum classi exercituique U. c. 580.
coemendum in Apuliam Calabriamque tres legati mis-^a C. 172.
si, Sex. Digitius, T. Iuuentius, M. Caecilius. Ad
omnia praeparata Cn. Sicinius praetor, paludatus ex
urbe profectus, Brundisium venit.

XXVIII. Exitu prope anni C. Popillius consul
Romam rediit aliquanto serius, quam senatus censue-
rat: cui primo quoque tempore magistratus creari ⁱ),
quum tantum bellum inmineret reipublicae ^k), vi-
sum erat ^l). Itaque non secundis auribus Patrum
auditus est consul, quum in aede Bellonae de rebus
in Liguribus gestis dissereret. subclamations fre-
quentes erant interrogationesque, cur scelere fratris
obpressos Ligures in libertatem non restituisset? Co-
mitia consularia, in quam edicta erant diem, ante
diem duodecimum Kalendas Martias sunt habita.
Creati consules, P. Licinius Crassus, C. Cassius Lon-
ginus. Postero die praetores facti, C. Sulpicius Gal-
ba, L. Furius Philus, L. Canuleius Dives, C. Lucre-
tius Gallus, C. Caninius Rebilus, L. Villius Annalis.
His praetoribus provinciae decretae: duae iure Ro-
mae dicendo, Hispania, et Sicilia, et Sardinia; ut
uni sors integra esset, quo senatus censuisset. Con-
sulibus designatis imperavit senatus, ut, qua die ma-
gistratum inissent, hostiis maioribus rite mactatis,
precarentur, ut, quod bellum populus Romanus in
animo haberet gerere, ut id prosperum eveniret. Eo-
dem die decrevit senatus ^m), C. Popillius consul lu-
dos per dies decem Iovi optimo maximo voveret, do-
naque circa omnia pulvinaria dari, si respublica de-
cem annos in eodem statu fuisset. Ita ut censuerant,
in Capitolio vovit consul ludos fieri, donariaque dari,
quanta ex pecunia decesset senatus, quum ⁿ) cen-

i) *creare* Gron. Crev.

k) *reipublicae* del. Eaed. c.
Drak.

l) *iussum erat* Eaed. c. Drak.

m) add. *ut* Crev.

n) *senatus. quum* Gron.

U. c. 580. tum et quinquaginta non minus adessent. praeeun-
a. C. 172. te °) verba Lepido pontifice maximo, id votum sus-
ceptum est. Eo anno sacerdotes publici mortui, L.
Aemilius Papus decemvir sacrorum, et Q. Fulvius
Flaccus pontifex, qui priore anno fuerat censor. Illic
foeda morte periit. Ex duobus filiis eius, qui tum in
Illyrico militabant, nunciatum alterum decessisse,
alterum gravi et periculo morbo aegrum esse. Ob-
ruit animum simul luctus metusque: mane ingressi
cubiculum servi laqueo dependentem iuvenere. Erat
opinio, post censuram minus compotem fuisse sui:
vulgo Iunonis Laciniae iram ob spoliatum templum
alienasse mentem ferebant. Subfectus in Aemilii lo-
cum decemvir M. Valerius Messalla: in Fulvii ponti-
fex Cn. Domitius Ahenobarbus, oppido adolescens
sacerdos est p) lectus.

U. c. 581. XXIX. P. Licinio, C. Cassio consulibus, non
a. C. 171. urbs tantum Roma, nec terra Italia, sed omnes reges
civitatesque, quae in Europa, quaeque in Asia erant,
converterant animos in curam Macedonici ac Romani
belli. Eumenem quum vetus odium stimulabat, tum
recens ira, quod scelere eius prope ut victima macta-
tus Delphis esset. Prusias, Bithyniae rex, statue-
rat abstinere armis, eventumque exspectare. nam
neque Romanos posse aequum censere °) adversus
fratrem uxoris arma ferre; et apud Persea victorem
veniam per sororem inpetrabilem fore. Ariarathes,
Cappadocum rex, praeterquam quod Romanis suo
nomine auxilia pollicitus erat, ex quo est iunctus Eu-
meni adsinitate, in omnia belli pacisque se consocia-
verat consilia. Antiochus iniminebat quidem Aegy-
pti regno, et pueritiam regis, et inertiam tutorum
spernens; et ambigendo de Coele Syria r) caussam

o) adessent, praeeunte Gron.

p) est del. Gron. Crev. c.

Drak.

q) neque pro Romanis se ae-

quum censere Eaed. c.

Drak.

r) Coelesyria Gron. Crev.

belli se habiturum existimabat, gesturumque sine ullo U.^{c.} 581.
inpedimento, occupatis Romanis in Macedonico bel-^{a.} G. 171.
lo, id bellum: tamen omnia et per suos legatos sena-
tui, et ipse legatis eorum eximie pollicitus erat.
Ptolemaeus propter aetatem alieni etiam tum arbitrii
erat. tutores et bellum adversus Antiochum para-
bant, quo vindicarent Coelen Syriam^{s)}, et Romanis
omnia pollicebantur ad Macedonicum bellum. Masi-
nissa et frumento iuvabat Romanos, et auxilia cum
elephantis Misagenemque^{t)} filium mittere ad bellum
parabat. consilia autem in omnem fortunam ita dis-
posita habebat: si penes Romanos victoria esset, suas
quoque in eodem statu mansuras res esse^{u)}, neque
ultra quidquam movendum: non enim passuros Ro-
manos, vim Karthaginiensibus adferri. Si fractae
essent opes Romanorum, quae tum protegerent Kar-
thaginienses, suam omnem Africam fore. Gentius,
rex Illyriorum, fecerat potius, cur suspectus esset
Romanis, quam satis statuerat, utram soveret par-
tem; inpetuque magis, quam consilio, his aut illis
se adiuncturus videbatur. Cotys Thirax, Odrysarum
rex, evidenter Macedonum partis erat.

XXX. Haec sententia regibus quum esset de bel-
lo, in liberis gentibus populisque plebs ubique^{x)}
omnis ferme, * ut solet, deterioribus, erat ad re-
gem^{y)} Macedonasque inclinata; principum diversa
cerneres studia. pars ita in Romanos effusi erant, ut
auctoritatem inmodico favore conrumperent: pauci
ex iis iustitia imperii Romani capti; plures ita, si
praecipuam operam navassent, potentes sese in civi-
tibus suis futuros rati. pars altera regiae adulatio-
nis erat, quos aes alienum et desperatio rerum sua-

s) Coelesyriam Gron. Coe-

lensyriam Crev.

t) Misagenemque Gron.

u) esse del. Gron. Crev. c.

Drak.

x) utique Gron. Crev.

y) ferme, ut solet, deteriori-

bus erat ob regem Eaed: c.

Drak.

U. c. 581. rum, eodem manente statu, praecipites ad novanda
 a. C. 17¹ omnia agebat; quosdam ventosum ingenium, quia
 Persens magis anrae popularis erat. tertia pars, op-
 tima eadem et prudentissima, si utique optio domini
 potioris daretur, sub Romanis, quam sub rege, ma-
 lebat esse. si liberum inde arbitrium fortunae esset,
 neutram partem volebant potentiorem altera obpressa
 sieri; sed, inlibatis potius viribus utriusque partis,
 pacem ex eo manere. ita inter utrosque optimam
 conditionem civitatum fore; protegente altero sem-
 per inopem ab alterius iniuria. Haec sentientes, cer-
 tamina fautorum utriusque partis taciti ex tuto spe-
 ctabant. Consules, quo die magistratum inierunt,
 ex senatusconsulto quum ^{z)} circa omnia fana, in
 quibus lectisternium maiorem partem anni esse solet,
 maioribus hostiis immolassent, inde preces suas ac-
 ceptas ab Diis immortalibus ominati, senatui, rite
 sacrificatum, precatione inque de bello factam, renun-
 ciarunt. Aruspices ita responderunt, *si quid rei no-
 vae inciperetur, id maturandum esse. victoriam, tri-
 umphum, propagationem ^{a)} imperii portendi.* Patres,
 quod faustum felixque populo Romano esset, centuria-
 tis comitiis primo quoque die ferre ad populum consu-
 les, iusserunt, ut, quod Perseus, Philippi filius, Ma-
 cedonum rex, adversus foedus cum patre Philippo ictum,
 et secum post mortem eius renovatum, sociis populi Ro-
 mani arma intulisset, agros vastasset, urbesque occu-
 passet; quodque belli parandi adversus populum Roma-
 num consilia inisset ^{b)}), arma, milites, classem eius rei
 caussa comparasset; ut, nisi de iis rebus satisfecisset,
 bellum cum eo iniretur. Haec rogatio ad populum
 lata est.

XXXI. Senatusconsultum inde factum est, *Ut
 consules inter se provincias Italianam et Macedoniam*

^{z)} *inierunt ex senatusconsul-*
to, quum Gron.

^{a)} *prorogationem Gron. Grev.*
c. Drak.

^{b)} *inisset Gron. Grev.*

compararent, sortirenturve. Cui Macedonia obvenis- U. c. 581.
set, ut is regem Persea, quique eius sectam secuti es- a. C. 171.
sent, nisi populo Romano satisfecissent, bello persequeretur. Legiones quatuor novas scribi placuit, binas singulis consulibus. Id praecipue provinciae Macedoniae datum, quod, quum alterius consulis legionibus quina millia et duceni pedites ^{c)} ex vetere instituto darentur in singulas legiones, in Macedoniae sena millia peditum scribi iussa; equites treceni aequaliter in singulas legiones. et in sociali exercitu consuli alteri auctus numerus: sexdecim millia peditum, octingentos equites (praeter eos, quos Cn. Sincinius duxisset, sexcentos equites) in Macedoniae traiceret. Italiae satis visa duodecim millia sociorum peditum, sexcenti equites. Illud quoque praecipuum datum sorti Macedoniae, ut centuriones militesque veteres scriberet, quos vellet, consul usque ad quinquaginta annos. In tribunis militum novatum eo anno propter Macedonicum bellum, quod cōsules ex senatusconsulto ad populum tulerunt, ne tribuni militum eo anno suffragiis crearentur, sed consulum praetorumque in iis faciendis iudicium arbitriumque esset. Inter praetores ita partita imperia. praetorem, cuius sors fuisset, ut iret, quo senatus censisset, Brundisium ad classem ire placuit; utque ibi recognosceret socios navales, dimissisque, si qui parum idonei essent, supplementum legeret ex libertinis, et daret operam, ut dueae partes civium Romanorum, tertia sociorum esset. Commeatus classi legionibusque ut ex Sicilia Sardiniaeque subvehementur, praetoribus, qui eas provincias sortiti essent, mandari placuit, ut alteras decumas Siculis Sardisque imperarent, utque id frumentum ad exercitum in Macedoniae portaretur. Siciliam C. Caninius Rebilus est sortitus, L. Furius Philus Sardiniam, L. Canuleius

c) *equites* Gron. Crev. c. Drak.

U. c. 581. Hispaniam, C. Sulpicius Galba urbanam iurisdictio-
a. C. 171. nem. L. Villius Annalis inter peregrinos. C. Lucre-
tio Gallo, quo senatus censuisset, sors obvenit^d).

XXXII. Inter consules magis cavillatio, quam magna contentio, de provincia fuit. Cassius, *sinc*
sorte se Macedoniam optaturum^e), dicebat, *nec posse*
collegam, salvo iureiurando, secum sortiri. Praetor-
rem eum, ne in provinciam iret, in concione iurasse,
se statu loco statisque diebus sacrificia habere, quae,
absente se, recte fieri non possent: quae non magis con-
sule, quam praetore. absente recte fieri possent. Si se-
natus, non quid vellet in consulatu potius, quam quid
in praetura iuraverit P. Licinius, animadvertendum
esse censeat, se tamen futurum in senatus potestate.
Consulti Patres, cui consulatum populus Romanus
non negasset, ab se provinciam negari, superbū
rati, sortiri consules iusserunt. P. Licinio Macedo-
nia, C. Cassio Italia obvenit. Legiones inde sortiti
sunt. prima et tertia in Macedoniam traicerentur,
secunda et quarta ut in Italia remanerent. Delectus
consules multo intentiorem, quam alias, curam ha-
beant. Licinius veteres quoque scribebat milites
centurionesque: et multi voluntate nomina dabant,
quia locupletes videbant, qui priore Macedonico bel-
lo, aut adversus Antiochum in Asia, stipendia fece-
rant. Quum tribuni militum centuriones, sed pri-
mum quemque, citarent, tres et viginti centuriones,
qui primos pilos duxerant, citati tribunos plebis ad-
pellarunt. Duo ex collegio, M. Fulvius Nobilior et
M. Claudius Marcellus, ad consules reiiciebant: *Eo-*
rūm cognitionem esse debere, quibus delectus, quibus-
que bellum mandatum esset. ceteri, cognituros se, de
quo adpellati essent, aiebant; et, si iniuria fieret, au-
xilium civibus laturos.

d) evenit Gron. Grev. c.
Drak.

e) oppugnaturum Gron. c.
Drak.

XXXIII. Ad subsellia tribunorum res agebatur. U. c. 581.
 eo M. Popilius consularis, ^{a) C. 171.} advocatus ^{f)}, centurio-
 nes, et consul venerunt. Consule ^{g)} inde postulant, ut in concione ea res ageretur, populus in concionem
 advocatus. Pro centurionibus M. Popilius, qui bien-
 nio ante consul fuerat, ita verba fecit: *Militares ho-*
munes et stipendia iusta, et corpora, et aetate, et ad-
siduis laboribus, confecta habere: nihil recusare tamen,
quo minus operam reipublicae dent. id tantum depre-
cari, ne inferiores iis ordines, quam quos, quum mili-
tassent, habuissent, adtribuerentur. P. Licinius con-
sol senatusconsulta ^{h)} recitari iussit: primum, quod
 bellum senatus Perseo iussisset: deinde, quod vete-
 res centuriones quam plurimum ad id bellum scribi
 censuisset, nec ulli, qui non maior annis quinqua-
 ginta esset, vacationem militiae esse. Deprecatus
 est deinde, ne novo bello, tam propinquo Italiae, ad-
 versus regem potentissimum, aut tribunos militum, de-
 lectum habentes, impeditrent; aut prohiberent consulem,
 quem cuique ordinem adsignari e republica esset, eum
 adsignare. Si quid in ea re dubium esset, ad senatum
 reiicerent.

XXXIV. Postquam consul, quae voluerat, di-
 xit, Sp. Ligustinus ex eo numero, qui tribunos ple-
 bis adpellaverant, a consule et ab tribunis petiit, ut
 sibi paucis ad populum agere liceret. Permissu om-
 nium ita locutus fertur. *Sp. Ligustinus tribus Cru-*
stuminae ex Sabinis sum oriundus, Quirites. Pater
mihi iugerum agri reliquit et parvum tugurium, in
quo natus educatusque sum: hodieque ibi habito. Quum
primum in aetatem veni, pater mihi uxorem fratris sui
filiam dedit: quae secum nihil adulit, praeter liberta-
tem pudicitiamque, et cum his foecunditatem, quanta
vel in diti domo satis esset. Sex filii nobis, duae filiae

f) *consularis advocatus* Gron.
 Crev.

g) *consuli Eaed.*
 h) *senatusconsultum Eaed.*

U. c. 581. sunt: utraeque iam nuptae. Filii quatuor togas viri-
 a. C. 171. les habent, duo praetextati sunt. Miles sum factus,
 P. Sulpicio, C. Aurelio consulibus. In eo exercitu, qui
 in Macedoniam est transportatus, biennium miles gre-
 garius sui adversus Philippum regem: tertio anno vir-
 tutis caussa mihi T. Quinctius Flamininus decumum
 ordinem hastatum adsignavit. Devicto Philippo Ma-
 cedonibusque, quum in Italiam reportati¹⁾ ac dimissi
 essemus, continuo miles voluntarius cum M. Porcio
 consule in Hispaniam sum profectus. Neminem om-
 nium imperatorum, qui vivant, acriorem virtutis spe-
 ctatorem ac iudicem suisse sciunt, qui et illum et alios
 duces longa militia experti sunt. hic me imperator di-
 gnus iudicavit, cui primum hastatum prioris centuriae
 adsignaret. Tertio iterum voluntarius miles factus sum
 in eum exercitum, qui aduersus Aetolos et Antiorum
 regem est missus. a M'. Acilio mihi primus princeps
 prioris centuriae est adsignatus. Expulso rege Antio-
 cho, subactis Actolis, reportati sumus in Italiam: et
 deinceps bis, quae annua merebant legiones, stipendia
 feci. Bis deinde in Hispania militavi, semel Q. Ful-
 vius Flacco, iterum Ti. Sempronio Graccho praetore.
 A Flacco inter ceteros, quos virtutis caussa secum ex
 provincia ad triumphum deducebat, deductus sum. a
 Ti. Graccho rogatus, in provinciam ii. Quater intra
 paucos annos primum pilum duxi: quater et tricies vir-
 tutis caussa donatus ab imperatoribus sum: sex civicas
 coronas accepi. viginti duo stipendia annua in exerci-
 tu emerita habeo, et maior annis sum quinquaginta.
 Quod si mihi nec stipendia omnia emerita essent, nec
 dum aetas vacationem daret, tamen, quum quatuor mil-
 ites pro me uno vobis dare, P. Licini, possem, aequum
 erat me dimitti. Sed haec pro caussa mea dicta acci-
 piatis velim: ipse me, quoad quisquam, qui exercitus
 scribit, idoneum militem iudicabit, numquam sum ex-

i) portati Gron. Grev. c. Drak.

*cusaturus. Ordine^{k)} quo me dignum iudicent tribuni U. c. 581.
militum, ipsorum est potestatis: ne quis me virtute in^{a)} C. 171.
exercitu praestet, dabo operam; ut semper ita fecisse
me et imperatores mei, et qui una stipendia ficerunt,
testes sunt. Vos quoque aequum est, commilitones, etsi
adpellationis vobis usurpati ius, quum adolescentes ni-
hil adversus magistratum senatusque auctoritatem us-
quam ficeritis, nunc quoque in potestate senatus ac
consulum esse, et omnia honesta loca ducere, quibus
republicam defensuri sitis.*

XXXV. Haec ubi dixit, conlaudatum multis ver-
bis consul ex concione in senatum duxit. Ibi quoque
ei ex auctoritate senatus gratiae actae, tribunique
militares in legione prima primum pilum virtutis
caussa ei adsignarunt. ceteri centuriones, omissa ad-
pellatione, ad delectum obedienter responderunt.
Quo maturius in provincias magistratus proficisceren-
tur, Latinae Kalendis Iuniis fuere: eoque sollemni
perfecto, C. Lucretius praetor, omnibus, quae ad
classem opus erant, praemissis, Brundisium est pro-
fectus. Praeter eos exercitus, quos consules compa-
rabant, C. Sulpicio Galbae praetori negotium datum,
ut quatuor legiones scribebat urbanas iusto numero
peditum equitumque; iisque quatuor tribunos mili-
tum ex senatu legeret, qui praeeissent: sociis Latini
nominis imperaret quindecim millia peditum, mille
et ducentos equites. Is exercitus uti paratus esset,
quo senatus censisset. P. Licinio consuli ad exer-
citum civilem socialemque petenti addita auxilia, Li-
gurum duo millia, Cretenses sagittarii, (incertus nu-
merus, quantum rogati auxilia¹⁾ Cretenses misis-
sent) Numidae item equites elephantique. In eam
rem legati ad Masinissam Karthaginiensesque missi,
L. Postumius Albinus, Q. Terentius Culleo, C. Abu-

^{k)} ordinem Gron. Crev. c. Drak.

¹⁾ auxilia del. Crev.

U. c. 581. rius. In Cretam item legatos tres ire placuit, A. a. C. 171. Postumium Albinum, C. Decimium, A. Licinum Nervam.

XXXVI. Per idem tempus legati ab rege Perseo venerunt. eos in oppidum intromitti non placuit, quum iam bellum regi eorum et Macedonibus et senatus decesset, et populus iussisset. In aedem Bellonaie in senatum introducti ita verba fecerunt: *Mirari Persea regem, quid in Macedoniam exercitus transportati essent. Si impetrari a senatu posset, ut ii revocentur, regem de iniuriis, si quas sociis factas quererentur, arbitratu senatus satisfacturum esse.* Sp. Carvilius, ad eam ipsam rem ex Graecia remissus ab Cn. Sicinio, in senatu erat. is Perrhaebiam expugnatam armis, Thessaliae aliquot urbes captas, cetera, quae aut ageret, aut pararet rex, quum argueret, respondere ad ea legati iussi. Postquam haesitabant, negantes sibi ultra quidquam mandatum esse, iussi renunciare regi, *Consulem P. Licinium brevi cum exercitu futurum in Macedonia esse. ad eum, si satisfacere in animo esset, mitteret legatos. Romam quod praeterea mitteret, non esse: neminem eorum per Italiam ire licitum.* Ita dimisis, P. Licinio consuli mandatum, intra undecimum diem iuberet eos Italia excedere, et Sp. Carvilius mitteret, qui, donec nave in ascendissent, custodiret. Haec Romae acta, nondum profectis in provinciam consulibus. Iam Cn. Sicinius, qui, priusquam magistratu abiret, Brundisium ad classem et ad exercitum praemissus erat, triaectis in Epirum quinque millibus peditum, trecentis equitibus, ad Nymphaeum in agro Apolloniati castra habebat. Inde tribunos cum duobus millibus militum ad occupanda Dassaretiorum et Illyriorum castella, ipsis arcessentibus praesidia, ut tutiores a finitimorum inpetu Macedonum essent, misit.

XXXVII. Paucis post diebus Q. Marcius, A. Atilius, et P. et Ser. Cornelii Lentuli, et L. Deci-

nius, legati in Graeciam missi, Corcyram peditum U. c. 58¹; mille secum advexerunt: ibi inter se et regiones, a. C. 17¹. quas obirent, et milites divisorunt. Decimius missus est ad Gentium, regem Illyriorum, quem, si aliquem respectum amicitiae eum habere cerneret, tentare, aut etiam ad belli societatem perlicere iussus. Lentuli in Cephalleniam missi, ut in Peloponnesum traiicerent, oramque maris, in occidentem versi, ante hiemem circumirent. Marcio et Atilio Epirus, Aetolia, et Thessalia circumeundae adsignantur. Inde Boeotiam atque Euboeam adspicere iussi; tum in Peloponnesum traiicere. ibi congressuros se cum Lentulis constituunt. Priusquam digrederentur a Corcyra, literae a Perseo adlatae sunt, quibus quaerebat, quae caussa Romanis aut in Graeciam traiiciendi copias, aut urbes occupandi, esset? Cui describi non ^m) placuit; nuncio ipsius, qui literas adulterat, dici, *praesidii caussa ipsarum urbium Romanos facere*. Lentuli, circumeuntes Peloponnesi oppida, quum sine discrimine omnes civitates adhortarentur, ut, quo animo, qua fide adiuvissent Romanos, Philippi primum, deinde Antiochi bello, eodem adversus Persae iuvarent, fremitum in concionibus audiebant: Achaeis indignantibus, eodem se loco esse, (qui omnia a principiis Macedonici belli praestitissent Romanis, et Macedonum Philippi bello hostes fuissent) quo Messenii atque Elii, qui pro Antiocho hoste arma adversus populum Romanum tulissent; ac, nuper in Achaicum contributi concilium, velut praemium belli se victoribus Achaeis tradi quererentur.

XXXVIII. Marcius et Atilius ad Gitanas, Epiro oppidum decem millia a ⁿ) mari, quum escenderent ^o), concilio Epirotarum habitu, cum magno omnium ad sensu auditu sunt: et quadringentos iuventutis eorum

^m) nihil Gron. Crev. c. ^o) adscenderent Eaed. c.
Drak. Drak.

ⁿ) ab Eaed. c. Drak.

a. c. 581. in Orestas, ut praesidio essent liberatis ab se Mace-
 a. C. 171. donibus, miserunt. Inde in Aetolianam progressi, ac
 paucos ibi morati dies, dum in praetoris mortui lo-
 cum alius subsiceretur, et Lycisco praetore facto,
 quem Romanorum favere rebus satis compertum erat,
 transierunt in Thessaliam. Eo legati Acarnanum, et
 Boeotorum exsules venerunt. Acarnanes nunciare
 iussi, Quae Philippi primum, Antiochi deinde bello,
 decepti pollicitationibus regiis ^{p)}, adversus populum
 Romanum commisissent, ea corrigendi occasionem illis
 oblatam. Si male meriti clementiam populi Romani
 experti essent, bene merendo liberalitatem experirentur.
 Boeotis exprobratum, societatem eos cum Perseo
 iunxisse. iis, quum culpam in Ismeniam, princi-
 pem alterius partis, conferrent, et quasdam civitates
 dissentientes in caussam deductas, adpariturum id
 esse, Marcius respondit: singulis enim civitatibus de
 se ipsis consulendi potestatem facturos. Thessalorum
 Larissae fuit concilium. ibi et Thessalis benigna ma-
 teria gratias agendi Romanis pro libertatis munere
 fuit; et legatis, quod, et Philippi prius et post An-
 tiochi bello, enixe adiuti a gente Thessalorum essent.
 hac mutua commemoratione meritorum accensi animi
 multitudinis ad omnia decernenda, quae Romani vel-
 lent. Secundum hoc concilium legati a Perseo rege
 venerunt, privati maxime hospitii fiducia, quod ei
 paternum cum Marcio erat. Ab huius necessitudinis
 commemoratione orsi, petierunt legati, in conlo-
 quium veniendi regi potestatem faceret. Marcius,
 Et se ita a patre suo accepisse, dixit, amicitiam hospi-
 tiumque cum Philippo fuisse. minime inmemorem ne-
 cessitudinis eius legationem eam suscepisse. Conlo-
 quium, si satis commode valeret, non fuisse se ^{q)} dilata-
 turum: nunc, ubi primum posset, ad Peneum flumen,

p) *regis* Gron. Crev. c. q) *se* del. Eaed. c. Drak.
 Drak.

*qua transitus ab Homolio^r) Dium esset, praemissis, U. c. 581.
qui nunciarent regi, venturos.* a. C. 171.

XXXIX. Et tum quidem ab Dio Perseus in interiora regni recipit^{s)} se, levi aura spei obiecta, quod Marcius ipsius caussa suscepisse se legationem dixisset. Post dies paucos ad constitutum locum venerunt. Magnus comitatus fuit regius; quum amicoru[m], tum satellitum turba stipante. Non minore agmine legati venerunt, et ab Larissa multis prosequentibus, et legationibus civitatum, quae conuererant Larissam, et renunciare domum certa, quae audissent, volebant. Inerat cura insita mortalibus videndi congregientes nobilem regem, et populi principis terrarum omnium legatos. Postquam in conspectu steterunt, dirimente amne, paullisper internunciando cunctatio fuit, utri transgredelerentur. aliquid illi regiae maiestati, aliquid hi populi Romani nomini, quum praesertim Perseus petisset conloquium, existimabant deberi. Ioco etiam Marcis cunctantes movit. *Minor*, inquit, *ad maiorem*, et (quod Philippo ipsi cognomen erat) *filius ad patrem transeat*. Facile persuasum id regi est. Aliud deinde ambigebatur, cum quam multis transiret. Rex, cum omni comitatu transire, aequum censebat: legati vel cum tribus venire iubebant, vel, si tantum agmen traduceret, obsides daret, nihil fraudis fore in conloquio. *Hippiam^t) et Pantauchum^u*), quos et legatos miserat, principes amicorum, obsides dedit. Nec tam in pignus fidei obsides desiderati erant, quam ut adpareret sociis, nequaquam ex dignitate pari congregandi regem cum legatis. Salutatio non tamquam hostium, sed hospitalis ac benigna fuit; positisque sedibus consederunt.

^r) *Omolio* Gron. Crev.

^s) *recepit* Eaed.

^t) *Hippian* Eaed. c. Drak.

^u) *Pantaucum* Gron.

U. c. 581. XL. Quum paullisper silentium fuisset: *Exspe-*
a. C. 171. ctari, nos^x), inquit Marcius, arbitror, ut respondeam-
mus literis tuis, quas Corcyram misisti; in quibus
quaeris, quid ita legati cum militibus venerimus, et
praesidia in singulas urbes dimittamus? Ad hanc in-
terrogationem tuam et non respondere vereor, ne super-
bum sit, et vera respondere, ne nimis acerbum audienti
tibi videatur. Sed quum aut verbis castigandus, aut
armis sit, qui foedus rumpit; sicut bellum adversus te
alii, quam mihi, mandatum malim, ita orationis acer-
bitatem adversus hospitem, utcumque est, subibo: sicut
medici, quum salutis caussa tristiora remedia adhi-
bent. Ex quo regnum adeptus es, unam rem te, quae
facienda fuerit, senatus fecisse censet; quod legatos
*Romam ad renovandum *** iudicat potius^y), quam,*
quum renovatum esset, violandum. Abrupolim, so-
cium atque amicum populi Romani, regno expulisti.
Arthetauri^z) interfectores, ut caede (ne quid ultra
dicam) laetatum adpareret, recepisti, qui omnium Il-
lyriorum fidissimum Romano nomini regulum occide-
rant. Per Thessaliam et Maliensem agrum cum exer-
citu contra foedus Delphos isti: Byzantiis item contra
foedus misisti auxilia. Cum Boeotis, sociis nostris,
secretam tibi ipsi societatem, quam non licebat, iure-
iurando pepigisti. Thebanos legatos, Euersam^a) et
Callicritum, venientes a nobis, quaerere malo, quis
interfecerit, quam arguere. In Aetolia bellum intesti-
nun et caedes principum per quos, nisi per tuos, factae
videri possunt? Dolopes a te ipso evastati sunt. Eu-
menes rex, ab Roma quum in regnum rediret, prope
ut victima Delphis in sacrato loco ante aras mactatus,
quem insimulet, piget referre. Quae hospes Brundisi-

x) *exspectari nos* Gron. Crev.

y) *ad renovandum [foedus*
miseris; quod ipsum tamen
tibi non fuisse renovandum]

iudicat potius Crev.

z) *Artetari* Gron. Crev. c.

Drak.

a) *Euercam* Crev.

*nus occulta facinora indicet, certum habeo, et scripta U. c. 581.
tibi omnia ab Roma esse, et legatos tuos renunciasses.*^{a. C. 171.}

*Haec ne dicerentur a me, uno modo vitare potuisti,
non querendo, quam ob caussam exercitus in Macedo-
niam traiicerentur, aut praesidia in sociorum urbes
mitteremus. Quaerenti tibi superbius tacuissemus,
quam vera respondimus. Evidem pro paterno nostro
hospitio faveo orationi tuae, et opto, ut aliquam mihi
materiem^{b)} praebeas agendae tuae apud senatum
caussae.*

XLI. Ad ea rex: *Bonam caussam, si apud iudi-
ces aequos ageretur, apud eosdem et accusatores et iu-
dices agam. Eorum autem, quae obiecta sunt mihi,
partim ea sunt, quibus nescio an gloriari debeam; par-
tim, quae fateri non erubescam; partim, quae verbo
obiecta verbo negare sit. Quid enim, si legibus vestris
hodie reus sim, aut index Brundisius, aut Eumenes
mihi obiiciat, ut accusare potius vere, quam convicia-
ri, videantur? Scilicet, nec Eumenes, quum tam mul-
tis gravis publice ac privatim sit, alium, quam me,
inimicum habuit: neque ego potiorem quemquam ad
ministeria facinorum, quam Ranimium, (quem neque
umquam ante videram, nec eram postea visurus) inve-
nire potui. Et Thebanorum, quos naufragio perisse
constat, et Arthetauri^{c)} caedis mihi reddenda ratio
est. in qua tamen nihil ultra obiicitur, quam inter-
fectores eius in regno exsulasse meo. Cuius conditionis
iniquitatem ita non sum recusaturus, si vos quoque ac-
cipitis, ut, quicumque exsules in Italiam aut Roman-
se contulerunt, his facinorum, propter quae damnati
sunt, auctores vos fuisse fateamini. Si hoc et vos re-
cusabitis, et omnes aliae gentes, ego quoque inter cete-
ros ero. Et, hercule, quid adtinet cuiquam exsilio
patere, si nusquam exsuli futurus locus est? Ego tamen*

p) materiam Gron. Crev. c. c) Artetari Eaed. c. Drak.
Drak.

U. c. 581. *istos*, ut primum in Macedonia essè, admonitus a vo-
 a. C. 17¹. *bis*, comperi, requisitos abire ex regno iussi, et in per-
 petuum interdixi finibus meis. Et haec quidem mihi,
 tamquam caussam dicenti reo, obiecta sunt: illa, tam-
 quam regi, et quae de foedere, quod mihi est vobiscum,
 diceptionem habeant. Nam, si est in foedere ita
 scriptum, ut ne, si bellum quidem quis inferat, tueri
 me regnumque meum liceat, mihi fatendum est, quod
 me armis adversus Abrupolim, socium populi Romani,
 defenderim, foedus violatum esse. Sin autem hoc et ex
 foedere licuit, et iure gentium ita comparatum est, ut
 arma armis propulsentur, quid tandem me facere decuit,
 quum Abrupolis fines mei regni usque ad Amphiopolim
 pervastasset, multa libera capita, magnam vim man-
 cipiorum, multa millia pecorum abegisset? Quiescerem
 et paterer, donec Pellam et in regiam meam armatus
 pervenisset? At enim bello quidem iusto sum persecu-
 tus; sed vinci non oportuit eum, neque ea, quae victis
 accident, pati: quorum casum quum ego subierim, qui
 sum armis laccusitus, quid^d) potest queri sibi acci-
 disse, qui caussa belli fuit? Non sum eodem modo de-
 fensurus, Romani, quod Dolopas armis coercuerim:
 quia, etsi non merito eorum, iure feci meo; quum mei
 regni, meae ditionis essent, vestro decreto patri adtri-
 buti meo. Nec, si caussa reddenda sit, non vobis, nec
 foederatis, sed iis, qui ne in servos quidem saeva atque
 iniusta imperia probant, plus aequo et bono saevisse in
 eos videri possunt. quippe Euphranorem, praefectum a
 me inpositum, ita occiderunt, ut mors poenarum eius
 levissima fuerit.

XLII. At, quum processissem inde ad visendas La-
 rissam, et Antrona, et Pteleum^e), quo in propinquuo
 multos annos^f) debita vota persolverem, Delphos sa-

d) qui Gron. Crev.

e) Pylleon Eaed. c. Drak.

f) multo ante Eaed. c.

Drak.

crisicandi caussa escendi ^{g)}). *Et his* ^{h)}, *criminis au-* U. c. 581. *gendi caussa, cum exercitu me isse* ¹⁾ *adiicitur. Sci-* a. G. 171. *licet, ut, quod nunc vos facere queror, urbes occupa-* rem, *arcibus inponerem praesidia. Vocate in conci-* lium *Graeciae civitates, per quas iter feci; queratur* unusquilibet *militis mei iniuriam; non recusabo, quin,* simulato *sacrificio, aliud petisse videar. Aetolis et* Byzantiis *praesidia misimus, et cum Boeotis amicitiam* fecimus. *Haec, qualiacumque sunt, per legatos meos* non solum *indicata, sed etiam excusata sunt saepe in* senatu *vestro: ubi aliquos ego disceptatores, non tam* aequos, *quam te, Q. Marci, paternum amicum et ho-* spitem, *habebam. Sed nondum Romam accusator Eu-* menes *venerat; qui calumniando omnia detorquendoque* suspecta *et invisa efficeret, et persuadere vobis conare-* tur, non posse *Graeciam in libertate esse, et vestro mu-* nere *frui, quoad regnum Macedoniae incolume esset.* Circumagetur hic orbis: erit mox, qui arguat, nequid- quam Antiochum ultra iuga Tauri emotum ^{k)}: gra- viorem multo Asiae, quam Antiochus fuerit, Eume- nem esse: nec conquiescere socios vestros posse, quoad regia Pergami sit. eam arcem supra capita finitimarum civitatum inpositam. Ego haec, Q. Marci et A. Atili, quae aut a vobis obiecta, aut purgata a me sunt, talia esse scio, ut aures, ut animi audientium sint: nec tam referre, quid ego, aut qua mente fecerim, quam quo- modo id vos factum accipiatis. Conscius mihi sum, nihil me scientem delinquisse: et, si quid fecerim inpru- dentia lapsus, corrigi me et emendari castigatione hac posse. Nihil certe insanabile, nec quod bello et armis persequendum esse censeatis, commisi: aut ¹⁾ frustra clementiae gravitatisque vestrae fama vulgata per gen- tes est, si talibus de caassis, quae vix querela et expo-

g) adscendi Gron. Crev. c.
Drak.
h) hic Eaed. c. Drak.

i) me fuisse Eaed. c. Drak.
k) remotum Eaed. c. Drak.
l) at Drak.

U. c. 571. *stulatione dignae sunt, arma capit is, et regibus sociis*
a. C. 171. *bella infertis.*

XLIII. Haec dicenti cum adsensu^{m)} Marcius auctor fuit mittendi Romam legatosⁿ⁾, quin expe rienda omnia ad ultimum, nec praetermittendam^{o)} spem ullam censuisset. Reliqua consultatio erat, quonam modo tutum iter legatis esset. ad id quin necessaria petitio induciarum videretur, cuperetque Marcius, neque aliud conloquio petisset, gravate et in magnam gratiam potentis concessit. nihil enim satis paratum ad bellum in praesentia habebant Romani, non exercitum, non ducem: quin Perseus (ni spes vana pacis obcaecasset consilia) omnia praeparata atque instructa haberet, et suo maxime tempore atque alieno hostibus incipere bellum posset. Ab hoc conloquio, fide induciarum interposita, legati Romani in Boeotiam comparati sunt. Ibi iam motus cooperat esse, discedentibus a societate communis concilii Boeotorum quibusdam populis, ex quo renunciatum erat, respondisse legatos, adparituruin, quibus populis proprie societatem cum rege iungi displicuisse. Primi a Chaeronea legati, deinde a Thebis, in ipso itinere obcurrerunt, adfirmantes non interfuisse se, quo societas ea decreta esset, concilio: quos legati, nullo^{p)} in praesentia responso dato, Chalcidem se sequi iusserunt. Thebis magna contentio orta erat ex alio certainine. Comitiis praetoriis Boeotorum victa pars, iniuriam persequens, coacta multitudine decretum fecit Thebis, ne Boeotarchae urbibus reciperentur. Exsules Thespiae universi concesserunt: inde (recepti enim sine cunctatione erant) Thebas, jam mutatis animis, revocati decretum faciunt, ut duodecim, qui privati coetum

m) *tum adsensus* Gron. Crev.
c. Drak.

n) *legati* Eaed. c. Drak.

o) *praetermittendum* Drak.

p) *queis legati nullo* Gron.
Crev. quis, legati, nullo
Drak.

et concilium habuissent, exsilio multarentur. Novus U. c. 581.
 deinde praetor (Ismenias is erat, vir nobilis ac po-^{a.}
 tens) capitalis poenae absentes eos decreto damnat.
 Chalcidem fugerant: inde ad Romanos Larissam pro-
 fecti, caussam cum Perseo societatis in Ismeniam
 contulerant; *ex^{q)} contentione ortum certamen.* utri-
 usque tamen partis legati ad Romanos venerunt, et
 exsules accusatoresque Ismeniae, et Ismenias ipse.

XLIV. Chalcidem ut ventum est, aliarum civi-
 tatum principes, id quod maxime gratum erat Ro-
 manis, suo quique proprio decreto Persei societatem
 adspernati, Romanis se adiungebant: Ismenias gen-
 tem Boeotorum in fidem Romanorum permitti ae-
 quum censebat. iude certamine orto, nisi in tribu-
 nal legatorum persugisset, haud multum absuit, quin
 ab exsilibus fautoribusque eorum interficeretur. The-
 bæ quoque ipsæ, quod Boeotiae caput est, in ma-
 gno tumultu erant, aliis ad regem trahentibus civi-
 tatem, aliis ad Romanos. et turba Coronæorum^{r)}
 Haliartiorumque convenerat ad defendendum decre-
 tum regiae societatis. sed constantia principum, do-
 centium cladibus Philippi Antiochique, quanta esset
 vis et fortuna imperii Romani, victa eadem multi-
 tudo et, ut tolleretur regia societas, decrevit, et eos,
 qui auctores paciscendæ amicitiae fuerant, ad satis-
 faciendum legatis Chalcidem misit, fideique legato-
 rum commendari civitatem iussit. Thebanos Mar-
 cius et Atilius laeti audierunt, auctoresque et his,
 et^{s)} separatim singulis fuerunt ad renovandam ami-
 citiam mittendi Romain legatos. Ante omnia exsules
 restitui iusserunt, et auctores regiae societatis de-
 creto suo damnarunt. Ita, quod maxime volebant,
 discusso Boeotico concilio, Peloponnesum proficis-

q) contulerant. Ex Gron.
 Crev. c. Drak. Verba:

*Ex contentione ortum cer-
 tamen, etiam in Crev.*

literis obliquis expressa
 sunt.

r) Coroneorum Crev.

s) et del. Gron. Crev. c. Drak.

U. c. 581. cuntur, Ser. Cornelio Chalcidem arcessito. Argis
a. C. 17¹. praebitum est iis concilium: ubi nihil aliud a gente
Achaeorum petierunt, quam ut mille milites darent.
id praesidium ad Chalcidem tuendam, dum Romanus
exercitus in Graeciam traiceretur, missum est. Mar-
cius et Atilius, peractis, quae agenda in Graecia
erant, principio hiemis Romanam redierunt.

XLV. Inde legatio sub idem tempus in Asiam
et¹) circum insulas missa. tres erant legati, Ti. Clau-
dius, P. Postumius, M. Iunius. ii circuineentes
hortabantur socios ad suscipiendum adversus Persea
pro Romanis bellum: et, quo quaeque opulentior ci-
vitas erat, eo adcuratius agebant, quia minores se-
cutureae maiorum auctoritatem erant. Rhodii maximi
ad omnia momenti habebantur, quia non favere tan-
tum, sed adiuvare etiam viribus suis bellum pote-
rant, quadraginta navibus auctore Hegesilocho praep-
aratis²). qui, quum in summo magistratu esset,
(Prytanin ipsi vocant) multis orationibus³) perva-
cerat Rhodios, ut, omissa, quam saepe vanam ex-
peri essent, regum fovendorum spe, Romanam so-
cietatem (unam tum in terris vel viribus, vel side
stabilem) retinerent. *Bellum inminere cum Perseo:*
desideraturos Romanos eundem navalem adparatum,
*quem nuper Antiochi, quem Philippi ante bello vidis-
sent. trepidaturos tum repente paranda classe, quum
mittenda esset; nisi resicere naves, nisi instruere na-
valibus sociis coepissent. Id eo magis enixe faciun-
dum⁴) esse, ut crimina delata ab Eumene side rerum
refellerent. His incitati, quadraginta navium classem
instructam ornata inque legatis Romanis advenienti-
hus, ut non exspectata in adhortationem esse adpare-
ret, ostenderunt. Et haec legatio magnum ad con-*

t) et del. Gron. Crev. c.
Drak.

u) comparatis Eaed. c. Drak.

x) rationibus Eaed. c. Drak.
y) faciendum Eaed. c. Drak.

ciliandos animos civitatum Asiae momentum fuit. U. c. 581.
 Decimius unus sine ullo effectu, captarum etiam pe-^{a. C. 171.}
 cniarum ab regibus Illyriorum suspicione infamis,
 Roman rediit.

XLVI. Perseus, quum ab ^{z)} conloquio Romano-
 rum in Macedoniam recepisset sese, legatos Roman
 de inchoatis cum Marcio conditionibus pacis misit: et
 Byzantium et Rhodum literas legatis ferendas dedit.
 In literis eadem sententia ad omnes erat: *conlocutum
 se cum Romanorum legatis.* quae audisset, quaeque
 dixisset, ita disposita, ut superior fuisse in discep-
 tatione videri posset. Apud Rhodios legati addide-
 runt, *Considerate pacem futuram. auctoribus enim Marcio
 atque Atilio, missos Romanum legatos.* Si pergerent Ro-
 mani contra foedus movere bellum, tum omni gratia,
 omni ope enitendum fore Rhodiis, ut reconcilient pa-
 cem. Si nihil deprecando proficiant, id agendum, ne
 omnium rerum ius ac potestas ad unum populum perve-
 niat. Quum ceterorum id interesse, tum praecipue
Rhodiorum, qui plus inter alias civitates dignitate at-
que opibus excellant: quae serva atque obnoxia fore, si
nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus. Magis
 et literae et verba legatorum benigne sunt auditæ,
 quam momentum ad mutandos animos habuerunt:
 potentior esse partis melioris auctoritas cooperat.
 Responsum ex decreto est: *Optare pacem Rhodios.*
si bellum esset, ne quid ab Ithodiis speraret aut peteret
rex, quod veterem amicitiam, multis magnisque meri-
tis pace belloque partam, disiungeret ^{a)} sibi ab Roma-
nis. Ab Rhodo redeuntes, Boeotiae quoque civita-
 tes, et Thebas, et Coroneam, et Haliartum, adie-
 runt: quibus expressum invitum existimabatur, ut,
 relicita regia societate, Romanis adiungerentur. The-
 bani nihil moti sunt: quamquam non nihil, et dam-
 natis principibus, et restitutis exsilibus, succense-

^{z)} a Gron. Crev. c. Drak.

a) *disiungeret* Gron.

U. c. 58¹. bant Romanis. Coronaei et Haliartii, favore quodam
a. C. 17¹ insito in reges, legatos in Macedoniam miserunt,
praesidium petentes, quo se adversus inpotentem
superbiā Thebanorum tueri possint. Cui legationi
responsum ab rege est ^b), praesidium se propter in-
duias cum Romanis factas mittere non posse: tamen
suadere, ita ab ^c) Thebanorum iniuriis, qua possent,
ut se vindicarent, ne Romanis praeberent caussam in se
saeviendi.

XLVII. Marcius et Atilius Romam quum venis-
sent, legationem in Capitolio ita renunciarunt, ut
nulla re magis gloriarentur, quam decepto per indu-
cias et spem pacis rege. Adeo enim adparatibus belli
fuisse instructum, ipsis nulla parata re, ut omnia op-
portuna loca praeoccupari ante ab eo potuerint, quam
exercitus in Graeciam traiiceretur. Spatio autem in-
duciarum sumto, venturum illum nihilo paratiorem;
Romanos omnibus instructiores rebus coepturos bellum.
Boeotorum quoque se concilium arte distraxisse, ne
coniungi amplius ullo consensu Macedonibus possent.
Haec, ut summa ratione acta, magna pars senatus
adprobabat: veteres et moris antiqui memores nega-
bant, se in ea legatione Romanas agnoscere artes. Non
per insidias et nocturna proelia, nec simulatam fugam
inprovisosque ad incautum hostem reditus, nec ut astu
magis, quam vera virtute, gloriarentur, bella maiores
gessisse. indicere prius, quam gerere, solitos bella;
denunciare etiam interdum pugnam, et locum finire ^d),
in quo dimicaturi essent. Eadem sive indicatum Pyrrho
regi medicum, vitae eius insidiantem: eadem Faliscis
vincutum traditum proditorem liberorum regis. Haec
Romana esse, non versutiarum Punicarum, neque cal-
liditatis Graecae: apud quos fallere hostem, quam vi
superare, gloriosius fuerit. Interdum in praesens tem-

b) est del. Crev.

c) a Gron. Crev. c. Drak.

d) bella, denunciare etiam;

interdum locum finire Eaed.

c. Drak.

*pus plus profici dolo, quam virtute: sed eius demum U. c. 581.
animum in perpetuum vinci, cui confessio expressa sit,* a. C. 171.
*se neque arte, neque casu, sed conlatis cominus viri-
bus, justo ac pio bello esse superatum.* Haec seniores,
quibus nova haec minus placebat sapientia. vicit ta-
men ea pars senatus, cui potior utilis, quam honesti,
cura erat, ut comprobaretur prior legatio Marcii, et
eodem rursus in Graeciam cum quinqueremibus re-
mitteretur, iubereturque cetera, uti e republica ma-
xime visum esset, agere. A. quoque Atilium mise-
runt ad occupaudam Larissam in Thessalia, tamen-
tes, ne, si induciarum dies exisset, Perseus, praesi-
dio eo^e) misso, caput Thessaliae in potestate ha-
beret. Duo millia peditum Atilius ab Cn. Sicinio ac-
cipere ad eam rem agendam iussus. et P. Lentulo,
qui ex Achaia redierat, trecenti^f) milites Italici ge-
neris dati, ut Thebis daret operam, ut in potestate
Boeotia esset.

XLVIII. His praeparatis, quamquam ad bellum
consilia erant destinata, senatum tamen paeberi le-
gatis placuit. Eadem sere, quae in conloquio ab rege
dicta erant, relata ab legatis. Insidiarum Eumeni
factarum crimen, et maxima cura, et minime tamen
probabiliter, (manifesta enim res erat) defensum.
Cetera deprecatio erat: sed non eis animis audieban-
tur, qui aut doceri, aut flecti possent. Denuncia-
tum, extemplo moenibus urbis Romae, Italia intra
trigesimum diem excederent. P. Licinio deinde con-
suli, cui Macedonia provincia obvenerat, denuncia-
tum, ut exercitui diem primam quamque diceret ad
conveniendum. C. Lucretius praetor, cui classis
provincia erat, cum quadraginta quinqueremibus ab
urbe profectus: nam ex refectis navibus alias in alium
usum retineri ad urbem placuit. Praemissus a praetore
est frater M.^g) Lucretius cum quinquereme una:

e) eo del. Gron. Crev.
f) trecenti Eaed.

g) M. del. Gron. c. Drak.

U. c. 58¹. iussusque, ab sociis ex foedere acceptis navibus, ad
a. C. 17¹. Cephalleniam classi obcurrere. ab Reginis triremi
una, ab Locris duabus, ab Uritibus quatuor, praeter
oram Italiae supervectus Calabriae extremum pro-
montorium in Ionio mari, Dyrrachium traicit. Ibi
decem ipsorum Dyrrachinorum, duodecim Issaeo-
rum, quinquaginta quatuor Gentii regis lembos na-
ctus, simulans se credere, eos in usum Romanorum
comparatos esse, omnibus abductis, die tertio Cory-
ram, inde protinus in Cephalleniam traicit. C. Lu-
cretius praetor ab Neapoli profectus, superato freto,
die quinto in Cephalleniam transmisit. Ibi stetit clas-
sis, simul opperiens, ut terrestres copiae traicerent-
ur, simul, ut onerariae, ex agmine suo per altum
dissipatae, consequerentur.

XLIX. Per hos forte dies P. Licinius consul, votis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe profectus est. Semper quidem ea res cum magna dignitate ac maiestate geritur: praecipue tamen convertit oculos animosque, quum ad magnum nobilemque, aut virtute aut fortuna, hostem, euntem consulem prosequuntur. Contrahit enim non officii modo cura, sed etiam studium spectaculi, ut videant ducem suum, cuius imperio consilioque summam rempublicam tuendam permiserunt. Subit deinde cogitatio animum, qui belli casus, quain incertus fortunae eventus, communisque Mars belli sit: adversa, secura, quaeque insidia et temeritate ducum clades saepe acciderint; quae contra bona prudentia et vir-
tus adtulerit. Quem scire mortalium, utrius mentis, utrius fortunae consulem ad bellum mittant? triumphantemne mox cum exercitu victore scandentem in^{h)} Capitolium ad eosdem Deos, a quibus profici-
catur, visuri; an hostibus eam praebituri laetitiam sint? Persi autem regi, adversus quem ibatur, fa-

h) in del. Gron. Crev. c. Drak.

mam et bello clara Macedonum gens, et Philippus U. c. 581.
 pater, inter multa prospere gesta Romano etiam nobilitatus bello, praebebat; tum ipsius Persei numquam, ex quo regnum accepisset, desitum belli expectatione celebrari nomen. cum his cogitationibus omnium ordinum homines prosciscentem consulem prosecuti sunt. Duo consulares tribuni militum cum eo missi, C. Claudius, Q. Mucius; et tres iustiores iuvenes, P. Lentulus, et duo Manlii Acidini. alter M. Manlii, alter L. Manlii filius erat. Cum iis consul Brundisium ad exercitum, atque inde, cum omnibus copiis transvectus, ad Nymphaeum in Apolloniati agro posuit castra.

L. Paucos ante dies Perseus, postquam legati, ab Roma regressi, praeciderant spem pacis, consilium habuit. Ibi aliquamdiu diversis sententiis certatum est. Erant, quibus vel stipendum pendendum, si iniungeretur, vel agri parte cedendum, si multarent; quidquid denique aliud pacis caussa patientium esset, non recusandum videretur, nec committendum, ut in aleam tanti casus se regnumque daret. Si possessio haud ambigua regni maneret, multa diem tempusque adferre posse, quibus non amissa modo recipere ⁱ⁾, sed timendus ultro iis esse, quos nunc timeret, posset. Ceterum multo maior pars ferocioris sententiae erat: *Quidquis cessisset, cum eo simul regno protinus cedendum esse, adsfirmabant. Neque enim Romanos pecunia aut agro egere: sed hoc scire, quum omnia humana, tum maxima quaeque et regna et imperia sub casibus multis esse. Karthaginensium opes fregisse sese, et cervicibus eorum praepotens initimum regem inposuisse: Antiochum progeniemque eius ultra iugum Tauri emotum ^k).* Unum esse Macedoniae regnum, et regione propinquum, et quod, sic-

i) recuperare Gron. Crev. c.
 Drak.

k) remotum Eaed. c. Drak.

U. c. 581. *ubi populo Romano¹⁾ sua fortunā labet, antiquos ani-
a. C. 17¹. mos regibus suis videatur posse facere. Dum integræ
res ** apud ^{m)} animum suum Persea debere, utrum,
singula concedendo, nudatus ad extreum opibus extor-
risque regno, Samothraciam aliamve quam insulam
petere ab Romanis, ubi privatus superstes regno suo in
contemtu atque inopia consernescat, malit: an, arma-
tus vindex fortunae dignitatisque sua, aut, ut ⁿ⁾ viro
forti dignum sit, patiatur, quodcumque casus belli tu-
lerit; aut victor liberet orbem terrarum ab imperio Ro-
mano. Non esse admirabilius Romanos Graecia pelli,
quam Hannibalem Italia pulsum esse. neque, hercule,
videre, qui conveniat, fratri, adfectanti per iniuriam
regnum, summa vi restitisse; alienigenis bene parto eo
cedere. Postremo ita bello et pace quaeri, ut inter om-
nes conveniat, nec turpius quidquam esse, quam sine
certamine cessisse regno: nec praecarius quidquam,
quam pro dignitate ac maiestate omnem fortunam ex-
pertum esse.*

LI. Pellae, in vetere regia Macedonum, hoc consilium erat. Geramus ergo, inquit, *Diis bene iuvantibus*, quando ita videtur, bellum: literisque circa praefectos dimissis, Citium (Macedoniae oppidum est) copias omnes contrahit. ipse centum hostiis sacrisilio regaliter Minervae, quam vocant Alcidemon, facto ^{o)}, cum purpuratorum et satellitum manu profectus Citium est. eo iam omnes Macedonum exter- norumque auxiliorum convenerant copiae. Castra ante urbem ponit, omnesque armatos in campo struxit. Summa omnium quadraginta tria ^{p)} millia ar- mata fuere: quorum pars ferme dimidia phalangitae erant. Hippias Beroeaeus praeerat. Delecta deinde et viribus et robore aetatis, ex omni caetratorum nu-

1) *populus Romanus* Gron.

Crev.

m) *res [int, cogitare] apud*

Crev.

n) *suae, ita ut* Gron. Crev.

c. Drak.

o) *Alcidem, confecto Eaed.*

c. Drak.

p) *tria del. Eaed. c. Drak.*

mero; duo millia erant: agema hanc ^{q)} ipsi legionem U. c. 581. vocabant. Praefectos habebant Leonatum ^{r)} et ^{a)} C. 171. Thrasippum Eulyestas. Ceterorum caetratorum, trium ferme millium hominum, dux erat Antiphilus Edessaeus. Paeones, et ex Parorea et Parstrymonia (sunt autem ea loca subiecta Thraciae) et Agrianes, admixtis etiam Thracibus incolis, trium millium ferme et ipsi expleverunt numerum. Armauerat contraxeratque eos Didas Paeon, qui adolescentem Demetrium occiderat. Et arinotorum duo millia Galorum erant, praefecto Asclepiodoto. Ab Heraclea ex Sintiis tria millia Thracum liberorum suum ducem habebant. Cretensiū par pene numerus suos duces sequebatur: Susum Phalasarneum et Syllum Gnossum. Et Leonides Lacedaemonius quingentis ex Graecia, mixto generi hominum, praeerat. Regii is generis ferebatur; exsul, damnatus frequenti concilio Achaeorum, literis ad Persea depreensis. Aetolorum et Boeotorum, qui non explebant plus quam quingentorum omnes numerum, Lyco Achaeus praefectus erat. Ex his mixtis tot populorum, tot gentium auxiliis, duodecim millia armatorum ferme efficiebantur. Equitum ex tota Macedonia contraxerat tria millia. Venerat eodem Cotys, Seuthae filius, rex gentis Odrysarum, cum mille delectis equitibus, pari ferme peditum numero. Ita ^{s)} summa totius exercitus triginta novem millia peditum erant, quatuor equitum. Satis constabat, secundum eum exercitum, quem Magnus Alexander in Asiam traiecit, numquam ullius Macedonum regis copias tantas fuisse.

LII. Sextus et vicesimus annus agebatur, ex quo petenti Philippo data pax erat: per id omne tempus quieta Macedonia et progeniem ediderat, cuius magna pars matura militiae esset, et levibus bellis Thracum

q) duo erant agemata: hanc r) Leonatum Eaed. c. Drak.
Gron. Crev. c. Drak. s) ita del. Eaed. c. Drak.

U. c. 581. adcolarum, quae exercent magis, quam fatigarent,
a. C. 17¹. sub adsidua tamen militia fuerat: et diu meditatum
Philippo primo, deinde et Persi, Romanum bellum,
omnia ut instructa parataque essent, efficerat. Mota
parumper acies, (non iusto decursu tamen) ne^t)
stetisse tantum in armis viderentur: armatosque,
sicut erant, ad concionem vocavit. Ipse constitit in
tribunali, circa se habens filios duos: quorum maior
Philippus, natura frater, adoptione filius; minor,
quem Alexandrum vocabant, naturalis erat. Cohor-
tatus est milites ad bellum: iniuriam populi Romani
in patrem seque commemoravit: Illum, omnibus in-
dignitatibus compulsum ad rebellandum, inter adpara-
tum belli fato obpressum: ad se simul legatos, simul
milites ad occupandas Graeciac urbes missos. Fallaci
deinde conloquio per speciem reconciliandae pacis extra-
ctam hiemem, ut tempus ad comparandum haberent.
Consulem nunc venire cum duabus legionibus Romanis,
quae ** trecentos^u) equites habeant, et pari ferme nu-
mero sociorum peditum equitumque. Eo ut accedant
regum auxilia Eumenis et Masinissae, non plus septem
millia peditum, duo equitum futura. Auditis hostium
copiis, respicerent suum ipsi exercitum: quantum nu-
mero, quantum genere militum praestarent tironibus,
raptim ad id bellum conscriptis, ipsi, a pueris eruditi
artibus militiae, tot subacti atque durati bellis. Au-
xilia Romanis Lydos, et Phrygas, et Numidas esse:
sibi Thracas, Gallosque, ferocissimas gentium. Arma
illos habere ea, quae sibi quisque paraverit pauper mi-
les: Macedonas promta ex regio adparatu, per tot annos
patris sui cura et in pensa facta. Commeatum illis
quum procul, tum omnibus sub casibus maritimis fore:
se et pecuniam et frumentum, praeter redditus metallo-

t) acies, non iusto decursu
tamen, ne, signis pareu-
theseos omissis, Gron.
Crev.

u) quae [singulae sena mil-
lia peditum et] trecentos
Crev.

*rum, in decem annos seposuisse. Omnia, quae Deo- U. c. 581.
rum indulgentia, quae regia cura praeparanda fuerant, a. C. 171.
plena cumulataque habere Macedonas. animum haben-
dum esse, quem habuerint maiores eorum; qui, Europa
omni domita, transgressi in Asiam, incognitum famae
aperuerint armis orbem terrarum: nec ante vincere de-
sierint, quam Rubro mari inclusis, quod vincerent,
defuerit. At, hercule, nunc non de ultimis Indiae oris,
sed de ipsius Macedoniae possessione certamen fortunam
indixisse. Cum patre suo gerentes bellum Romanos spe-
ciosum Graeciae liberandae tulisse titulum. nunc pro-
palam Macedonia in servitutem petere, ne rex vicinus
imperio sit Romano, ne gens bello nobilis arma habeat.
Haec enim tradenda superbis dominis esse cum rege re-
gnoque, si absistere bello, et facere imperata velint.*

LIII. Quum per omne in orationem satis frequenti
adsensu subclamatum esset; tum vero ea vociferatio,
simul indignantium minitantiumque, partim iuben-
tium bonum animum habere regem, exorta est, ut
finem dicendi ficeret. tantum iussis ad iter para-
re ^x), (iam enim dici, movere castra ab Nymphaeo
Romanos) concione dimissa, ad audiendas legationes
civitatum Macedoniae se contulit. venerant autem
ad pecunias, pro facultatibus quaeque suis, et fru-
mentum pollicendum ad bellum. Omnibus gratiae
actae, remissum omnibus; satis regios adparatus ad
ea dictum subsicere: vehicula tantum imperata, ut
tormenta, telorumque missilium ingentem vim praeparata,
hellicumque aliud instrumentum veherent.
Profectus inde toto exercitu, Eordeam ^y) petens,
ad Begorritem, quem vocant, lacum positis castris,
postero die in Elimeam ad Haliacmona fluvium pro-
cessit. Deinde saltu angusto superatis montibus,
quos Cambunios vocant, descendit ad (Tripolim vo-
cant) Azorum, Pythium, et Dolichen incolentes.

^x) *parari* Gron. Crev.

^y) *Eordeam* Eaed.

U. c. 58¹. Haec tria oppida paullisper cunctata, quia obsides
a. C. 17¹. Larissaeis dederant, victa tamen praesenti metu, in
deditonem concesserunt. Benigne his adpellatis,
haud dubius Perrhaebos quoque idem facturos, ur-
beam, nihil cunctatis, qui incolebant, primo adventu
recipit. Cyretias obpugnare coactus ²), primo etiam
die acri concursu ad portas armatorum est repulsus:
postero die omnibus copiis adortus, in deditonem
omnes ante noctem accepit.

LIV. Mylae, proximum oppidum, ita munitum,
ut inexsuperabilis munimenti spes incolas ferociores
faceret, non portas claudere regi satis habuerunt,
sed probris quoque in ipsum Macedonasque procaci-
bus iaculati sunt. quae res, quum infestiorem ho-
stem ad obpugnandum fecisset, ipsos desperatione
veniae ad tuendos sese acrius accedit. Itaque per
triduum ingentibus utrimque animis et obpugnatae
sunt, et defensae. Multitudo Macedonum ad sub-
eundum in vicem proelium haud difficulter succede-
bat: oppidanos, diem, noctem eosdem tuentes moe-
nia, non vulnera modo, sed etiam vigiliae et conti-
nens labor conficiebat. quarto die quum et scalae
undique ad muros erigerentur, et porta vi maiore
obpugnaretur; oppidani depulsi muris ad portam
tuendam concurrunt, eruptionemque repentinam in
hostes faciunt. quae quum irae magis inconsultae,
quam verae fiduciae virium esset, pauci et fessi ab
integris pulsi terga dederunt; fugientesque per paten-
tem portam hostes acceperunt. Ita capta urbs ac di-
repta est. libera quoque corpora, quae caedibus su-
persuerunt, venumdata. Diruto magna ex parte et
incenso oppido profectus, ad Phalaunam castra mo-
vit: inde postero die Gyrtoneam pervenit. Quo quum
T. Minucium Rusum et Hippianum, Thessalorum praetorein,
cum praesidio intrasse accepisset, ne tentata

²) *conatus* Gren.

quidem obpugnatione, praetergressus, Elatiam et U. c. 58^a.
 Gonnum, perculis inopinato adventu oppidanis, re-^{a. C. 17^b.}
 cepit. Utraque oppida in fauibus sunt, qua ^{a)} Tempe
 adennt; magis Gonnus. itaque et srimiore id prae-
 sidio tutum equitum peditumque, ad hoc fossa tri-
 pli ac vallo munitum, reliquit. Ipse, ad Sycurium
 progressus, operiri ibi hostium adventum statuit: si-
 mul et frumentari passim exercitum iubet in subiecto
 hostium agro. namque Sycurium est sub radicibus
 Ossae montis. qua in meridiem vergit, subiectos
 habet Thessaliae campos: ab tergo Macedoniam at-
 que Magnesiam. Ad has opportunitates accedit sum-
 ma salubritas et copia, pluribus circumiectis fontibus,
 perennium aquarum.

LV. Consul Romanus, per eosdem dies Thessa-
 liam cum exercitu petens, iter expeditum primo per
 Epirum habuit: deinde, postquam in Athamaniam
 est transgressus, asperi ac prope invii soli, cum in-
 genti difficultate parvis itineribus aegre Gomphos
 pervenit: cui si, vexatis hominibus equisque, tiro-
 nem exercitum ducenti acie instructa et loco suo et
 tempore obstitisset rex, ne Romani quidem abnuunt,
 magna sua cum clade fuisse pugnaturos. Postquam
 Gomphos sine certainine ventum est, praeter gau-
 dium periculosi saltus superati, contemptus quoque
 hostium, adeo ignorantium opportunitates suas, ac-
 cessit. Sacrificio rite perfecto, consul, et frumento
 dato militibus, paucos ad requiem iumentorum ho-
 minumque moratus dies, quum audiret vagari Mace-
 donas effusos per Thessalam, vastarique sociorum
 agros, satis iam resectum militem ad Larissam dicit.
 Inde, quum ^{b)} tria millia ferme abasset a Tripoli,
 (Scaeam ^{c)} vocant) super Peneum amnem posuit
 castra. Per idem tempus Euinenes ad Chalcidem na-

a) quae Gron. Crev. c. Drak. c) Sceam Eaed. c. Drak.

b) inde quum Gron. Crev.

U. c. 581. *vibus* accessit cum Attalo atque Athenaeo fratribus,
a. C. 171. Philetaero fratre relicto Pergamini ad tutelam regni.

inde cum Attalo et quatuor millibus peditum, mille
equitum, ad consulem venit. Chalcide relecta duo
millia peditum, quibus Athenaeus praepositus. Et
alia eodem auxilia Romanis ex omnibus undique
Graeciae populis convenerunt, quorum pleraque
(adeo parva erant) in oblivionem adducta. Apollo-
niatae trecentos equites, centum pedites miserunt.
Aetolorum alae unius instar, quantum ab ^{d)} tota
gente equitum erat, venerant: et Thessalorum omnis
equitatus separatus erat. non plus quam trecenti
erant equites in castris Romanis. Achaei iuventutis
suae, Cretico maxime armati, ad mille dederunt.

LVI. Sub idem tempus et C. Lucretius praetor,
qui navibus praeerat ad Cephalleniam, M. Lucretio
fratre cum classe super Maleam Chalcidem iusso pe-
tere, ipse triremem concendit, sinum Corinthium
petens ad praeoccupandas in Boeotia res. tardior ei
navigatio propter insirinitatem corporis fuit. M. Lu-
cretius, Chalcidem adveniens, quum a P. Lentulo
Haliartum obpugnari audisset, nuncium, praetoris
verbis, qui abscedere eum inde iuberet, misit. Boeo-
torum iuventute, quae pars cum Romanis stabat, eam
rem adgressus legatus, a moenibus abscessit. Haec
soluta obsidio locum alteri novae obsidioni dedit.
namque extemplo M. Lucretius cum exercitu navalium
decem millibus armatorum, ad hoc duobus millibus
regiorum, qui sub Athenaeo erant, Haliartum cir-
cumsedit: parantibusque iam obpugnare, supervenit
a Creusa praetor. Ad idem fere tempus et ab sociis
naves Chalcidem convenerunt: duae Punicae quin-
queremes, duae ab Heraclea ex Ponto triremes, qua-
tuor Chalcedone, totidem Samo, tum quinque Rho-
diae quadriremes. Has ^{e)} praetor, quia nusquam

d) in Gron. Crev. c. Drak.

e) has del. Eaed. c. Drak.

erat maritimum bellum, remisit sociis. et Q. Marcius Chalcidem navibus venit, Alope capta, Larissa, ^{a. C. 171.} quae Cremaste dicitur, obpugnata. Quum hic status in Boeotia esset, Perseus, quum ad Sycurium (sicut ante dictum est) stativa haberet, frumento undique circa ex agris convecto, ad vastandum agrum Pheraeorum misit: ratus ad iuvandas sociorum urbes longius a ^{f)} castris abstractos deprehendi Romanos posse. Quos quum eo tumultu nihil motos animadvertisset, praedam quidem, praeterquam hominum, (pecora autem maxime omnis generis fuere) divisit ad epulandum militibus.

LVII. Sub idem deinde tempus consilium et consul et rex habuerunt, unde bellum ordirentur. Regis creverunt animi vastatione concessa sibi ab hoste Pheraei agri. itaque eundum inde ad castra, nec dandum ultra spatium cunctandi, censebat. Et Romani censebant, cunctationem suam infamem apud socios esse, maximopere indigne ferentes, non latam Pheraeis opem. Consultantibus, quid agerent, (aderant autem Eumenes et Attalus in consilio) trepidus nuncius adfert, hostem magno agmine adesse. Consilio dimisso, signum extemplo datur, ut arma capiant. Interim placet, ex regiis auxiliis centum equites et parem numerum iaculatorum peditum exire. Perseus hora serine diei quarta, quum paullo plus mille passus abesset a castris Romanis, consistere signa peditum iussit. praegressus ipse cum equitibus ac levi armatura, et Cotys cum eo ducesque aliorum auxiliorum praecesserunt. Minus quingentos passus ab castris aberant, quum in conspectu fuere hostium equites: duae alae erant magna ex parte Gallorum, (Cassianus praeerat) et levis armaturae centum fere et quinquaginta Mysi aut Cretenses. Constitit rex, incertus quantum esset hostium. Duas inde ex

f) ab Gron. Crev. c. Drak.

U. c. 58¹. agmine turmas Thracum, duas Macedonum, cum bi-
a. C. 17¹. nis Cretensium cohortibus et Thracum, misit. Proe-
lium, quin pares numero essent, neque ab hac aut
illa parte nova auxilia subvenirent, incerta victoria
finitum est. Eumenis ferme triginta interfecti; inter
quos Cassignatus dux Gallorum cecidit. et tunc qui-
dem Perseus ad Sycurium copias reduxit. postero
die circa eamdem horam in euindem locum rex copias
admovit, plaustris cum aqua sequentibus. nam duo-
decim millium passuum via omnis sine aqua, et plu-
rimi pulveris erat: adfectosque siti, si primo in con-
spectu dimicassent, pugnaturos fuisse adparebat.
Quum Romani quiescent, stationibus etiam intra
vallum reductis, regii quoque in castra redeunt. Hoc
per aliquot dies fecerunt, sperantes fore, ut Romani
equites abeuntium novissimum agmen adgredierentur.
inde certamine orto, quum longius a castris eos eli-
cuissent, facile, ubiubi essent, se, qui equitatu et
levi armatura plus possent, conversuros aciem.

LVIII. Postquam incepturnon succedebat, ca-
stra proprius hostem movit rex, et a quinque millibus
passuum communiit. inde, luce prima in eodem,
quo solebat, loco peditum acie instructa, equitatum
omne levemque armaturam ad castra hostium dicit.
Visus et plurimus^{g)} et propior solito pulvis trepi-
dationem in castris Romanis fecit. Et primo vix cre-
ditum nuncianti est, quia prioribus continua diebus
numquam ante horam quartam hostis adparuerat.
tum solis ortus erat. Deinde ut plurium clamore et
cursu a portis dubitatio exenta est, tumultus ingens
oboritur. tribuni, praefectique, et centuriones in
praetorium; miles ad sua quisque tentoria discurrit.
Minus quingentos passus a vallo instruxerat Perseus
suos circa tumulum, quem Callicinum vocant. Lae-
vo cornu Cotys rex praeerat cum omnibus suae gen-

g) plurium Gron. Crev. c. Drak.

tis: equitum ordines levis armatura interposita di- U. c. 581.
 stinguebat. In dextro cornu Macedones erant equi- a. C. 171.
 tes: intermixti turmis eorum Cretenses. Huic ar-
 maturae Medon^h) Beroeaeus, equitibus et summae
 partis eius Meno Antigonensis praeverat. Proximi
 cornibus constiterant regii equites, et mixtum genus,
 delecta plurium gentium auxilia: Patrocles Antigo-
 nensis hicⁱ) et Paoniae praefectus Didas erant pree-
 positi. Medius omnium rex erat. circa eum agema,
 quod vocant, equitumque sacrae alae. Ante se stat-
 tuit funditores iaculatoresque; quadringentorum ma-
 nus utraque numerum explebat^k). Ioneim Thessa-
 lonicensem et Timanora Dolopem iis praefecit. sic
 regii constiterant. Consul, intra vallum peditum acie
 instructa, et ipse equitatum omnem cum levi arma-
 tura misit^l). pro vallo instructi sunt. Dextro cornu
 praepositus C. Licinius Crassus, consulis frater, cum
 omni Italico equitatu, velitibus intermixtis: sinistro
 M. Valerius Laevinus sociorum ex Graecis populis
 equites habebat, et^m) eiusdem gentis levem arma-
 turam. Medianam autem aciem cum delectis equitibus
 extraordinariis tenebat Q. Mucius. ducenti equites
 Galli ante signa horum instructi, et de auxiliis Eu-
 menis Cyrtiorum gentis trecenti. Thessali quadri-
 genti equites parvo intervallo super laevum cornu lo-
 cati. Euinenes rex Attalusque cum omni manu sua
 ab tergo inter postremam aciem ac vallum steterunt.

LIX. In hunc modum maxime instructae acies,
 par ferme utrumque numerus equitum ac levis arma-
 turae, concurrunt, a funditoribus iaculatoribusque,
 qui praecesserunt, proelio orto. Primi omnium Thra-
 ces, haud secus quam diu claustris retentae ferae,
 iraⁿ) concitati cum ingenti clamore in dextrum cornu,

h) Milo Gron. Crev. c. Drak.

l) emisit Gron. Crev.

i) his Crev.

m) et del. Eaed. c. Drak.

k) expleverat Gron. Crev. c. Drak.

n) ira del. Eaed. c. Drak.

Drak.

U. c. 58¹. Italicos equites, incurrerunt; ut usu belli et ingenio
a. C. 17¹. in pavida gens turbaretur. * gladiis^o) hastas petere
pedites, * nunc^p) succidere crura equis, nunc ilia
subsudere. Perseus, in medianam in vectus aciem,
Graecos primo in petu avertit: quibus quum gravis ab
tergo instaret hostis; Thessalorum equitatus, qui a
laevo cornu brevi spatio disiunctus in subsidiis fue-
rat extra concussum, primo spectator certaininis,
deinde, inclinata re, maximo usui fuit. Cedentes
enim sensim integris ordinibus, postquam se Eume-
nis auxiliis adiunxerunt, et cum eo tutum inter or-
dines suos receptionem sociis fuga dissipatis dabant, et,
quum minus conserti hostes instarent, progredi etiam
ausi, multos fugientium obvios exceperunt. Nec re-
gii, sparsi iam ipsi passim sequendo, cum ordinatis
et certo incidentibus gradu manus conserere aude-
bant. Quum victor equestri proelio rex, Parvo mo-
mento si adiuvissent, debellatum esse; opportune^q)
adhortanti supervenit phalanx, quam sua sponte, ne
audaci coepio deessent, Hippias et Leonnatus^r)
raptim adduxerant, postquam prospere pugnasse
equitem acceperunt. Fluctuante rege inter spem me-
tumque tantae rei conandae, Cretensis Euander, quo
ministro Delphis ad insidias Eumenis regis usus erat,
postquam agmen peditum^s) venientium sub signis
vidit, ad regem adcurrit, et monere iustitit, ne elatu-
tus felicitate summam rerum temere in non necessariam
aleam daret. Si contentus bene re gesta quiesset eo
die, vel pacis honestae conditionem habiturum, vel plu-
rimos belli socios, qui fortunam sequerentur, si bellare
mallet. In hoc consilium pronior erat animus regis.

o) *turbaretur. gladiis* Gron.
Crev. c. Drak.

p) *pedites, nunc* Eaed. c.
Drak.

q) *quum, victor equestri proe-
lio rex parvo momento si
adiuvisset, debellatum es-
set, opportune* Eaed. c.

Drak. In Gron. comma
post quum est omissum at-
que in eadem et Crev. ver-
bo esset semicolon subie-
ctum.

r) *Leonnatus* Eaed. c. Drak.
s) *agmen impeditum* Eaed. c.
Drak.

Itaque, conlaudato Euandro, signa referri, peditum—U. c. 58¹. que agmen redire in castra iubet; equitibus receptui^a. C. 17¹. canere.

LX. Cecidere eo die ab Romanis ducenti equites, duo millia, haud minus, peditum; capti sexcenti ferme equites^t). ex regiis autem viginti equites, quadraginta pedites interfecti. Postquam rediere in castra victores, omnes quidem laeti, ante alias Thracum insolens laetitia eminebat: cum cantu enim superfixa capita hostium portantes redierunt. Apud Romanos non moestitia tantum ex male gesta re, sed pavor etiam erat, ne extemplo castra hostis adgredetur. Eumenes suadere, ut trans Peneum transferret castra; ut pro munimento amnem haberet, dum perculsi milites animos colligerent. Consul moveri flagitio timoris fatendi: victus tamen ratione, silentio noctis transductis copiis, castra in ulteriore ripa communit. Rex, postero die ad lacessendos proelio hostes progressus, postquam trans amnem in tuto posita castra animadvertisit, fatebatur quidem peccatum, quod pridie non iustitisset victimis; sed aliquanto maiorem culpam esse, quod nocte foret cessatum. nam, ut nequinem alium suorum moveret, levi armatura iunissa, trepidantium in transitu fluminis hostium deleri magna ex parte copias potuisse. Romanis quidem praesens pavor deintus erat, in tuto castra habentibus: damnum inter cetera praecipue famae movebat. et in consilio apud consulem pro se quisque in Aetolos conferebant caussam; ab iis fugae terrorisque principium ortum. secutos pavorem Aetolorum et ceteros socios Graecorum populorum. Quinque principes Aetolorum, qui^u) primi terga vertentes conspecti dicebantur, Romam missi^x). Thes-

t) *capti ferme ducenti equites*
Gron. Crev. c. Drak.

u) *qui* del. Eaed. c. Drak.

x) *Romam missi* del. Eaed.
c. Drak.

U. c. 581. sali pro concione laudati, ducesque eorum etiam vir-
a. C. 171. tutis caussa donati.

LXI. Ad regem spolia caesorum hostium referebantur. donat ^{y)} ex his, aliis arma insignia, aliis equos; quibusdam ^{z)} captivos dono dabat. scuta erant supra mille quingenta ^{a)}; loricae thoracesque in ille amplius summam explebant; galearum gladiorumque et missilium omnis generis maior aliquanto numerus. Haec, per se ampla, pleraque multiplicata verbis regis, quae ad concionem vocato exercitu habuit. *Prae iudicatum eventum belli habetis. Meliorim partem hostium, equitatum Romanum, quo invictos se esse gloriabantur, sudistis. Equites enim illis principes iuuentutis, equites seminarium senatus: inde lectos in Patrum numerum consules, inde imperatores creant. horum spolia paullo ante divisimus inter vos.* Nec minorem de legionibus peditum victoriam habetis. quae, nocturna fuga vobis subtractae, naufragorum trepidatione passim natantium flumen compleverunt. Sed facilius nobis sequentibus vicos Peneum superare erit, quam illis trepidantibus fuit; transgressique extemplo castra obpugnabimus, quae hodie cepissemus, ni fugissent. Aut, si acie decernere volent, eumdem pugnae pedestris eventum exspectate, qui equitum in certamine fuerit. Et qui vicerant alacres, spolia caesorum hostium humeris gerentes, ante ora sua audi vere, ex eo, quod acciderat, spem futuri praecipientes: et pedites, aliena gloria accensi, praecipue qui Macedonum phalangis erant, sibi quoque et naufragae regi operae, et similem gloriam ex hoste pariendo, occasionem optabant. Concione dimissa, postero die profectus inde ad Mopselum ^{b)} posuit castra. tumulus hic inter Tempe et Larissam medius est.

y) dona Gron. Crev. c. Drak.

z) equos, quibusdam Eaed.
c. Drak.

a) quingena Gron.

b) Mopsium Gron. Crev. c.
Drak.

LXII. Romani, non abscedentes ab ripa Penei,^{U. c. 581.} transtulerunt in locum tuiorem castra. Eo Misage-^{a. G. 171.}nes Numida venit cum mille equitibus, pari peditum numero, ad hoc elephantis duobus et viginti. Per eos dies consilium habenti regi de summa belli ^c), quum iam consedisset ferocia ab re bene gesta, ausi sunt quidair amicorum consilium dare, ut secunda fortuna in conditionem ^d) honestae pacis uteretur potius, quam, spe vana evectus, in casum inrevocabilem se daret. *Modum inponere secundis rebus, nec nimis credere serenitati praesentis fortunae, prudentis hominis et merito felicis esse.* Mitteret ad consulem, qui foedus in easdem leges renovarent, quibus Philippus pater eius pacem ab ^e) T. Quintio victore accepisset. Neque finiri bellum magniscentius, quam ab ^f) tam memorabili pugna; neque spem firmiorem pacis perpetuae dari, quam quae percussos adverso proelio Romanos molliores factura sit ad paciscendum. Quod si Romanum tum quoque insita pertinacia aequa adspernarentur, Deos hominesque et moderationis Persei, et illorum pervicacis superbiae, futuros testes. Numquam ab talibus consiliis abhorrebat regis animus. itaque plurimum adsensu comprobata est sententia. Legati, ad consulem missi, adhibito frequenti consilio, auditи sunt. Pacem petiere ^g), vectigal, quantum Philippus pactus esset, daturum Persea Romanis pollicentes; urbibus, agris, locisque, quibus Philippus cessisset, cessurum primum. haec legati. Submotis his, quum consultarent, Romana constantia vicit in consilio. Ita tum mos erat, in adversis vultum secundae fortunae gerere, moderari animos in secundis. Responderi placuit, *Ita pacem dari, si de summa rerum librum senatui permittat rex de se deque universa Macedo-*

c) *belli* del. Gron. Crev. c.
Drak.

d) *conditione* Eaed. c. Drak.
e) *a* Eaed. c. Drak.

f) *a* Eaed. c. Drak.

g) *pacem petere*, literis obliquis scriptum exhibent Eaed. c. Drak.

U. c. 581. *nia statuendi ius.* Haec quum renunciassent legati,
 a. C. 171. miraculo ignaris moris pertinacia Romanorum esse;
 et plerique vetare, amplius mentionem pacis facere.
 ulti mox quaesituros, quod oblatum fastidiant. Per-
 seus hanc ipsam superbiam, quippe ex fiducia virium
 esse, timere: et, summam pecuniae augens, si pre-
 tio pacem emere posset, non destitut animum consu-
 lis tentare. Postquam nihil ex eo, quod primo re-
 sponderat, mutabat, desperata pace, ad Sycurium,
 unde profectus erat, rediit, belli casum de integro
 tentaturus.

LXIII. Fama equestris pugnae, vulgata per Grae-
 ciam, nudavit voluntates hominum. non enim so-
 lum, qui partis Macedonum erant, sed plerique, in-
 gentibus Romanorum obligati beneficiis, quidam vim
 superbiamque experti, laeti eam famam accepere:
 non ob aliam caussam, quam pravo studio, quo etiam
 in certaminibus ludicris vulgus utitur, deteriori ^{h)}
 atque infirmiori favendo. Eodem tempore in Boeo-
 tia summa vi Haliartum Lucretius praetor obpugna-
 bat ⁱ⁾: et, quamquam nec habebant externa auxilia
 obcessi, praeter Coronaeorum iuniores, qui prima
 obsidione moenia intraverant, neque sperabant, ta-
 men ipsi animis magis, quam viribus, resistebant.
 nam et eruptiones in opera crebro faciebant: et arie-
 tem admotum, libramento plumbi gravatum, ad ter-
 ram urgebant: et, si qua declinarent, qui agebant,
 ictum ^{k)}, pro diruto muro novum tumultuario opere,
 raptim ex ipsa ruinæ ^{l)} strage congestis saxis, ex-
 struebant. Quum operibus obpugnatio lentior esset,
 scalas per manipulos dividi praetor iussit, ut corona
 undique moenia adgressurus; eo magis subiecturam
 ad id multitudinem ratus, quod, qua parte palus ur-

h) *utitur; deteriori* Gron. k) *si qua declinarent qui a-*
utitur deteriori Drak. *gebant ictum* Gron.
 i) *oppugnarat* Gron. Grev. l) *ruinæ del.* Gron.
 c. Drak.

bem cingit, nec adtinebat obpugnari, nec poterat. U. c. 581.
 Ipse ab ea parte, qua duae turres, quodque inter eas^a. C. 171.
 muri prorutum fuerat, duo millia militum delectorum
 admovit; ut eodem tempore, quo ipse transcendere
 ruinas conaretur, concursu adversus se oppidanorum
 facto, scalis vacua defensoribus moenia capi parte ali-
 qua possent. Haud segniter oppidani vim eius arcere
 parant. nam super stratum ruinis locum, fascibus
 aridis sарinentorum iniectis, stantes cum ardentibus
 facibus accensuros ea se saepe minabantur, ut, in-
 cendio intersepti ab hoste, spatiu ad obiciendum
 interiorum murum haberent. Quod inceptum eorum
 sors impedit. nam tantus repente effusus est imber,
 ut nec accendi facile pateretur, et extingueret ac-
 censa. Itaque et transitus per distracta fumantia vir-
 gulta patuit; et, in unius loci praesidium omnibus
 versis, moenia quoque pluribus simul partibus scalis
 capiuntur. In primo tumultu captae urbis seniores
 impubesque ^m), quos casus obvios obtulit, passim
 caesi: armati in arcem confugerunt: et postero die,
 quin spei nihil superesset, ditione facta, sub co-
 rona venierunt. Fuerunt autem duo millia ferme et
 quingenti: ornamenta urbis, statuae et tabulae pictae,
 et quidquid pretiosae praedae fuit, ad naves delatum:
 urbs diruta a fundamentis. Inde Thebas ductus ex-
 ercitus: quibus sine certamine receptis, urbem tra-
 didit exsulibus, et qui Romanorum partis erant: ad-
 versae factionis hominum, fautorumque regis ac Ma-
 cedonum familias sub corona vendidit. his gestis in
 Boeotia, ad mare ac naves rediit.

LXIV. Quum haec in Boeotia gererentur, Per-
 seus ad Sycurium stativa dierum aliquot habuit. Ubi
 quum audisset, raptim Romanos circa ex agris demes-
 sum frumentum convehere, deinde ante sua quemque
 tentoria spicas fascibus ⁿ) desecantem, quo purius

^m) *impuberesque* Gron. Crev. ⁿ) *falcibus* Eaed.

U. c. 58¹. frumentum tereret; ingentes acervos per tota castra
 a. C. 17¹. stramentorum fecisse: ratus incendio opportuna esse,
 faces, taedamque, et malleolos stupuae iulitos pice
 parari iubet: atque ita media nocte profectus, ut pri-
 ma luce ad gressus falleret. Nequidquam. primae
 stationes obpressae tumultu ac terrore suo ceteros ex-
 citaverunt^o): signumque datum est arna extemplo
 capiendi; simulque in vallo, ad portas, miles instruc-
 tus erat, et intentus propugnationi castrorum. Per-
 seus et extemplo circumegit aciem, et prima inpedi-
 menta ire, deinde peditum signa ferri iussit. ipse
 cum equitatu et levi armatura substitut ad agmen co-
 gendum; ratus, id quod accidit, insecuratos ad ex-
 trema ab tergo carpenda hostes. Breve certamen le-
 vis armaturae maxime cum procuratoribus fuit.
 equites peditesque sine tumultu in castra redierunt.
 Demessis circa segetibus, Romani ad Cranonium^r) intactum agrum castra movent. Ibi quin securi, et
 propter castrorum longinquitatem, et viae inopis
 aquarum difficultatem, quae inter Sycurium et Cra-
 nona^q) est, stativa haberent; repente prima luce in
 imminentibus tumulis equitatus regius cum levi arma-
 tura visus ingentem tumultum fecit. Pridie per me-
 ridiem profecti ab Sycurio erant: peditum agmen sub
 luce^r) reliquerant in proxima planicie. Stetit paul-
 lisper in tumulis, elici posse ratus ad equestre cer-
 tamen Romanos: qui postquam nihil movebant, equi-
 tem mittit, qui pedites referre ad Sycurium signa iu-
 beret; ipse mox insecurus. Romani equites, modi-
 co intervallo sequentes, sicubi sparsos ac dissipatos
 invadere possent, postquam confertos abire, signa
 atque ordines servantes, viderunt, et ipsi in castra
 redeunt.

LXV. Inde, obsensus longinquitate itineris, rex

^o) *exciverunt* Gron. Crev. c.
 Drak.

^p) *Cranonium* Gron. Crev.

^q) *Cranonna* Eaed.
 r) *sub lucem* Eaed. c. Drak.

ad Mopselum^{s)} castra movit; et Romani, demessis Cra-U. c. 581.
nonis segetibus, in Phalannaeum agrum transeunt.^{a)} C. 171.
Ibi quum ex transfuga cognosset rex, sine ullo arma-
to praesidio passim vagantes per agros Romanos me-
tere, cum mille equitibus, duobus millibus Thracum
et Cretensium prosectorum, quum, quantum adcelerare
poterat, effuso agmine issent^{t)}, improviso adgressus
est Romanos. iuncta vehicula, pleraque onusta, mil-
le admodum capiuntur, sexcenti ferme homines.
Praedam custodiendam ducendamque in castra tre-
centis Cretensium dedit. ipse, revocato ab effusa
caede equite et reliquis peditum, dicit ad proximum
praesidium, ratus haud magno certaine obprinci
posse. L. Pompeius tribunus militum praeerat, qui
percusso milites repentina hostium adventu in pro-
pinquum tumulum recepit, loci se praesidio, quia
numero et viribus inpar erat, defensurus. Ibi quum
in orbem milites coegisset, ut densatis scutis ab
ictu^{u)} sagittarum et iaculorum sese tuerentur, Per-
seus, circumdato armatis tumulo, alios adscensum
undique tentare iubet, et minus proelium consere-
re, alios eminus tela ingerere. Anceps Romanos
terror circumstabat: nam neque conferti pugnare pro-
pter eos, qui adscendere in tumulum conabantur,
poterant: et, ubi ordines procursando solvissent, pa-
tebant iaculis sagittisque^{x)}. Maxime cestrosphen-
donis vulnerabantur. hoc illo bello novum genus teli
inventum est. Bipalme spiculum hastili semicubitali
insixum erat, crassitudine digitii: huic abiegnae bre-
ves pinnae tres^{y)}, velut sagittis solent, circumda-
bantur: funda media duo funalia in paria habebat^{z)}.
quum maiori sinu libratum funditor habena rotaret,
excussum, velut glans, enicabat. Quum et hoc, et
alio omni genere telorum, pars vulnerata militum

s) *Mopsium* Gron. Crev. c. Drak.

x) *sagittisive* Eaed. c. Drak.

t) *issent* Eaed. c. Drak.

y) *huic ad libramen pinnae*

u) *iactu* Eaed. c. Drak.

tres Eaed. c. Drak.

z) *habebant* Gron.

habebant Gron.

U. c. 58¹. esset, nec facile iam arma fessi sustinerent, instare a. C. 17¹. rex, ut dederent se, fidem dare, praemia interduin polliceri: nec cuiusquam ad ditionem flectebatur animus; quin ex insperato iam obstinati mori spes adfulsit. Nam quin ex frumentatoribus refugientes quidam in castra nunciassent consuli, circumsideri praesidium; motus periculo tot civium (nam octingenti ferme, et omnes Romani erant) cum equitatu ac levi armatura (accesserant nova auxilia, Numidae pedites equitesque et elephanti) castris egreditur: et tribunis militum imperat, ut legionum signa sequantur. Ipse, velitibus ad firmanda levium armorum auxilia adiectis, ad tumulum praecedit. consulis latera tegunt Eumenes, Attalus, et Misagenes, regulus Numidarum.

LXVI. Quum in conspectu prima signa suorum circumcessis fuerunt, Romanis quidem ab ultima desperatione recreatus est animus: Perseus, cui primum omnium fuerat, ut, contentus fortuito successu, captis aliquot frumentatoribus occisisque, non tereret tempus in obsidione praesidii; secundum, ea quoque tentata utcunque, quum sciret nihil roboris secum esse, dum liceret intacto, abire; et ipse hostium adventum, elatus successu, mansit, et, qui phalangem arcisserent, propere inisit. qua et serius, quam res postulabat, et raptim acta, turbati cursu adversus instructos et praeparatos erant adventuri. Consul anteveniens extemplo proelium conseruit. Primo resistere Macedones; deinde, ut nulla re pares erant, amissis trecentis ^{a)} peditibus, viginti quatuor primoribus equitum ex ala, quam Sacram vocant, inter quos Antimachus etiam praefectus alae cecidit, abire conantur. Ceterum iter prope ipso proelio tumultuosius fuit. Phalanx, abs trepido nuncio adcita, quum raptim duceretur, primo in angustiis captivo-

a) *trecenis* Gron.

rum agmini oblata vehiculisque frumento onustis: iis U. c. 581.
 caesis, ingens ibi vexatio partis utriusque fuit, nullo^{a.} G. 171.
 exspectante, ut utcumque^{b)} explicaretur agmen, sed
 armatis detrudentibus per praeceps impedimenta, (ne-
 que enim aliter via aperiri poterat) iumentis, quum
 stimularentur, in turba saevientibus. Vix ab incondi-
 to agmine captivorum expedierant sese, quum re-
 gio agmini percussisque equiibus obcurrunt. Ibi vero
 clamor iubentium referre signa ruinae quoque prope
 similem trepidationem fecit: ut, si hostes, introire
 angustias ausi, longius insecurti essent, magna clades
 accipi potuerit. Consul, recepto ex tunulo praesi-
 dio, contentus modico successu, in castra copias re-
 duxit. Sunt, qui eo die magno proelio pugnatum
 auctores sint. octo millia hostium caesa, in his So-
 patrum et Antipatrum regios duces: vivos captos cir-
 citer duo millia octingentos, signa militaria capta vi-
 ginti septem. Nec incruentam victoriam suisse: su-
 pra quatuor millia et trecentos de exercitu consulis
 cecidisse: signa sinistram alae quinque amissa.

LXVII. Hic dies et Romanis refecit animos, et
 Persea perculit, ut, dies paucos ad Mopselum^{c)} mora-
 tus, sepulturae maxime militum amissorum cura,
 praesidio satis valido ad Gonnum relicto, in Macedo-
 niā recipere copias. Timotheum quemdam ex re-
 giis praefectis cum modica manu relinquit ad Philam,
 iussum Magnetas et propinquos tentare. Quum Pel-
 lām venisset, exercitu in hiberna dimisso, ipse cum
 Cotye Thessalonicanam est profectus. Eo fama adser-
 tur, Atlesbim regulum Thracum, et Corragum Eu-
 menis praefectum, in Cotyis fines inpetum fecisse:
 et regionem, Marenen quam vocant, cepisse. Itaque,
 dimittendum Cotyn ad sua tuenda ratus, magnis pro-
 ficisentem donis prosequitur. ducenta talenta, se-

b) *exspectante, utcumque* Gron. c) *Mopsium* Gron. Crev. c.

c. Drak. *exspectante [dum]* Drak.
utcumque Crev.

U. c. 581. mestre stipendum, equitatui numerat, quum primo
a. C. 171. annum dare constituisset. Consul, postquam pro-
fectum Persea audivit, ad Gonnum castra movet, si
potiri oppido posset. Ante ipsa Tempe in faucibus
situm, Macedoniae claustra tutissima praebet, et in
Thessaliam opportunum Macedonibus decursum.
Quum et loco et praesidio valido inexpugnabilis res
esset, abstitit incepto. In Perrhaebiam flexis itine-
ribus, Malloea primo inpetu capta ac direpta, Tri-
poli aliaque Perrhaibia recepta, Larissam rediit. in-
de Eumene atque Attalo domum remissis, Misage-
nem Numidasque in hiberna in proximis Thessalis^d)
urbibus distribuit. et partem exercitus ita per totam
Thessaliam divisit, ut et hiberna commoda omnes ha-
berent, et praesidio urbibus essent. Q. Mucium le-
gatum cum duobus millibus ad obtinendam Ambra-
ciam misit. Graecarum civitatum socios omnes prae-
ter Achaeos dimisit. cum exercitus parte profectus
in Achaiam Phthiotim, Pteleum desertum fuga oppi-
danorum diruit a fundamentis, Antrona voluntate
colentium recepit. Ad Larissam deinde exercitum
admovit. urbs deserta erat; in arcem omnis multi-
tudo concesserat: eam obpugnare adgreditur. Primi
omnium Macedones, regium praesidium, metu ex-
cesserant. a quibus relictii oppidani in ditionem
extemplo veniunt. Dubitari inde, utrum Demetrias
prius adgredienda foret, an in Boeotia adspicien-
dae^e) res. Thebani, vexantibus eos Coronaeis, in
Boeotiam arcessebant. ad horum preces, quia hi-
bernis aptior regio, quam Magnesia erat, in Boeo-
tiam duxit.

d) *Thessaliac* Gron. Crev.e) *adipiscendae* Eaed.

EPITOME LIBRI XLIII.

Praetores aliquot 1), eo quod avare et crudeliter provincias administrassent, damnati sunt. P. Licinius Crassus proconsul complures in Graecia urbes expugnavit, et crudeliter diripuit. ob id captivi, qui ab eo sub corona venierant, ex senatusconsulto postea restituti sunt. Item a praefectis classium Romanarum 2) multa inpotenter in socios facta. Res praeterea a Perseo rege in Thracia prospere gestas continet, victis Dardanis et Illyrico, cuius rex erat Gentius. Motus, qui in Hispania ab Olonico factus erat, ipso interemto consedit. M. Aemilius Lepidus a censoribus princeps in senatu lectus.

1) nonnulli Gron. Crev.

2) Romanorum Gron.

T. LIVII PATAVINI
LIBER XLIII.

Eadem aestate, qua in Thessalia equestri pugna vi-U. c. 581.
cere Romani, legatus, in Illyricum a consule missus,
opulenta duo oppida vi atque armis coegit in deditio-
nem; omniaque iis sua concessit, ut opinione cle-
mentiae eos, qui Carnuntem munitam urbem incole-
bant, adliceret. postquam nec, ut dederent se, com-
pellere, neque capere obsidendo poterat; ne duabus
obpugnationibus nequidquam fatigatus miles esset,
quas prius intactas urbes reliquerat, diripuit. Alter
consul C. Cassius nec in Gallia, quam sortitus erat,
memorabile quidquam gessit: et per Illyricum ducere

a. C. 171.

U. c. 58¹. legiones in Macedoniam vano incepto est conatus.
 a. C. 17¹. Ingressum hoc iter consulem senatus ex Aquileien-
 sium legatis cognovit: qui, querentes coloniam suam
 novam et infirmam, ne cum satis munitam, inter
 infestas nationes Istrorum et Illyriorum esse, quum
 peterent, ut senatus curae haberet, quomodo ea co-
 lonia inuniretur, interrogati, vellentne eam rem C.
 Cassio consuli mandari? responderunt, Cassium,
 Aquileiam indicto exercitu, profectum per Illyricum
 in Macedoniam esse. Ea res primo incredibilis visa:
 et pro se quisque credere, Carnis forsitan aut Istris
 bellum inlatum. Tum Aquileenses, nihil se ultra
 scire, nec audere adfirmare, quam triginta dierum
 frumentum militi datum; et duces, qui ex Italia iti-
 nera in Macedoniam nossent, conquisitos abductos-
 que. **E**nimvero senatus indignari, tantum consulem
 ausum, ut suam provinciam relinqueret, in alienam
 transiret; exercitum novo periculoso itinere inter ex-
 teras gentes duceret, viam tot nationibus in Italiam
 aperiret. **D**ecernunt frequentes, ut C. Sulpicius
 praetor tres ex senatu nominet legatos, qui eo die
 proficiscantur ex urbe; et quantum adcelerare pos-
 sent, Cassium consulem, ubicumque sit, persequan-
 tur; nuncient, ne bellum cum ulla gente inoveat, nisi
 cum qua senatus gerendum censuerat. Legati hi pro-
 fecti, M. Cornelius Cethegus, M. Fulvius, P. Mar-
 cius Rex. Metus de consule atque exercitu distulit
 eo tempore munienda Aquileiae curam.

II. Hispaniae deinde utriusque legati aliquot po-
 pulorum in senatum introducti. Ii, de magistratum
 Romanorum avaritia superbiaque, conquesti, nisi
 genibus ab senatu petierunt, ne se socios foedius
 spoliari vexarique, quam hostes, patientur. Quin
 et alia iudigna quererentur, manifestum autem esset,
 pecunias captas; L. Canuleio praetori, qui Hispan-
 iam sortitus erat, negotium datum est, ut in singu-

los, a quibus Hispani pecunias repeterent^a), quinos U. c. 58¹. recuperatores ex ordine senatorio daret, patronosque, ^{a. C. 17¹.} quos vellent, sumendi potestatem faceret. Vocatis in curiam legatis recitatum est senatusconsultum, iussique nominare patronos: quatuor nominaverunt, M. Porcium Catonem, P. Cornelium Cn. F. Scipionem, L. Aemilium L. F. Paullum, C. Sulpicium Gallum. Cum M. Titinio primum, qui praetor A. Manlio, M. Iunio consulibus in citeriore Hispania fuerat, recuperatores sumserunt. Bis ampliatus, tertio absolutus est reus. Dissensio inter duarum provinciarum legatos est orta: citerioris Hispaniae populi M. Catonem et Scipionem; ulterioris L. Paullum et Gallum Sulpicium patronos sumserunt. Ad recuperatores adducti a citerioribus populis P. Furius Philus, ab ulterioribus M. Matienus. Ille Sp. Postumio, Q. Mucio consulibus triennio ante, hic biennio prius, L. Postumio, M. Popillio consulibus, praetor fuerat. Gravissimis criminibus accusati ambo ampliatique: quum dicenda de integro caussa esset, excusati exsiliis caussa solum vertisse. Furius Praeneste, Matienus Tibur exsulatum abierunt. Fama erat, prohiberi a patronis nobiles ac potentes compellare; auxitque eam suspicionem Canuleius praetor, quod, omissa ea re, delectum habere instituit. dein repente in provinciam abiit, ne plures ab Hispanis vexarentur. Ita, praeteritis silentio oblitteratis, in futurum consultum tamen^b) ab senatu Hispanis, quod inpetrarunt, ne frumenti aestimationem magistratus Romanus haberet; neve cogeret vicesimas vendere Hispanos, quanti ipse vellet; et ne praefecti in oppida sua ad pecunias cogendas inponerentur.

III. Et alia novi generis hominum ex Hispania legatio venit. ex militibus Romanis et ex Hispanis

a) *peterent* Gron. Crev. c. Drak.

b) *tamen* del. Eaed. c. Drak.

U. c. 581. mulieribus, cum quibus connubium non esset, natos
 a. C. 171. se memorantes, supra quatuor millia hominum, ora-
 bant, ut sibi oppidum, in quo habitarent, daretur.
 Senatus decrevit, *uti nomina sua apud L. Canuleium*
profiterentur: eorumque si quos manumisisset, eos Car-
teiam ad oceanum deduci placere. Qui Carteiensium
domi manere vellent, potestatem fore, uti numero colo-
norum essent, agro adsignato. Latinam eam coloniam
esse^c), *libertinorumque adpellari. Eodem tempore ex*
Africa et Gulussa regulus, Masinissae filius^d), *lega-*
tatus patris; et Karthaginienses venerunt. Gulussa
prior in senatum introductus, et, quae missa erant
ad bellum Macedonicum a patre suo, exposuit; et, si
qua praeterea vellent imperare, praestaturum merito
populi Romani est pollicitus: et monuit Patres con-
scriptos, ut a fraude Karthaginiensium caverent.
classis eos magnae parandae consilium cepisse; specie
pro Romanis, et adversus Macedonas: ubi ea parata
instructaque esset, ipsorum fore potestatis, quem hostem
aut socium habeant. Hanc iniec^e)

* * *

U. c. 582. IV. *** tis^f) tantum pavorem ingressi castra,
 a. C. 170. ostentantes capita, fecerunt, ut, si admotus extem-
 plo exercitus foret, capi castra potuerint. Tum quo-
 que fuga ingens facta est: et erant, qui legatos mit-
 tendos ad pacem precibus petendam censerent: civi-
 tatesque complures, eo nuncio auditio, in deditioinem
 venerunt. quibus purgantibus sese, culpamque in
 duorum amentiam conferentibus, qui se ultro ad poe-
 nam ipsi obtulissent, quum veniam dedisset praetor;
 profectus extemplo ad alias civitates, omnibus impe-
 rata facientibus, quieto exercitu pacatum agrum, qui
 paullo ante ingenti tumultu arserat, peragravit.
 Haec lenitas praetoris, qua sine sanguine ferocissi-

c) fuisse Gron. Crev. c. Drak.

d) *Gulussa, Masinissae regis*
filius Eaed. c. Drak.

e) *hanc iniec del. Eaed. c.*

Drak.

f) *tis del. Eaed. c. Drak.*

mam gentem domuerat, eo gratior plebi Patribusque U. c. 582.
 fuit, quo crudelius avariusque in Graecia bellatum,^{a. C. 170.}
 et ab consule Licinio et ab Lucretio praetore, erat.
Lucretium tribuni plebis absentem coucionibus adsi-
 duis lacerabant, quum reipublicae caussa abesse ex-
 cusaretur: sed tum adeo vicina etiam inexplorata
 erant, ut is eo tempore in agro suo Antiati esset,
 aquamque ex manubiis Antium ex flumine Loracinae
 duceret. Id opus centum triginta millibus aeris lo-
 casse dicitur. tabulis quoque pictis ex praeda sanum
 Aesculapii exornavit. Invidiam infamiamque ab Lu-
 cretio averterunt in Hortensium successorem eius Ab-
 deritae legati, flentes ante curiam, querentesque,
*oppidum suum ab Hortensio expugnatum ac direptum
 esse. Caussam excidii fuisse urbi, quod, quum centum
 millia denarium et tritici quinquaginta millia modium
 imperaret, spatium petierint* ^{g)}, *quo de ea re et ad Ho-
 stilium consulem, et Romam mitterent legatos. Vix-
 dum ad consulem se pervenisse, et audisse oppidum ex-
 pugnatum, principes securi percussos, sub corona cete-
 ros venisse. Indigna res* ^{h)} *senatui visa: decreve-
 runtque eadem de Abderitis, quae de Coronaeis de-
 creverant priore anno; eademque pro concione edi-
 cere Q. Maenium praetorem iusserunt. Et legati duo,*
*C. Sempronius Blaesus, Sex. Iulius Caesar, ad re-
 stituendos in libertatem Abderitas missi. Iisdem
 mandatum, ut et Hostilio consuli et Hortensio praetori
 nunciarent, senatum Abderitis iniustum bellum
 inlatum, conquerique omnes, qui in servitute sint,
 et restitui in libertatem, aequum censere.*

V. Eodem tempore de C. Cassio, qui consul priore
 anno fuerat, tum tribunus militum in Macedonia cum
 A. Hostilio erat, querelae ad senatum delaiae sunt,
 et legati regis Gallorum Cincibili venerunt. Frater

g) *petierunt* Gron. Crev. c. h) *res del.* Eaed. c. Drak.
 Drak.

U. c. 58^a. eius verba in senatu fecit, questus, Alpinorum po-
a. C. 170^b. pulorum agros sociorum suorum depopulatum C. Cas-
siūm esse, et inde multa millia hominum in servitu-
tem abripuisse. Sub idem ^c) tempus Carnorum Istro-
ruinque et Iapyduin ^d) legati venerunt: Duces sibi ab
consule Cassio primum imperatos, qui in Macedoniam
ducenti exercitum iter monstrarent: pacatum ab se,
tamquam ad aliud bellum gerendum, abisse: inde ex
medio regressum itinere hostiliter peragrasse fines suos:
passim rapinasque et incendia facta: nec se ad id loco-
rum scire, propter quam caussam consuli pro hostibus
fuerint. Et regulo Gallorum absenti, et his populis
responsum est, Senatum ea, quae facta querantur,
neque scisse futura, neque si sint facta, probare. Sed
indicta caussa damnari absentem consularem virum,
iuriū esse, quum is reipublicae caussa absit. Ubi
ex Macedonia redisset C. Cassius, tum, si coram eum
arguere vellent, cognita re senatum daturum operam,
uti satisfiat. Nec responderi tantum iis gentibus, sed
legatos mitti, duos ad regulum trans Alpes, tres circa
eos populos placuit, qui indicarent, quae Patrum sen-
tentia esset. Munera mitti legatis ex binis millibus
aeris censuerunt. duobus fratribus regulis haec prae-
cipua, torques duo ex quinque pondo auri facti, et
vasa argentea quinque ex viginti pondo, et duo equi
phalerati cum agasonibus, et equestria arma ac sagu-
la; et comitibus eorum vestimenta liberis servisque.
Haec missa: illa potentibus data, ut denorum equo-
rum iis commercium esset, educendique ex Italia po-
testas fieret. legati cum Gallis missi trans Alpes, C.
Laelius, M. Aemilius Lepidus: ad ceteros populos
C. Sicinius, P. Cornelius Blasio, T. Memmius.

VI. Multarum simul Graeciae Asiaeque civita-
tium legati Romam convenerunt. Primi Athenienses
introducti: ii, se, quod navium habuerint militumque,

i) *id* Gron. Crev. c. Drak.

k) *Iapidum* Gron. Crev.

*P. Licinio consuli et C. Lucretio praetori misisse ex-U. c. 582.
posuerunt, quibus eos non usos frumenti sibi centum a. C. 170.
millia imperasse: quod, quamquam sterilem terram
arent, ipsosque etiam agrestes peregrino frumento ale-
rent, tamen, ne deessent officio, confecisse; et alia,
quae imperarentur, praestare paratos esse. Milesii,
nihil praestitisse memorantes, si quid imperare ad
bellum senatus vellet, praestare se paratos esse, pol-
liciti sunt. Alabandenses templum Urbis Romae se
fecisse commemoraverunt, ludosque anniversarios ei
Divae instituisse: et coronam auream quinquaginta
pondio, quam in Capitolio ponerent, donum Iovi op-
timo maximo, adulisse, et scuta equestria trecenta;
ea, cui iussissent, tradituros. Donum ut in Capito-
lio ponere, et sacrificare liceret, petebant. Hoc et¹⁾ Lampsaceni, octoginta pondo coronam adferentes,
petebant, commemorantes, *Discessisse se a Perseo,*
postquam Romanus exercitus in Macedoniam venisset,
quum sub ditione Persei, et ante Philippi fuissent. Pro-
eo, et quod imperatoribus Romanis omnia praestitissent,
id se tantum orare, ut in amicitiam populi Romani re-
ciperentur: et, si pax cum Perseo fieret, exciperentur,
ne in regiam potestatem reciderent^{m)}. Ceteris legatis
comiter responsum; Lampsacenos in sociorum for-
mulam referre Q. Maenius praetor iussus. munera
omnibus in singulos binum millium aeris data. Ala-
bandenses scuta reportare ad A. Hostilium consulem
in Macedoniam iussi. Et ex Africa legati simul Kar-
thaginiensium, tritici decies centum millia et hordei
quingenta indicantes se ad mare devecta habere, ut,
quo senatus censuisset, deportarent. *Id munus officiumque suum scire minus esse, quam pro meritis po-*
populi Romani et voluntate sua: sed saepe alias, bonis in
rebus utriusque populi, se gratorum fideliumque socium
muneribus functos esse. Item Masinissae legati, tri-*

1) *et del. Gron. Grev. c.* m) *reciperentur Eaed. c.*
Drak. Drak.

U. c. 582. tici eamdem summam polliciti, et mille et ducentos
a. C. 170. equites, duodecim elephantes: et, si quid aliud opus
esset, utiⁿ) imperaret senatus: aequo propenso ani-
mo, et^o) quae ipse ultro pollicitus sit, praestaturum
esse. Gratiae et Karthaginiensibus et regi actae; ro-
gatique, ut ea, quae pollicerentur, ad Hostilium con-
sulem in Macedoniam deportarent. Legatis in sin-
gulos binum millium aeris munera missa.

VII. Cretensium legatis, commémorantibus, se,
quantum sibi imperatum a P. Licinio consule esset
sagittariorum, in Macedoniam misisse, quum inter-
rogati non insciarentur, apud Persea maiorem nume-
rum sagittariorum, quam apud Romanos, militare,
responsum est: Si Cretenses bene ac gnavoriter destina-
rent potiorem populi Romani, quam regis Persei, ami-
citiam habere, senatum quoque Romanum iis, tamquam
certis sociis, responsum daturum esse. Interea nuncia-
rent suis, placere senatui, dare operam Cretenses, ut,
quos milites intra^p) praesidia regis Persei haberent,
eos primo quoque tempore domum revocarent. Cretensi-
bus cum hoc responso dimissis, Chalcidenses vocati;
quorum legatio ipso introitu, ob id quod Mictio^q)
princeps eorum pedibus captus lectica est introlatus,
ultimae necessitatis exemplo visa res: in qua ita ad-
fecto excusatio valetudinis, aut ne ipsi quidem pe-
tenda visa foret, aut data petenti non esset. Quum
sibi nihil vivi reliquum, praeterquam linguam ad de-
plorandas patriae suae calamitates, praefatus esset,
exposuit civitatis primum suae benefacta, et vetera,
et ea, quae Persei bello praestitissent ducibus exer-
citibusque Romanis: tum quae primo C. Lucretius in
populares suos praetor Romanus superbe, avare,
crudeliter fecisset: deinde quae tum quum maxime
L. Hortensius faceret. Quemadmodum omnia sibi, et-
iam iis, quae patientur, tristiora, patienda esse du-

ⁿ) ut Gron. Crev.

^o) ac Eaed. c. Drak.

^p) inter Gron.

^q) Miction Gron. Crev.

cant potius, quam sive decedant; si o, quod^r) ad Lu- U. c. 582.
cretium Hortensiumque adtineret, scire, tutius fuisse^a C. 170.
claudere portas, quam in urbem eos accipere. Qui^s)
exclusissent eos, Emathiam, Amphipolim, Maroneam,
Aenum, incolumes esse: apud se tempula omnibus orna-
mentis compilata; spoliaque sacrilegii^t) C. Lucretium
navibus Antium devexisse, libera corpora in servitutem
abrepta, fortunas sociorum populi Romani direptas
esse, et quotidie diripi. Nam, ex instituto C. Lucretii,
Hortensium quoque in tectis hieme pariter atque aestate
navales socios habere, et domos suas plenas turba nau-
tica esse; versari inter se, coniuges, liberosque suos,
quibus nihil neque dicere pensi sit^u), neque facere.

VIII. Arcessere in senatum Lucretium placuit, ut disceptaret coram, purgaretque sese. Ceterum multo plura praesens audivit, quam in absentem iacta erant; et graviores potentioresque accessere accusatores duo tribuni plebis, M.^x) Inventius Thalna et Cn. Aufidius. Ii non in senatu modo eum lacerarunt, sed in concionem etiam pertracto, multis obiectis probbris, diem dixerunt. Senatus iussu Chalcidensibus Q. Maenius praetor respondit: *Quae bene meritos sese, et ante, et in eo bello, quod geratur, de populo Romano dicant, ea et scire vera eos referre senatum, et, perinde ac debeant, grata esse. Quae facta a C. Lucretio, fierique ab L. Hortensio praetoribus Romanis querantur, ea neque facta, neque fieri voluntate senatus, quem non posse existimare, qui sciat^y), bellum Persi, et ante Philippo patri eius, intulisse populum Romanum pro libertate Graeciae: non ut ea a magistratibus socii atque amici^z) paterentur? Literas^a) se ad L.*

r) *quam se dedant Persi. Quod*
Gron. Crev. c. Drak.

s) *quae Gron.*

t) *spoliataque sacrilegiis*
Gron. c. Drak.

u) *sit del. Gron. Crev. c.*
Drak.

x) *M. Crev.*

y) *existimare? qui sciat*
Gron. c. Drak.

z) *sociis atque amicis Gron.*
Crev. c. Drak.

a) *paterentur. Literas Gron.*
c. Drak.

U. c. 582. *Hortensium praetorem datus esse; quae Chalcidenses
a. C. 170.* querantur acta, ea senatui non placere: si qui in ser-
vitutem liberi venissent, ut eos conquirendos primo quo-
que tempore, restituendosque in libertatem curaret: so-
ciorum navalium neminem, praeter magistros, in ho-
spitia deduci aequum censere. Haec Hortensio iussu se-
natus scripta. Munera binum millium aeris legatis mis-
sa, et vehicula Mictioni publice locata, quae eum
Brundisium commode perveharent. C. Lucretiam,
ubi dies, quae dicta erat, venit, tribuni ad populum
accusarunt, multamque decies centum millium aeris
dixerunt. Comitiis habitis, omnes quinque et tri-
ginta tribus eum condemnarunt.

IX. In Liguribus eo anno nihil memorabile ge-
stum. nam nec hostes moverunt arma, neque con-
sul in agrum eorum legiones induxit: et, satis ex-
plorata pace eius anni, milites duarum legionum Ro-
manarum intra dies sexaginta, quam in provinciam
venit, dimisit. sociorum nominis Latini exercitu
mature in hiberna Lunam et Pisas deducto, ipse cum
equitibus Galliae provinciae pleraque oppida adiit.
Nusquam alibi, quam in Macedonia, bellum erat:
suspectum tamen et Gentium Illyriorum regem habe-
bant. itaque et octo naves ornatas a Brundisio sena-
tus censuit mittendas ad C. Furium legatum Issam,
qui cum praesidio duarum Issensium navium insulae
praeerat. duo millia militum in eas naves sunt in-
posita, quae M. Raecius ^{b)} praetor ex senatuscon-
sulto in ea parte Italiae, quae obiecta Illyrico est,
conscriptis: et consul Hostilius Ap. Claudium in Il-
lyricum cum quatuor millibus peditum misit, ut ad-
colas Illyrici tutarentur ^{c)}). qui, non contentus iis,
quas adduxerat, copiis, auxilia ab sociis conrogando,
ad octo millia hominum vario genere armavit: pera-

b) Q. Maenius Gron. Crev. . c) tutarentur Eaed. c. Drak.
c. Drak.

grataque omni ea regione, ad Lychnidum Dassaretio- U. c. 582.
rum consedit. a. C. 176.

X. Haud procul inde Uscana oppidum finium plerumque Persei erat. decem millia civium habebat, et modicum, custodiae caussa, Cretensium praesidium. Inde nuncii ad Claudiū occulti veniebant: *Si proprius copias admovisset, paratos fore, qui proderent urbem. Et operaे pretium esse. non^{d)} se amicosque tantum, sed etiam milites praeda expleturum.* Spes cupiditati admota ita obcaecavit animum, ut nec ex iis, qui venerunt^{e)}, quemquam retineret; nec obsides, pignus futuros furto et fraude agendae rei, posceret; nec mitteret exploratum; nec fideim acciperet. die tantum statuta profectus a Lychnido, duodecim milia ab urbe, ad quam tendebat, posuit castra. Quarta inde vigilia signa movit, mille ferme ad praesidium castrorum relicta: incoeniti, longo agmine effusi, infrequentes, quuin nocturnus error dissiparet, ad urbem pervenerunt. Crevit neglegentia, postquam neminem armatum in muris viderunt. Ceterum, ubi primum sub ictu^{f)} teli fuerunt, duabus simul portis erumpitur; et ad clamorem erumpentium ingens strepitus e muris ortus ululantum mulierum cum crepitu undique aeris: et incondita multitudo, turba inmixta servili, variis vocibus personabat. Ilic tam multiplex undique obiectus terror effecit, ne sustinere primam procellam eruptionis Romani possent. Itaque fugientes plures, quam pugnantes, interemti sunt: vix duo millia hominum cum ipso legato in castra perfugerunt. Quo longius iter in castra erat, eo plures fessos consecandi hostibus copia fuit. Ne moratus quidem in castris Appius, ut suos dissipatos fuga colligeret, (quae res palatis per agros saluti fuisset) ad Lychnidum protinus reliquias cladis reduxit.

d) esse, non Gron. c. Drak. f) iactu Eaed: c. Drak.
e) venerant Gron. Crev.

U. c. 582. XI. Haec et alia, haud prospere in Macedonia
 a. C. 170. gesta, ex Sex. Digitio tribuno militum, qui sacrificii
 caussa Roman venerat, sunt audit. Propter quae
 veriti Patres, ne qua^g) maior ignominia acciperetur,
 legatos in Macedoniam, M. Fulvium Flaccum, et M.
 Caninium Rebilum, miserunt, qui comperta, quae
 agerentur, referrent: et ut A. Hostilius consul comi-
 tia consulibus subrogandis ita ediceret, uti mense Ianuarii
 comitia haberi possent, et ut primo quoque
 tempore in urbem rediret. Interim M. Raecio^h)
 praetori mandatum, ut edicto senatores omnes ex
 tota Italia (nisi qui reipublicae caussa abessent) Ro-
 man revocaret. Qui Romae essent, ne quis ultra
 mille passuum ab Roma abesset. Ea, uti senatus
 censuit, sunt facta. Comitia consularia ante diem
 quintum Kalendas Februariasⁱ) fuere. Creati con-
 sules sunt Q. Marcius Philippus iterum et Cn. Servi-
 lius Caepio. post diem tertium praetores sunt facti
 C. Decimius, M. Claudius Marcellus, C. Sulpicius
 Gallus, C. Marcius Figulus, Ser. Cornelius Lentulus,
 P. Fonteius Capito. Designatis praetoribus praeter
 duas urbanas, quatuor provinciae sunt decretae; His-
 pania, et Sardinia, et Sicilia, et classis. Legati ex
 Macedonia, exacto admodum mense Februario, re-
 dierunt. Hi, quas res ea aestate prospere gessisset
 rex Perseus, referebant, quantusque timor socios po-
 puli Romani cepisset, tot urbibus in potestatem regis
 redactis. *Exercitum consulis infrequentem commeati-
 bus vulgo datis per ambitionem esse: culpam eius rei
 consulem in tribunos militum, contra illos in consu-
 lem conferre.* Ignominiam, Claudi temeritate acce-
 ptam, elevare eos Patres acceperunt, qui per paucos
 Itali generis, et magna ex parte tumultuatio de-
 lectu conscriptos ibi milites amissos referebant^k).

g) quae Gron. Crev. c. Drak.

h) Recio Gron. Retio Crev.

i) Septembres Gron. Crev. c.

Drak.

k) Verba: *Ignominiam — —*

referebant, charactere di-

verso scripta exhibent

Eaed. c. Drak.

Consules designati, ubi primum magistratum inissent, U. c. 583.
de Macedonia referre ad senatum iussi: destinatae-^{a. C. 169.}
que provinciae iis sunt Italia et Macedonia. Hoc an-
no intercalatum est: tertio die post Terminalia Ka-
lendae intercalares fuere. Sacerdotes intra eum an-
num mortui, L. Flamininus ** pontifices ¹⁾ duo de-
cesserunt, L. Furius Philus et C. Livius Salinator.
in locum Furii T. Manlium Torquatum, in Livii M.
Servilium pontifices legerunt.

XII. Principio insequentis anni quum consules
novi Q. Marcius et Cn. Servilius de provinciis retu-
lissent, primo quoque tempore aut comparare eos
inter se Italianam et Macedoniam, aut sortiri placuit:
priusquam id sors cerneret, in incertum, ne quid
gratia momenti facheret, in utramque provinciam,
quod res desideraret supplementi, decerni. In Ma-
cedoniam peditum Romanorum sex millia, sociorum
nominis Latini sex millia: equites Romanos ducen-
tos quinquaginta, socios trecentos. Veteres milites
dimitti, ita ut in singulas Romanas legiones ne plus
sena millia peditum, treceni ^{m)} equites essent. Al-
teri consuli nullus certus finitus numerus civium Ro-
manorum, quem in supplementum legeret. id modo
sinitum, ut duas legiones scriberet, quae quina mil-
lia peditum et duenos haberent, equites trecenos.
Latinorum ⁿ⁾ maior, quam collegae, decretus nume-
rus: peditum decem millia et sexcenti eqnites. qua-
tuor praeterea legiones scribi iussae, quae, si quo
opus esset, educerentur. Tribunos his ^{o)}, non per-
missum, ut consules facerent: populus creavit. So-
ciis nominis Latini sexdecim millia peditum, et mille
equites imperati. Hunc exercitum parari tantum pla-
cuit, ut exiret, si quo res posceret. Macedonia ma-
xiime curam praebebat. in classem mille socii nava-

1) *Flamininus [augur]: pon-*
tifices Crev.

m) *treceni Gron. Crev.*

n) *peditum Latinorum Gron.*

o) *iis Crev.*

U. c. 583. les cives Romani libertini ordinis, ex Italia quingenti
a. C. 169. scribi iussi^p); totidem ut ex Sicilia scriberentur: et,
cui ea provincia evenisset, mandatum, ut eos in Ma-
cedoniam, ubicumque classis esset, deportandos cu-
raret. In Hispaniam tria millia peditum Romanorum
in supplementum, trecenti equites decreti. Finitus
ibi quoque in legiones militum numerus, peditum
quina millia duceni, et trecenti^q) equites. Et sociis
imperare praetor, cui Hispania obvenisset, iussus
quatuor millia peditum, et trecentos equites.

XIII. Non sum nescius, ab eadem neglegentia,
qua nihil Deos portendere vulgo nunc credant, neque
nunciari admodum nulla^r) prodigia in publicum, ne-
que in annales referri. ceterum et mihi, vetustas
res scribenti, nescio quo pacto, antiquus fit animus;
et quaedam religio tenet, quae illi prudentissimi viri
publice suscipienda censuerint, ea pro indignis^s) ha-
bere, quae in meos annales referam. Anagnia duo
prodigia eo anno sunt nunciata; facem in coelo con-
spectam, et bovem feminam locutam publice ali.
Minturnis quoque per eos dies coeli ardantis species
adfulserat. Reate imbri lapidavit. Cum in arce
Apollo triduum ac tres noctes lacrimavit. in urbe
Romana duo aeditui nunciarunt, alter, in aede For-
tunae anguem iubatum a compluribus visum esse:
alter, in aede Primigeniae Fortunae, quae in colle
est, duo diversa prodigia; palnam in area enatam,
et sanguine interdiu pluisse. Duo non suscepta pro-
digia sunt, alterum, quod in privato loco factum esset,
palnam enatam in^t) in pluvio suo T. Marcius Figulus
nunciabat: alterum, quod in loco peregrino, Fregel-
lis in domo L. Atrei hasta, quam filio militi emerat,
interdiu plus duas horas arsisse, ita ut nihil eius am-

^p) *ordinis ex Italia scribi iussi* Gron. Crev. *ordinis, ex Italia scribi iussi* Drak.

^q) *quina millia, trecenti et triginta* Gron. Crev. *quina*

millia, trecenti et triceni
Drak.

^r) *ulla* Crev.

^s) *dignis* Gron. Crev. c. Drak.

^t) *in del.* Eaed. c. Drak.

bureret ignis, dicebatur. Publicorum prodigiorum U. c. 583.
caussa libri a decemviris aditi; quadraginta maioribus^{a.} C. 179.
hostiis quibusⁿ⁾ Diis consules sacrificarent, edide-
runt, et ut^{x)} supplicatio fieret, cunctique magistra-
tus circa omnia pulvinaria victimis maioribus sacri-
ficiarent, populusque coronatus esset. Omnia, uti de-
cemviri preaeierunt, facta.

XIV. Censoribus deinde creandis comitia edicta sunt. petierunt censuram principes civitatis, C. Valerius Laevinus, P. Postumius Albinus, P. Mucius Scaevola, M. Iunius Brutus, C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus. Hos duos censores creavit populus Romanus. Quum delectus habendi maior, quam alias, propter Macedonicum bellum cura esset, consules plebem apud senatum accusabant, quod et iuniores non responderent. Adversus quos C. Sulpicius et M. Claudius praetores^{y)} plebis caussam ege-
runt. Non consulibus, sed ambitiosis consulibus, de-
lectum difficilem esse. neminem invitum militem ab iis
sieri. Id ut ita^{z)} esse scirent et Patres conscripti, praet-
tores, quibus et vis imperii minor et auctoritas esset,
delectum, si ita senatui videretur, perfecturos esse. Id
praetoribus magna Patrum^{*} non^{a)} sine sugillatione
consulum, mandatum est. Censores, ut eam rem
adiuvarent, ita in concione edixerunt, Legem censi
censendo dicturos esse, ut, praeter commune omnium
civium iusiurandum, haec adiurarent: Tu minor an-
nis sex et quadraginta es, tuque ex edicto C. Claudii,
Ti. Sempronii censorum ad delectum prodibis^{b)}: et, quo-
tiescumque delectus erit, quem his censoribus magistra-

n) aditi, quadraginta maio-
ribus hostiis, quibus Gron.
Grev.

x) sacrificarent. et addide-
runt, uti Gron. sacrificare-
rent, et addiderunt, uti Crev.
c. Drak.

y) tribuni Gron. Grev. c.
Drak.

z) ita ut Eaed. c. Drak.

a) Patrum [consensione], non
Grev.

b) prodito Gron. Grev. c.
Drak.

U. c. 583. *tus habebunt^{c)}), si miles factus non eris, in delectum^{d)})
a. C. 169. *prodibis.* Item, quia fama erat, multos ex Macedo-
 nicis legionibus, incertis commeatibus per ambitio-
 nem imperatorum ab exercitu abesse, edixerunt de
 militibus, P. Aelio, C. Popillio consulibus, postve
 eos consules in Macedoniam scriptis, *Ut, qui eorum*
in Italia essent, intra dies triginta, censi prius apud
sese, in provinciam redirent. qui in patris aut avi po-
testate essent, eorum nomina ad se ederentur. Misso-
rum quoque caussas sese cognituros esse: et, quorum
ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset,
eos milites fieri iussuros. Hoc edicto literisque censo-
 rum per fora et conciliabula dimissis, tanta multitudo
 iuniorum Romanum convenit, ut gravis urbi turba in-
 solita esset.*

XV. Praeter delectum eorum, quos in supple-
 mentum mitti oportebat, quatuor a C. Sulpicio praetore
 scriptae legiones sunt, intraque undecim dies
 delectus est perfectus. Consules deinde sortiti pro-
 vincias sunt. nam praetores propter iurisdictionem
 maturius sortiti erant. Urbana C. Sulpicio, peregrina
 C. Decimio obtigerat, Hispaniam M. Claudius Mar-
 cellus, Siciliam Ser. Cornelius Lentulus, Sardiniam
 P. Fonteius Capito, classem C. Marcius Figulus erat
 sortitus. Consulum Cn. Servilio Italia, Q. Marcio
 Macedonia obvenit. Latinisque actis, Marcius ex-
 templo est profectus. Caepione deinde referente ad
 senatum, quas ex novis legionibus duas legiones se-
 cum in Galliam duceret, decrevere Patres, ut C. Sul-
 picius, M. Claudius praetores ex his, quas scripsis-
 sent, legionibus, quas videretur, consuli darent.
 Indigne patiens^{e)} praetorum arbitrio consulem sub-
 iectum, dimisso senatu, ad tribunal praetorum stans
 postulavit, ex senatusconsulto destinarent sibi duas

c) quem hic censores magi-
 stratum habebunt Gron. c.
 Drak.

d) delectu Gron. Grev. c.
 Drak.
 e) paciente Gron. c. Drak.

legiones. praetores consulis ^{f)} in eligendo arbitrium U. c. 583. fecerunt. Senatum deinde censores legerunt: M. Ae-^a. C. ^{169.} milius Lepidus princeps ab tertiiis iam censoribus electus. Septem e senatu electi sunt. In censu accipiendo populi milites ex Macedouico exercitu, qui quam multi abessent ab signis, census docuit, in provinciam cogebant: caussas stipendiis missorum ^{g)} cognoscebant: et, cuius nondum iusta missio visa esset, ita iusurandum adigebant: *Ex tui animi sententia, tu ex edicto C. Claudii, Ti. Sempronii censorum in provinciam Macedoniam redibis, quod sine dolo malo facere poteris?*

XVI. In equitibus recensendis tristis admodum eorum atque aspera censura fuit: multis equos ademerunt. in ea re ^{h)} quum equestrem ordinem obfendissent, flamمام invidiae adiecerunt edicto, quo edixerunt, *Ne quis eorum, qui Q. Fulvio, A. Postumio censoribus publica vectigalia aut ultro tributa conduxissent, ad hastam suam accederet, sociusve aut adfinis eius conductionis esset.* Saepe id querendo veteres publicani quum impetrare nequissent ab senatu, ut modum potestati censoriae inponerent, tandem tribunum plebis P. Rutilium, ex rei privatae contentione iratum censoribus, patronum caussae nacti sunt. Clientem libertinum parietem in Sacra via adversus aedes publicas demoliri iusserant ⁱ⁾, quod publico inaedificatus esset. adpellati a privato tribuni. quum praeter Rutilium nemo intercederet, censores ad pignora capienda miserunt, multamque pro concione privato dixerunt. Hinc ^{k)} contentione orta, quum veteres publicani se ad tribunum contulissent, rogatio repente sub unius tribuni nomine promulgatur: *Quae publica vectigalia aut ^{l)} ultro tributa C. Clau-*

f) consuli Gron. Crev. c.
Drak.

i) iusserunt Gron.

g) stipendiis [nondum emeriti] missorum Crev.

k) hic Gron.

h) re del. Gron.

l) aut del. Gron. Crev. c.
Drak.

U. c. 583. dius et Ti. Sempronius locassent, ea rata locatio ne
a. C. 169. esset. ab ^{m)}) integro locarentur, et ut omnibus redi-
mendi et conducendi promiscue ius esset. Diem ad eius
rogationem concilio tribunus plebis dixit. qui post-
quam venit, ut censores ad dissuadendum processer-
runt, Graccho dicente, silentium fuit. quum Clau-
dio obstreperet, audientiam facere praeconem ius-
sit. Eo facto, avocatam a se concionem tribunus
questus, et in ordinem se coactum, ex Capitolio, ubi
erat concilium, abiit. Postero die ingentes tumultus
ciere. Ti. Gracchi primum bona consecravit, quod
in multa pignoribusque eius, qui tribunum adpellas-
set, intercessioni non parendo, se in ordinem coe-
gisset. C. Claudio diem dixit, quod concionem ab
se avocasset, et utrius censori perduellionem se iu-
dicare pronunciavit, dienque comitiis a C. Sulpicio
praetore urbano petiit. Non recusantibus censoribus,
qui minus ⁿ⁾) primo quoque tempore iudicium de se
populus faceret, in ante dies octavum et septimum
Kalendas Octobres comitiis perduellionis dicta dies.
Censores extemplo in atrium Libertatis escende-
runt ^{o)}: et, ibi signatis tabellis publicis, clausoque
tabulario, et dimissis servis publicis, negarunt, se
prius quidquam publici negotii gesturos, quam iudi-
cium populi de se factum esset. Prior Claudius caus-
sam dixit: et, quum ex duodecim centuriis equitum
octo censorem condemnassent, multaeque aliae pri-
mae classis, extemplo principes civitatis in conspe-
ctu populi, annulis aureis positis, vestem mutarunt,
ut supplices plebem circumirent. Maxime tamen sen-
tentiam vertisse dicitur Ti. Gracchus, quod, quum
clamor undique plebis esset, periculum Graccho non
esse, conceptis verbis iuravit, si collega damnatus
esset, non exspectato de se iudicio, comitem exsilii
eius futurum. Adeo tamen ad extremum spei venit

m) de Gron. Crev. c. Drak.

n) quo minus Gron. Crev.

o) adscenderunt Eaed. c.

Drak.

reus, ut octo centuriae ad damnationem defuerint. U. c. 587.
Absoluto Claudio, tribunus plebis negavit se Grac- a. C. 169.
clum morari.

XVII. Eo anno, postulantibus Aquileiensium legatis, ut numerus colonorum augeretur^p), mille et quingentae familiae ex senatusconsulto scriptae, triumvirique, qui eas deducerent, missi sunt, T. Annius Luscus, P. Decius Subulo, M. Cornelius Cethegus. Eodem anno C. Popillius et Cn. Octavius legati, qui in Graeciam missi erant, senatusconsultum, Thebis primum recitatum, per omnes Peloponnesi urbes circumtulerunt, *Ne quis ullam rem in bellum magistratibus Romanis conferret, praeterquam quod senatus censuisset.* Hoc fiduciam in posterum quoque prebuerat, levatos se oneribusque^q) impensisque, quibus, alia aliis imperantibus, exhaustiebantur. Achaico concilio Aegii^r) agitato, benigne locuti auditique, egregia spe futuri status fidissima gente reicta, in Aetoliam traiecerunt. Ibi nondum quidem seditio erat, sed omnia suspecta, criminumque inter ipsos plena. ob quae obsidibus postulatis, neque exitu rei inposito, in Acarnaniam inde profecti legati sunt. Thyrii concilium legatis Acarnanes dederunt. Ibi quoque inter factiones erat certamen: quidam principum postulare, ut praesidia in urbes suas inducerentur adversus amentiam eorum, qui ad Macedonas gentem trahebant: pars recusare, ne, quod bello captis et hostibus mos esset, id pacatae et sociae civitates ignominiae acciperent. Iusta deprecatio haec visa. Larissam ad Hostilium proconsulem (ab eo enim missi erant) legati redierunt. Octavium retinuit secum. Popillum cum mille ferme militibus in hiberna Ambraciā misit.

p) *ut numerum colonorum au-*
geret Gron. Crev. c. Drak.

q) *oneribus* Gron. Crev.
r) *Argis* Eaed. c. Drak.

U. c. 583. XVIII. Perseus, principio hiemis egredi Mace-
a. C. 169. doniae finibus non ausus, ne qua in regnum vacuum
inrumperent Romani, sub tempus brumae, quum
inexsuperabiles ab Thessalia montes nivis altitudo
facit, occasione in esse ratus frangendi finitimorum
spes animosque, ne quid, averso se in Romanum
bellum, periculi subesset, quum a Thracia pacem Co-
tys, ab Epiro Cephalus repentina defectione ab^{s)} Ro-
manis praestarent, Dardanos recens domusset bel-
lum^{t)}, solum infestum esse Macedoniae latus, quod
ab Illyrico pateret, cernens, neque ipsis quietis Illy-
riis, et aditum praebentibus Romanis, si domusset
proximos Illyriorum, Gentium quoque regem iam di-
dubium in societatem perlici posse, cum decem mil-
libus peditum, quorum pars phalangitae erant, et
duobus millibus levium armorum^{u)}, et quingentis
equitibus profectus, Stuberam venit. Inde frumento
complurium dierum sumto, iussoque adparatu ob-
pugnandarum urbium sequi, tertio die ad Uscanam
(Penestianae terrae ea maxima urbs est) posuit castra:
prius tamen, quam vim admoveret, missis, qui ten-
tarent nunc praefectorum praesidii, nunc oppidanorum
animos. erat autem ibi cum iuventute Illyrio-
rum Romanum praesidium. Postquam nihil pacati
referebant, obpugnare est adortus, et corona eam ca-
pere conatus est. quum sine intermissione interdiu
noctuque alii aliis succedentes, pars scalas muris,
ignem portis inferrent, sustinebant tamen eam tem-
pestatem propugnatores urbis; quia spes erat, neque
hiemis vini diutius pati Macedonas in aperto posse,
nec ab Romano bello tantum regi laxamenti fore, ut
posset morari. Ceterum, postquam vineas agi, tur-
resque excitari viderunt, victa pertinacia est. nam,
praeterquam quod adversus vim pares non erant, ne
frumenti quidem aut ullius alterius rei copia intus

s) a Gron. Crev. c. Drak.
t) bello Eaed. c. Drak.

u) *armatorum* Eaed. c. Drak.

erat, ut in necopinata obsidione. Itaque quum spei U. c. 585.
nihil ad resistendum esset, C. Carvilius Spoletinus et^a C. 169.
C. Afranius a praesidio Romano missi, qui a Perseo
peterent, primo, ut armatos suaque secum ferentes
abire sineret; dein, si id minus inpetrarent, vitae
tantum libertatisque fidem acciperent. Promissum
id benignius est ab rege, quam praestitum. exire
enim sua secum efferentibus iussis primum arma ad-
emit. his urbe egressis, et Illyriorum cohors, (quin-
genti erant) et Uskanenses se urbemque dediderunt.

XIX. Perseus, praesidio Uscae inposito, mul-
titudinem omnem deditorum, quae prope numero
exercitum aquabat, Stuberam abducit. Ibi Roma-
nis, (quatuor millia autem hominum erant) praeter
principes, in custodiam civitatum divisis, Uscanen-
sibus Illyriisque venditis, in Penestiam exercitum re-
ducit ad Oaeneum oppidum in potestatem redigen-
dum. et ^{x)} alioqui opportune situm, et transitus ea
est in Labeates, ubi Gentius regnabat. Praetereunti
frequens castellum, Draudacum nomine, peritorum
quidam regionis eius, nihil Oaeneo capto opus esse,
ait, nisi in potestate et Draudacum sit. opportunius
etiam ^{y)} ad omnia positum esse. Admoto exercitu,
omnes extemplo dediderunt sese. Qua spe celeriore
deditione erectus, postquam animadvertisit, quantus
agminis sui terror esset, undecim alia castella eodem
metu in potestatem redigit. ad perpaucā vi opus fuit,
cetera voluntate dedita: et in his recepti mille et quin-
genti dispositi per praesidia milites Romani. Magno
usui Carvilius Spoletinus erat in conloquiis, dicendo,
nihil in ipsos saevitum. Ad Oaeneum perventum
est, quod sine iusta obpugnatione capi non poterat;
et maiore aliquanto, quam cetera, iuventute, et va-
lidum oppidum moenibus erat. et hinc annis Arta-

^{x)} redigendum: et Gron. re-
digendum; et Crev.

U. c. 583. *tus nomine*, hinc mons praetulit et aditu difficilis
a. C. ^{169.} cingebat. haec spem ad resistendum oppidanis da-
bant. Perseus, circumvallato oppido, aggerem a
parte superiori ducere instituit, cuius altitudine mu-
ros superaret. quod opus dum perficitur, crebris in-
terim proeliis, quibus per excursiones et moenia sua
oppidani tutabantur, et opera hostium impeditabant,
magna eorum multitudo variis casibus absunta est:
et, qui supererant, labore diurno nocturnoque et vul-
neribus inutiles erant. Ubi primum agger iniunctus
muro est, et cohors regia, quos Nicatoras adpellant,
transscendit, et scalis multis simul partibus impetus
in urbem est factus. puberes omnes interfecti sunt:
coniuges liberosque eorum in custodiam dedit: praedae
alii militum cessere. Stuberam inde vitor re-
vertens ad Gentium legatos, Pleuratum Illyrium, ex-
sulanter apud se, et Adaeum ^{z)} Macedonem a Be-
roea, mittit. Iis mandat, ut exponerent aestatis
eius hiemisque acta sua adversus Romanos Dardan-
osque. adiicerent recentia in Illyrico hibernae ex-
peditionis opera. hortarentur Gentium in amicitiam
secum et cum Macedonibus iungendam.

XX. Ili, transgressi iugum Scordi montis, per
Illyrici solitudines, quas de industria populando Ma-
cedones fecerant, ne transitus faciles Dardanis in Il-
lyricum aut Macedoniam essent, Scodram labore in-
genti tandem pervenerunt. Lissi rex Gentius erat.
eo adiiti legati, mandata exponentes, benigne auditi
sunt: qui responsum sine effectu tulerunt; *Volunta-tem sibi non deesse ad bellandum cum Romanis: ceterum ad conandum id, quod velit, pecuniam maxime deesse.*
Haec Stuberam retulere regi, tum maxime captivos
ex Illyrico vendenti. Extemplo iidem legati, addito
Glaucia ex numero custodum corporis, remittuntur
sine mentione pecuniae, qua una barbarus inops in-

^{z)} *Aputeum* Gron. Crev. c. Drak.

pelli ad bellum poterat. Ancyram inde populatus U: c. 585.
Perseus, in Penestas rursum exercitum reducit: fir-^{a.} C. 169.
matisque Uscanae, et circa eam per omnia castella,
quae receperat, praesidiis, in Macedoniam sese re-
cipit.

XXI. L. Coelius ^a), legatus Romanus, praeerat
Illyrico: qui, moveri non ausus, quum in iis locis
rex esset, post profactionem demum eius conatus in
Penestis Uscanam recipere, a praesidio, quod ibi
Macedonum erat, cum multis vulneribus repulsus,
Lychnidum copias reduxit. Inde post dies paucos
M. Trebellium Fregellanum cum satis valida manu
in Penestas misit ad obsides ab his urbibus, quae in
amicitia cum side permanserant, accipiebant. Proce-
dere etiam in Parthinos (ii quoque obsides dare pe-
pigerant) iussit: ab utraque gente sine tumultu exi-
gi. Penestarum obsides Apolloniam, Parthinorum
Dyrrhachium (tum Epidamni magis celebre nomen
Graecis erat) missi. Ap. Claudius, acceptam in Il-
lyrico ignominiam corrigere cupiens, Phanoten ^b)
Epiri castellum abortus obpugnare, et auxilia Atha-
manum Thesprotorumque, praeter Romanum exer-
citum, ad sex millia hominum secum adduxit: neque
operae pretium fecit, Cleva, qui relictus a Perseo
erat, cum valido praesidio defendantem. Et Perseus,
Elimeam ^c) profectus, et circa eam exercitu lustrato,
ad Stratum, vocantibus Epirotis, dicit. Stratus va-
lidissima tum urbs Aetoliae erat. sita est super Am-
bracium sinum, prope amnem Inachum ^d). Cum de-
cem millibus peditum eo profectus est et equitibus
trecentis: quos pauciores propter angustias viarum et
asperitatem duxit. Tertio die quum pervenisset ad
Citium montem, vix transgressus propter altitudinem

a) *Caelius* Gron. Crev.

d) *Acheloum* Gron. Crev. c.

b) *Phanotem* Gron. c. Drak.

Drak.

c) *in Elimeam* Gron. c. Drak.

in Elymean Crev.

U. c. 585. nivis, locum quoque castris aegre invenit. Profectus
a. C. 169 inde, magis quia manere non poterat, quam quod tol-
erabilis aut via aut tempestas esset, cum ingenti ve-
xatione, praecipue iumentorum, altero die ad tem-
plum Iovis, Nicæum quem vocant ^e), posuit castra.
Ad Arachthum inde flumen, itinere ingenti emenso,
retentus altitudine amnis, mansit. Quo spatio tem-
poris ponte perfecto, traductis copiis diei progressus
iter, obvium ^f) Archidamum principem Aetolorum,
per quem ei Stratus tradebatur, habuit.

XXII. Eo die ad finem agri Aetoli castra posita.
Inde altero die ad Stratum perventum: ubi, prope
Inachum ^g) amnem castris positis, quum exspectaret,
effusos omnibus portis Aetolos in fidem suam ventu-
ros, clausas portas, atque ipsa ea nocte, qua venerat,
receptum Romanum praesidium cum C. Popillio le-
gato invenit. Principes, qui praesentis Archidami
auctoritate compulsi regem arcessierant, obviam
egresso Archidamo segniores facti, locum adversae
factioni dederant ad Popillium cum mille peditibus
ab Ambracia arcessendum. In tempore et Dinarchus,
praefectus equitum gentis Aetolorum, cum sexcentis
peditibus et equitibus centum venit. Satis constabat,
eum, tamquam ad Persea tendentem, Stratum veni-
se: mutato deinde cum fortuna animo, Romanis se,
adversus quos venerat, iunxisse. Nec Popillius se-
curior, quam debebat esse, inter tam mobilia inge-
nia erat. claves portarum custodiamque murorum
suae exemplo potestatis fecit: Dinarchum Aetolos-
que cum iuventute Stratiorum in arcem per praesidii
speciem amovit. Perseus, ab imminentibus superiori
parti urbis tumulis tentatis conloquiis, quum obstina-
tos atque etiam telis procul arcentes videret, quin-
que millia passuum ab urbe trans Petitarum amnem

^e) quem Nicæum vocant . g) Acheloum Gron. Crev. c.
Gron. Crev. c. Drak. Drak.

^f) obviam Gron.

posuit castra. Ibi consilio ^{h)} advocate, quum Ar-U. c. 583.
chidamus Epirotarumque transfugae retinerent, Ma-^{a.} C. 169.
cedonum principes non pugnandum cum infesto tem-
pore anni ceuserent, nullis praeparatis commeatibus;
quum inopiam prius obsidentes, quam obsessi, sen-
suri essent, maxime quod hostium laud procul inde-
hiberna erant; territus in Aperantiam castra movit.
Aperantii eum, propter Archidami magnam in ea
gente gratiam autoritatemque, consensu omnium ac-
ceperunt: is ipse cum octingentorum militum praesi-
dio his est praepositus.

XXIII. Rex cum non minore ⁱ⁾ vexatione iumen-
torum hominumque, quam venerat, in Macedoniam
rediit. Appium tamen ab obsidione Phanotes ^{k)} fa-
ma ducentis ad Stratum Persei submovit. Clevas,
cum praesidio impigrorum invenuti insecurus, sub
radicibus prope inviis montium ad mille hominum ex
agmine impedito occidit, ad ducentos cepit. Appius,
superatis angustiis, in campo, quem Meleona ^{l)} vo-
cant, stativa dierum paucorum habuit. Interim Cle-
vas, adsuerto Philostrato, qui Epirotarum gentem
habebat, in agrum Antigonensem transcendit. Ma-
cedones ad depopulationem profecti; Philostratus
cum cohorte sua in insidiis loco obscurō consedit. in
palatos populatores quum erupissent ab Antigonea
armati, fugientes eos persequentes effusius in vallem
insessam ab hostibus praecipitant. ibi ad mille oc-
cisis, centum ferme captis, ubique prospere gesta re,
prope stativa Appii castra movent, ne qua vis sociis
suis ab Romano exercitu inferri possit. Appius, ne-
quidquam in his locis terens tempus, dimissis Chao-
nuisque, et si qui alii Epiotae erant, praesidiis,
cum Italicis militibus in Illyricum regressus, per Par-

h) concilio Crev.

k) *Phanotis* Gron. Crev. c.

i) rex non minore Gron. Crev.

Drak.

rex cum minore Drak.

l) *Eleona* Gron. Crev. *Elaco-*

na Drak.

U. c. 583. thinorum socias urbes in hiberna militibus dimissis,
a. C. 169. ipse Romam sacrificii caussa rediit. Perseus ex Pe-
nestarum gente mille pedites, ducentos equites revo-
catus, Cassandream^m), praesidio ut essent, misit.
Ab Gentio eadem adferentes redierunt. nec deinde
alios atque alios mittendo tentare eum destitit, quum
adpareret, quantum in eo praesidii esset; nec tamen
inpetrare ab animo posset, ut impensam in rem ma-
ximi ad omnia momenti faceretⁿ).

m) *Cassandriam* Gron. Crev.
c. Drak.

n) *faceret.* **** Drak.

EPITOME LIBRI XLIV.

Q. Marcius Philippus per invios saltus penetravit in Macedoniam, compluresque urbes occupavit. Rhodii misere legatos Romanos, minantes, ut Perseo auxilio futuros 1), nisi populus Romanus cum eo pacem atque amicitiam iungeret 2). indigne id latum. Quum id bellum L. Aemilio Paullo, sequentis anni consuli iterum, mandatum esset, Paullus, in concione precatus 3), ut, quidquid diri populo Romano inninceret, in domum 4) suam converteretur, et in Macedoniam profectus, vicit Persen 5), totamque 6) Macedoniam in potestatem rededit. Antequam confligeret, C. Sulpicius Gallus tribunus militum praedixit exercitu, ne miraretur, quod luna nocte proxima defectura esset. Gentius quoque rex Illyriorum, quum rebellasset, ab Anicio praetore victus, venit in ditionem, et 7) cum uxore, et liberis, et propinquis, Romam missus est 8). Alexandria 9) legati a Cleopatra et Ptolemaeo regibus venerunt, querentes de Antiocho rege Syriae, quod his 10) bellum inferret. Perses 11), sollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami, et Gentio rege Illyriorum, quia his 12) pecuniam, quam promiserat, non dabat, ab iis 13) relictus est.

1) *minantes, ut Perseo essent auxilio* Gron.

7) *et del.* Gron.

2) *coniungeret* Gron.

8) *est del.* Gron. Crev.

3) *add. est* Gron.

9) *ab Alexandria* Eaed.

4) *supra domum* Gron.

10) *eis* Eaed.

5) *Perseum vicit* Gron.

11) *Perseus* Eaed.

6) *uuiversanque* Gron. Crev.

12) *eis* Eaed.

13) *eis* Eaed.

T. LIVII PATAVINI
LIBER XLIV.

U. c. 583. Principio veris, quod hiemem eam, qua haec gesta
a. C. 169. sunt, insecum est, ab Roma profectus Q. Marcius
Philippus consul cum quinque millibus (quod in sup-
plementum legionum secum traiecturus erat) Brundisium
peruenit. M. Popillius consularis et alii pari
nobilitate adolescentes tribuni militum in Macedoni-
cas legiones consulem secuti sunt. Per eos dies et
C. Marcius Figulus praetor, cui classis provincia eve-
nerat, Brundisium venit: et simul ex Italia profecti,
Corcyram altero die, tertio Actium Acarnaniae por-
tum tenuerunt. Inde consul, ad Ambraciam egres-
sus, itinere terrestri petit Thessaliam. Praetor, su-
perato Leucata, Corinthium sinum invectus, et Cren-
sae relictis navibus, terra et ipse per medium Boeo-
tiā (diei unius expedito iter est) Chalcidēm^{a)} ad
classem contendit. Castra eo tempore A. Hostilius
in Thessalia circa Palaepharsalum habebat; sicut nul-
la re bellica memorabili gesta, ita ad cunctam mili-
tarem disciplinam ab effusa licentia formato milite,
et sociis cuin fide cultis, et ab omni genere iniuriae
defensis. Audito successoris adventu, quum arma,
viros, equos cum cura inspexisset, ornato exercitu
obviam venienti consuli processit. Et primus eorum
congressus ex dignitate ipsorum ac Romani nominis,
et iu rebus deinde gerendis *. Proconsul enim ad ex-
ercitum **. Paucis post diebus consul concionem

a) Boeotiam, diei unius expedito itinere, Chalcidēm Gron.
Crev. c. Drak.

apud milites habuit. orsus a parricidio Persei per-U. c. 583.
petrato in fratrem, cogitato in parentem, adiecit, post^a C. 169.
scelere^b) *partum regnum, veneficia, caedes, latroci-*
nio nefando petitum Eumenem, iniurias in populum
Romanum, direptiones sociarum urbium contra foedus,
ea omnia quam Diis quoque invisa essent, sensurum in
exitu rerum suarum. Favere enim pietati fideique Deos,
per quae populus Romanus ad tantum fastigii venerit.
Vires deinde populi Romani, iam terrarum orbem
complectentis, cum viribus Macedoniae, exercitus
cum exercitibus comparavit. *Quanto maiores Philippi*
Antiochique opes non maioribus copiis fractas esse?

II. Huius generis adhortatione accensis militum
animis, consultare de summa gerendi belli coepit.
Eo et C. Marcius praetor a Chalcide, classe accepta,
venit. Placuit, non ultra morando in Thessalia tem-
pus terere, sed moveare extemplo^c) castra, atque
pergere inde in Macedoniam; et praetorem dare ope-
ram, ut eodem tempore classis quoque invehatur ho-
stium litoribus. Praetore dimisso, consul, menstruum
iussu milite secum ferre, profectus decimo post die,
quam exercitum acceperat, castra movit: et, unius
diei progressus iter, convocatis itinerum ducibus,
quum, exponerent in consilio, iussisset, qua quisque
ducturus esset; submotis iis, quam potissimum pete-
ret, retulit ad consilium. Aliis per Pythium placebat
via: aliis per Cambunios montes, qua priore anno
duxerat Hostilius consul: aliis praeter Ascuridem pa-
ludem. Restabat aliquantum viae communis: itaque
in id tempus, quo prope divertium itinerum castra
posituri erant, deliberatio eius rei differtur. in Per-
rhæbiam inde dicit, et inter Azorum et Dolichen sta-
tiva habuit ad consulendum rursus, quam potissimum
capesseret viam. Per eosdem dies Perseus, quum
adpropinquare hostem sciret, quod iter petiturus es-

b) *adiecit post, scelere* Gron. c) *extemplo* del. Crev.

U. c. 583. set ignarus, omnes saltus insidere praesidiis statuit.
 a. C. 169. In iugum Cambuniorum montium (Volustana ipsi
 vocant) decem millia levis armaturae iuvenum cum
 duce Asclepiodoto mittit: ad castellum, quod super
 Ascuridem paludem erat, (Lapathus vocatur locus)
 Hippias tenere saltum cum duodecim millium Mace-
 donum praesidio iussus. Ipse cum reliquis copiis pri-
 mo circa Dium stativa habuit. deinde, adeo ut ob-
 torpuisse inops consilii videretur, cum equitibus ex-
 peditis litore nunc Heracleum, nunc Philam percur-
 rebat, eodem inde cursu Dium repetens.

III. Interim consuli sententia stetit eo saltu duce-
 re, ubi propter Octolophum diximus regis castra *. Praemitti tamen quatuor millia armororum ad loca op-
 portuna praeoccupanda placuit: quis praepositi sunt
 M. Claudius, Q. Marcius consulis filius. confestim
 et universae copiae sequebantur. Ceterum adeo ar-
 dua et aspera et confragosa via fuit, ut praemissi ex-
 pediti biduo quindecim millium passuum aegre itinere
 confecto castra posuerint: turrim Eudieru, quem ce-
 pere, locum adpellant. Inde postero die septem mil-
 lia progressi, tumulo haud procul hostium castris caplo,
 nuncium ad consulem remittunt: *perventum ad*
hostem esse, loco se tuto et ad omnia opportuno conse-
disse; ut, quantum extendere iter posset, consequere-
tur. Sollicito consuli, et propter itineris difficulta-
 tem, quod ingressus erat, et eorum vicem, quos pau-
 eos inter media praesidia hostium praemiserat, nun-
 cius ad Ascuridem paludem obcurrit. Addita igitur
 et ipsi fiducia est, coniunctisque copiis, castra tu-
 mulo, qui tenebatur, qua aptissimum ad loci natu-
 ram erat, sunt adclinata. Non hostium modo castra,
 quae paullo plus mille passuum aberant, sed omnis
 regio ad Dium et Philam, oraque maris, late patente
 ex tam alto iugo prospectu, oculis subiicitur. Quae
 res accendit militi animos, postquam summam belli,
 ac regias omnes copias, terramque hostilem tam e

propinquo conspexerunt. Itaque quum alacres, pro-^{U. c. 583.}
tinus duceret ad castra hostium, consulem hortaren-^{a. G. 169.}
tur; dies unus fessis labore viae ad quietem datus est.
tertio die, parte copiarum ad praesidium castrorum
relicta, consul ad hostem dicit.

IV. Hippias nuper ad tuendum saltum ab rege
missus erat: qui, ex quo castra Romana in tumulo
conspexit, praeparatis ad certamen animis suorum,
venienti agmini consulis obvius fuit: et Romani ex-
pediti ad pugnam exierant, et hostes. levis armatu-
ra erat, promtissimum genus ad laccessendum certa-
men. Congressi igitur extemplo, tela coniecerunt.
multa utrimque vulnera temerario incursu et accepta,
et inlata: pauci utriusque partis ceciderunt. Irritatis
in posterum diem animis, maioribus copiis atque in-
festius concussum ab illis, si loci satis ad explicandam
aciem fuisset: iugum montis, in angustum dorsum
cuneatum, vix ternis ordinibus armatorum in fronte
patuit. Itaque, paucis pugnantibus, cetera multitu-
do, praecipue qui gravium armorum erant, spectato-
res pugnae stabant. levis armatura etiam per amfra-
ctus iugi procurrere, et ab lateribus cum levi arma-
tura conserere, per iniqua atque aequa loca pugnam
petere. ac, pluribus ea die vulneratis, quam inter-
fectis, proelium nocte diremtum est. Tertio die ege-
re consilio Romanus imperator: nam neque manere
in iugo inopi, neque regredi sine flagitio, atque etiam
periculo, si cedenti ex superioribus locis instaret ho-
stis, poterat^{d)}: nec aliud restabat, quam audacter
commissum pertinaci audacia, quae prudens interdum
in exitu est, corrigere. Ventum quidem erat eo, ut,
si hostem similem antiquis Macedonum regibus ha-
buisset consul, magna clades accipi potuerit. sed,
quum ad Dium per litora cum equitibus vagaretur

d) periculo; sed cedenti ex
superioribus locis instare

hostis poterat Gron. Crev.
c. Drak.

U. c. 585. rex, et ab duodecim millibus prope clamorem et stre-
a. C. 169. pitum pugnantium audiret, nec auxit copias integros
fessis submittendo, neque ipse, quod plurimum in-
tererat, certamini adfuit: quum Romanus imperator,
maior sexaginta annis, et praegravis corpore, omnia
militaria munera ipse in pigre obiret. Egregie ad ul-
timum in audacter commisso perseveravit: et, Po-
pilio relicto in custodia iugi, per invia transgressus,
praemissis, qui repurgarent iter, Attalum et Misage-
neum, cum suae gentis utruinque auxiliariibus, praes-
sidio esse saltum aperientibus iubet. ipse, equites
impedimentaque prae se habens, cuin legionibus ag-
men cogit.

V. Inenarrabilis labor descendantibus cum ruina
iumentorum sarcinarumque. Progressis vixdum qua-
tuor millia passuum nihil optabilius esse, quam redi-
re, qua venerant, si possent. Hostilem prope tu-
multum agmini elephanti praebabant: qui, ubi ad
invia venerant, deiectis rectoribus, cum horrendo
stridore pavorem ingentem, equis maxime, incutie-
bant, donec traducendi eos ratio inita est. Per pro-
clive, suunto fastigio, longi duo validi asseres ex in-
feriore parte in terra desigebantur, distantes inter se
paullo plus, quam quanta belluae latitudo est. in
eos, transverso incumbentes tigno ^e), ad tricenos
longi pedes, ut pons esset, iniungebantur: humus-
que insuper iniiciebatur. modico deinde infra inter-
vallo similis alter pons: dein ^f) tertius, et plures ex
ordine, qua rupes abscisae erant, siebant. Solido
procedebat elephantis ^g) in pontem: cuius priusquam
in extremum procederet, subcisis asseribus conlapsus
pons, usque alterius initium pontis, prolabi eum le-
niter cogebat. alii elephanti pedibus insistentes, alii
clunibus subsidentes, prolabebantur. ubi planicies

e) *in eos transversi incum-
bentes tigni* Gron. Crev. c.
Drak.

f) *inde* Gron. Crev.
g) *elephas* Eaed. c. Drak.

altera pontis excepisset eos, rursus simili ruina in-U. c. 533.
 feroris pontis deferebantur, donec ad aequiorem^a. G. 169.
 vallem perventum est. Paullo plus septem millia die
 Romani processerunt; minimum pedibus itineris con-
 sectum. plerumque provolventes se simul cum ar-
 mis aliisque oneribus, cum omni genere vexationis,
 processerunt: adeo ut ne dux quidem et auctor itine-
 ris inficiaretur, parva manu deleri omnem exercitum
 potuisse. Nocte ad modicam planiciem pervenerunt:
 neque, an infestus is locus esset, septus undique,
 circumspiciendi spatium fuit. vix tandem ex inspe-
 rato stabilem ad insistendum nactis locum postero
 quoque die in tam cava valle opperiri Popillum, ac
 relictas cum eo copias, necesse fuit: quos et ipsos,
 quum ab nulla parte hostis terruisset, locorum aspe-
 ritas hostiliter vexavit. Tertio die coniunctis copiis
 eunt per saltum, quem incolae Callipeucen adpellant.
 quarto inde die per aequae invia, sed adsuetudine pe-
 ritius, et meliore cum spe, quod nec hostis umquam
 adparebat, et mari adpropinquabant, degredi^b) in
 campos, inter Heracleum et Libethrum posuerunt ca-
 stra peditum: quorum pars maior tumulos tenebat.
 ibi vallo campi quoque partem^c), ubi eques tende-
 ret, amplectebantur.

VI. Lavanti regi dicitur nunciatum, hostes ad-
 esse. quo nuncio quum pavidus exsiluisset e solio,
 victum se sine proelio clamitans proripuit; et, sub-
 inde per alia aliaque^k) pavida consilia et imperia
 trepidans, duos ex amicis, Pellam alterum, ubi pe-
 cunia deposita erat, alterum usque ad Parthum, ex
 praesidiis revocat^l); omnesque aditus aperit bello.
 Ipse, ab Dio auratis statuis omnibus raptis^m), ne

h) *digressi* Gron. Crev.

i) *ii vallem, campi quoque par-*
tem Eaed. c. Drak.

k) *alia atque alia Eaed. c.*
Drak.

l) *duobus ex amicis Pellam,*

alterum Asclepiodotum, ubi
pecunia deposita erat, ex
praesidiis revocat Eaed. c.
Drak.

m) *raptim Eaed. c. Drak.*

U. c. 537. praeda hosti essent, incolas eius loci demigrare ⁿ⁾
 a. C. 169. Pydnam cogit: et, quae temeritas consulis videri potuisset, quod eo processisset, unde invito hoste regredi nequiret, eam non inconsultam audaciam fecit. Duos enim saltus, per quos inde evadere possent, habebant Romani: unum per Tempe in Thessaliam, alterum in Macedoniam praeter Dium; quae utraque regiis tenebantur praesidiis. Itaque si dux intrepidus decem dies primam speciem adpropinquantis terroris sustinuisse, neque receptus Romanis per Tempe in Thessaliam, neque commeatibus pervehendis eo patuisset iter. Sunt enim Tempe saltus, etiamsi non bello sicut infestus, transitu difficilis. nam praeter angustias per quinque millia, qua exiguum iumento onusto iter est, rupes utrimque ita abscisae sunt, ut despici vix sine vertigine quadam simul oculorum animique possit. terret et sonitus et altitudo per medianam vallem fluentis Penei amnis. Hic locus, tam suapte natura infestus, per quatuor distantia loca praesidiis regiis ^{o)} fuit insessus. unum in primo aditu ad Gonnum erat: alterum ad ^{p)} Condylon castello inexpugnabili: tertium circa Lapathunta, quem Characa adpellant: quartum viae ipsi, qua et media et angustissima vallis est, inpositum, quam vel decem armatis tueri facile est. Intercluso per Tempe simui aditu commeatibus, simul reditu, ipsi montes, per quos descenderant, repeudi erant. quod ut furto sefellerant, ita propalam, tenentibus superiora cumina hostibus, non poterant: et experta difficultas spem omnem incidisset. Supererat nihil aliud in temere commisso, quam in Macedoniam ad Dium per medios evadere hostes: quod, nisi Dii mentem regi ademissent, et ^{q)} ipsum ingentis difficultatis erat. Nam quum Olympi radices montis paullo plus quam

n) essent, in classem conges-
stis, ocios demigrare Gron.
Crev. c. Drak.

o) regis Eaed. c. Drak.
p) ad del. Eaed. c. Drak.
q) et del. Eaed. c. Drak.

mille passuum ad mare relinquant spatium, cuius di- U. c. 583.
midium loci occupat ostium late restagnans Baphyri a. C. 169.
ammis, partem planiciae aut Iovis templum, aut op-
pidum tenet; reliquum perexiguum fossa modica val-
loque claudi poterat, et saxorum ad manum silve-
strisque materiae tantum erat, ut vel murus obici,
turresque excitari potuerint. Quorum nihil quum
dispexisset caecata mens subito terrore, nudatis om-
nibus praesidiis, patefactisque bello, ad Pydnam re-
fugit.

VII. Consul, plurimum et praesidii et spei cer-
nens in stultitia et segnitie hostis, remisso nuncio ad
Sp. Lucretium Larissam, ut castella, relicta ab ho-
ste, circa Tempe occuparet, praemisso Popillio ad
explorandos transitus circa Dium, postquam patere
omnia in omnes partes animadvertisit, secundis castris
peruenit ad Dium: metarieque sub ipso templo, ne
quid sacro in loco violaretur, iussit. Ipse, urbem
ingressus, sicut non magnam, ita exornatam publicis
locis et multitudine statuarum, inunitaque egregie,
vix satis credere, in tantis rebus sine caussa relictis
non aliquem subesse dolum. Unum diem ad explo-
randam circa omnia moratus, castra movet: satisque
credens, in Pieria^r) frumenti copiam fore, eo die
ad annem nomine Mityn processit. Postero die pro-
gressus, Agassas^s) urbem, tradentibus sese ipsis,
recepit: et, ut reliquorum Macedonum animos sibi
conciliaret, obsidibus contentus, sine praesidio re-
linquere se eis urbem, inimunesque ac suis legibus
victuros, est pollicitus. Progressus inde diei iter, ad
Ascordum flumen posuit castra: et, quantum proce-
deret longius a Thessalia, eo maiorem rerum omnium
inopiam sentiens, regressus ad Dium est; dubita-
tione omnibus exempta, quid intercluso ab Thessalia
patiendum fuisse, cui procul inde abscedere tutum

^r) *credens, paratam* Gron. ^s) *Agassam* Eaed. c. Drak.
Crev. c. Drak.

U. c. 583. non esset. Persens, contractis in unum omnibus co-
a. C. 169. piis ducibusque, increpare praefectos praesidiorum,
ante omnes Asclepiodotum atque Ilippiam: ab his
dicere claustra Macedoniae tradita Romanis esse: cu-
ius culpae reus nemo iustius, quam ipse, fuisse.
Consuli postquam ex alto conspecta classis spem se-
cit, cum commeatu naves venire, (ingens enim ca-
ritas annonae ac prope inopia erat) ab invectis iam
portum audit, onerarias naves Magnesiae relictas es-
se. Incerto inde, quidnam agendum foret, (adeo
sine ulla ope hostis quae adgravaret, cum ipsa diffi-
cilitate rerum pugnandum erat) peropportune literae
a Sp. Lucretio adlatae sunt: castella se, quae super
Tempe essent et circa Philam ^{t)}, tenere omnia, fru-
mentique in iis et aliarum in usum rerum copiam in-
venisse.

VIII. His magnopere laetus consul ab Dio ad Philam dicit, simul ut praesidium eius firmaret, simul ut militi frumentum, cuius tarda subvectio erat, di-
videret. Ea profectio sainam haudquaquam secun-
dam habuit. nam alii, metu recessisse eum ab hoste,
ferebant, quia manenti in Pieria ^{u)} proelio dimicandum foret: alii, ignarum belli, quae ^{x)} in dies for-
tuna novaret, ultiro obseruentibus ^{y)} sese rebus, emi-
ssisse de ^{z)} manibus ea, quae mox repeti non possent.
Simul enim cessit possessione Dii, excitavit hostem,
ut tunc ^{a)} tandem sentiret, recuperanda esse, quae
prius culpa amissa forent. Audita enim profectione
consulis, regressus Dium, quae disiecta ac vastata ab
Romanis erant, resicit: pinnas moenium decussas re-
ponit, ab omni parte muros firmat: deinde quinque
millia passuum ab urbe citra ripam Enipei amnis ca-

^{t)} *Philan* hic et capite se-
quenti Drak.

^{u)} *manenti imperatori* Gron.
Crev. c. Drak.

^{x)} *alii, ignarum belli quae*

Gron. Crev. *alii ignarum,*
belli quae Drak.

^{y)} *novaret; ut qui, offeren-*
tibus Gron. Crev. c. Drak.

^{z)} *omisisset e* Eaed. c. Drak.
^{a)} *nunc* Drak.

stra ponit; amnem ipsum, transitu perdifficilem, pro U. c. 583.
munimento habiturus. Fluit ex valle Olympi mon-^{a. C. 169.}
tis, aestate exiguis; hibernis^{b)} idem incitatus plu-
viis et^{c)} supra rupes ingentes gurgites^{d)} facit, et
infra, prorutam in mare evolvendo terram^{e)}, prae-
altae voragine, cavatoque medio alveo ripas utri-
que praecipites. Hoc flumine Perseus septum iter
hostis credens, extrahere reliquum tempus eius ae-
statis in animo habebat. Inter haec consul a Phila
Popillium cum duobus millibus armatorum Hera-
cleum mittit. abest a Phila quinque millia ferme
passuum, media regione inter Dium Tempeque, in
rupe amini inminente positum.

IX. Popilius, priusquam armatos muris admo-
veret, misit, qui magistratibus principibusque sua-
derent, fidem clementiamque Romanorum, quam
viam, experiri malling. nihil ea consilia moverunt,
quia ignes ad Euipeum ex regis castris adparebant.
Tum terra marique (et classis adpulsa ab litore sta-
bat) simul armis, simul operibus machinisque, ob-
pugnari coepit. Iuvenes etiam quidam Romani, lu-
dicro circensi ad usum belli verso, partem humillimam muri ceperunt. Mos erat tum, nondum hac ef-
fusione inducta bestiis omnium gentium circum com-
plendi, varia spectaculorum conquerire genera-
nam^{f)}, semel quadrigis, semel desultore misso, vix
unius horae tempus utrumque curriculum complebat.
Inter cetera sexageni ferme iuvenes, interdum plu-
res adparatiорibus ludis, armati inducebantur^{g)}. ho-
rum inductio in parte simulacrum decurrentis exerci-
tus erat; ex parte elegantioris^{h)}, quam militaris ar-

b) *exiguus, hibernis* Gron.
Crev. c. Drak.

c) *pluvii; et Eaed.* c. Drak.

d) *gurgitibus Eaed.* c. Drak.

e) *et infra proruptu in mare*
evolvendo terram Eaed. c.
Drak.

f) *nec Eaed.* c. Drak.

7. *Liv. Tom. IV.*

g) *interdum plures, ab appa-*
ratoriibus ludi, armati in-
ducebantur Gron. *interdum*
plures, apparatoriibus ludi
armati inducebantur Crev.
c. Drak.

h) *add. exercitii* Gron. Crev.
c. Drak.

U. c. 583. tis, propiorque gladiatorium armorum usum. Quum
a. C. 169. alios decursus edidissent motus, quadrato agmine
facto, scutis super capita densatis, stantibus primis,
secundis submissioribus, tertiiis magis et quartis, po-
stremis etiam genu nisis, fastigiatamⁱ⁾), sicut tecta
aedificiorum sunt, testudinem faciebant. Ilinc quin-
quaginta ferme pedum spatio distantes duo armati
procurrebant, comminatique inter se, ab ima in sum-
mam testudinem per densata scuta quum evasissent,
nunc velut propugnantes per oras extremae testudi-
nis, nunc in media inter se concurrentes, haud secus
quam stabili solo persultabant. Huic testudini simil-
lima parti muri admota, quum armati superstantes
subissent, propugnatoribus muri fastigio altitudinis
aequabantur: depulsisque iis, in urbem duorum si-
gnorum milites transcenderunt. Id tantum dissimile
fuit, quod, et in fronte extrema, et ex lateribus,
soli non habebant super capita elata scuta, ne nuda-
rent corpora; sed prætentæ^{k)} pugnantium more.
ita nec ipsos tela ex muro missa subeuntes laeserunt,
et testudini iniecta imbris in modum lubrico fastigio
iunoxia ad imum labebantur. Et consul, capto iam
Heracleo, castra eo promovit; tamquam Dium, at-
que, inde submoto rege, in Pieriam etiam progres-
surus. Sed, hiberna iam praeparans, vias commea-
tibus subvehendis ex Thessalia muniri iubet, et eligi
horreis opportuna loca, tectaque aedificari, ubi de-
versari^{l)} portantes commeatus possent.

X. Perseus, tandem a pavore eo, quo adtonitus
fuerat, recepto animo, inalle, imperiis suis non ob-
temperatum esse, quum trepidans gazam in mare de-
iici Pellae, Thessalonicae navalia iusserat incendi.
Andronicus, Thessalonicam missus, traxerat tempus,
id ipsum quod accidit, poenitentiae relinquens locum.

i) *fastigiatam* Crev.

k) *prætecta* Gron. Crev. c.
Drak.

l) *diversari* Eaed. c. Drak.

incautior Nicias Pellae proiiciendo pecuniae partem, U. c. 583.
 quod fuerat nactus: sed in errorem ^{m)} emendabilem ^{a).} C. 169.
 visus lapsus esse, quod per urinatores omne ferme
 extractum est. tantusque pudor regi pavoris eius fuit,
 ut urinatores clam interfici iusserit; deinde Androni-
 cum quoque et Nician: ne quis tam deimentis imperii
 conscius exsisteret. Inter haec C. Marcius, cum clas-
 se ab Heracleo Thessalonicam profectus, et agrum
 pluribus locis, expositis per litora armatis, late va-
 stavit, et procurrentes ab urbe, secundis aliquot proe-
 liis, trepidos intra moenia compulit. iamque ipsi
 urbi terribilis erat, quum, dispositis omnis generis
 tormentis, non vagi modo circa muros, temere ad-
 propinquantes, sed etiam qui in navibus erant, saxis
 tormento emicantibus percutiebantur. Revocatis igit-
 tur in naves militibus, omissaque Thessalonicae ob-
 pugnatione, Aeneam ⁿ⁾ inde petunt. quindecim mil-
 lia passuum ea urbs abest, adversus Pydnam posita,
 fertili agro. Pervastatis finibus eius, legentes oram,
 Antigoneam perveniunt. ibi, egressi in terram, pri-
 mo et vastarunt agros passim, et aliquantum praedae
 contulerunt ad naves. dein palatos eos aborti Mace-
 dones, mixti pedites equitesque, fugientes effuse ad
 mare persecuti, quingentos ferine occiderunt, et non
 minus ceperunt. Nec aliud, quam ultima necessitas,
 quum recipere se tuto ad naves prohiberentur, ani-
 mos militum Romanorum, simul desperatione alia
 salutis, simul indignitate, irritavit. Redintegrata in
 litore pugna est. adiuvere ^{o)} qui in navibus erant.
 Ibi Macedonum ducenti ferme caesi; par numerus ca-
 ptus. Ab Antigonea classis profecta, ad agrum Pal-
 lenensem exscensionem ad poplandum fecit. Fi-
 niuum is ager Cassandrenium erat, longe fertilissi-
 mus omnis orae, quam praetervecti fuerant. Ibi Eu-
 menes rex, viginti tectis navibus ab Elea profectus,

^{m)} in rem Gron. Crev. c.
 Drak.

ⁿ⁾ Aeniam Eaed. c. Drak.
^{o)} add. et Eaed. v. Drak.

U. c. 583. obvius fuit; et quinque missae a Prusia rege tectae
a. C. 169. naves.

XI. Hac virium accessione animus crevit praetori, ut Cassandream obpugnaret. Condita est a Cassandro rege in ipsis faucibus, quae Pallenensem agrum ceterae Macedoniae iungunt, hinc Toronaico, hinc Macedonico septa mari. Eminet namque in altum lingua, in qua sita est: nec minus, quam inclitus^r) magnitudine Atho mons, excurrit, obversa in regionem Magnesiae duobus inparibus promontoriis; quorum maior Posideum est nomen, minori Canastraeum. Diversis^q) partibus obpugnare adorti: Romanus ad Clitas, quas vocant, munita, cervis etiam obiectis, ut viam intercluderet, a Macedonico ad Toronaicum mare perducit. ab altera parte euripus est: inde Eumenes obpugnabat. Romanis in fossa complenda, quam nuper obiecerat Perseus, plurimum erat laboris. Ibi quaerenti praetori, quia nusquam cumuli adparebant, quo regesta e fossa terra foret, monstrati sunt fornices: non^r) ad eamdem crassitudinem, qua veterem murum, sed simplici laterum ordine, structos esse. Consilium igitur cepit, transfosso pariete iter in urbem patescere. fallere autem ita se posse, si, muros a parte alia scalis adortus, tumultu iniesto, in custodiam eius loci pro-pugnatores urbis avertisset. Erant in praesidio Cassandreae, praeter non contempnendam iuventutem oppidanorum, octingenti Agrianes, et duo millia Pe-nestarum Illyriorum, a Pleurato inde missi, bellicosum utrumque genus. His tuentibus muros, quum subire Romani summa vi niterentur, momento temporis parietes fornicum perfossi urbem patescerunt. quod si, qui inrumperent^s), armati fuissent, ex-

p) quam in altum Gron. Crev.
c. Drak.

q) divisis Eaed. c. Drak.

r) fornices, non, verbis: non
ad eamdem crassitudinem,

— — structos esse, vul-gari charactere scriptis,
Gron.
s) irrupere Gron. Crev. c.
Drak.

templo cepissent. Hoc ubi perfectum esse opus mi- U. c. 583.
litibus nunciatum est, clamorem alacres gaudio re- a. C. 169.
pente tollunt, aliis parte alia in urbem inrupturis.

XII. Hostes primum admiratio cepit, quidnam sibi repentinus clamor vellet. postquam patere urbem accepere praefecti praesidii Pytho et Philippus, pro eo, qui occupasset adgredi, opus factum esse rati, cum valida manu Agrianum Illyriorumque erumpunt: Romanosque, qui alii aliunde coibant convocabanturque, ut signa in urbem iuferrent, incompositos atque inordinatos fugant, persequunturque ad fossam: in quam compulsos ruina cumulant. sexcenti ferme ibi interfecti, omnesque prope, qui inter murum fossamque depensi ^{t)} erant, vulnerantur. Ita suo ipse conatu percusus praetor, segnior ad alia factus consilia erat: et ne Eumeni quidem, simul a mari, simul a terra adgradienti, quidquam satis procedebat. Placuit igitur utrique, custodiis firmatis, ne quod praesidium ex Macedonia intromitti posset, quoniam vis aperta non processisset, operibus moenia obpugnare. Haec parantibus his, decem regii lembi, ab Thessalonica cum delectis Gallorum auxiliaribus missi, quum in salo stantes hostium naves conspexissent; ipsi, obscura nocte, simplici ordine, quam poterant proxime litus tenentes, intrarunt urbem. Illius novi praesidii fama absistere obpugnatione simul Romanos regemque coegit. circumvecti promontorium, ad Toronen ^{u)} classem adpulerunt. Eam quoque obpugnare adorti, ubi valida defendi manu animadverterunt, irrito incepto Demetriadem petunt. Ibi quum adpropinquantes repleta moenia armatis vidissent, praetervecti ad Iolcon classem adpulerunt; inde, agro vastato, Demedriadem quoque adgressuri.

^{t)} *deprehensi* Gron. Crev. c. ^{u)} *Toronem* Gron.
Drak.

U. c. 583. XIII. Inter haec et consul, ne segnis sederet tan-
a. C. 169. tum in agro hostico, M. Popillium cum quinque mil-
libus militum ad Meliboeam urbem obpugnandam
mittit. Sita est in radicibus Ossae montis, qua parte
in Thessaliam vergit, opportune inminens super De-
metriadem. Primus adventus hostium perculit inco-
las loci: conlectis deinde ex necopinato pavore ani-
mis, discurrunt armati ad portas ac moenia, qua su-
specti aditus erant: spemque extemplo inciderunt,
capi primo inpetu posse. Obsidio igitur parabatur,
et opera obpugnationum fieri coepit. Perseus, quum
audisset, simul Meliboeam a consulis exercitu obpu-
gnari, simul classem Iolci stare, ut inde Demetria-
dem adgredetur, Euphranorem quendam ex duci-
bus cum delectis duobus millibus Meliboeam mittit.
eidem imperatum, ut, si a Meliboea subinovisset
Romanos, Demetriadem prius occulto itinere intra-
ret, quam ab Iolco ad urbem castra moverent Roma-
ni. Et ab obpugnatoribus Meliboeae, quum in supe-
rioribus locis repente adparvisset, cum trepidatione
multa reicta opera sunt, ignisque injectus. ita a
Meliboea abscessum est. Euphranor, soluta unius
urbis obsidione, Demetriadem extemplo dicit. nec
tum moenia modo, sed agros etiam considerunt se a
populationibus tueri posse, et eruptiones in vagos
populatores non sine vulneribus hostium factae sunt.
Circumvecti tamen moenia sunt praetor et rex, situm
urbis contemplantes, si qua parte tentare aut opere
aut vi possent. Fama fuit, per Cydantem ^{x)} Creten-
sem et Antimachum, qui Demetriadi praeerat, tra-
ctatas inter Eumenem et Persea conditiones amici-
tiae. ab Demetriade certe abscessum est. Eumenes
ad consulem navigat: gratulatus, quod prospere Ma-
cedoniam intrasset, Pergamum in regnum abit ^{y).}
Marcius Figulus praetor, parte classis in hiberna

^{x)} Cydam Gron, Crev.

^{y)} abiit Eaed.

Sciathum missa, cum reliquis navibus Oreum Eu-U. c. 583.
boeae petit^z), eam urhem aptissimam ratus, unde ex-^a C. 169.
ercitibus, qui in Macedonia, quique in Thessalia
erant, mitti commeatus possent. De Eumene rege
longe diversa tradunt. Si Valerio Antiati credas,
nec classe adiutum ab eo praetorem esse, quum saepe
eum literis arcessisset. tradit; nec cum gratia ab con-
sule proiectum in Asiam, indignatum, quod, ut iis-
dem castris tenderet, permissum non fuerit. ne ut
equites quidem Gallos, quos secum adduxerat, re-
linqueret, inpetrari ab eo potuisse. Attalum fratrem
eius et remansisse apud consulem, et sinceram eius
fidei aequali tenore egregianque operam in eo bello
fuisse.

XIV. Dum bellum in Macedonia geritur, legati
Transalpini ab regulo Gallorum (Balanos ipsius tra-
ditur nomen; gentis, ex qua fuerit, non traditur)
Romam venerunt, pollicentes ad Macedonicum bel-
lum auxilia. Gratiae ab senatu actae, muneraque
missa, torquis aureus duo pondo, et paterae aureae
quatuor pondo, equus phaleratus, armaque equestria.
Secundum Gallos Pamphylii^a) legati coronam au-
ream, ex viginti millibus Philippeorum factam, in
curiam intulerunt: petentibusque iis, ut id donum in
cella Iovis optimi maximi ponere, et sacrificare in
Capitolio liceret, permissum. benigneque amicitiam
renovare volentibus legatis responsum, et binum
millium aeris singulis missum munus. Tum ab rege
Prusia, et paullo post ab Rhodiis, de eadem re longe
aliter disserentes legati auditи sunt. utraque legatio
de pace reconcilianda cum rege Perseo egit. Prusiae
preces magis, quam postulatio, suere, profidentis, et
ad id tempus se cum Romanis stetisse, et, quoad bel-
lum foret, staturum. Ceterum quum ad se a Perseo

^z) *Oreum Boeotiae petit*
Gron. Crev. *Oreum Boeo-*

^a) *Pamphyli Gron. Crev. c.*
Drak.

U. c. 583. *legati venissent de finiendo cum Romanis bello, et iis*
 a. C. 169. *pollicitum deprecatorem apud senatum futurum; petere,*
si possent inducere in animum, ut finiant iram, se quo-
que in gratia reconciliatae pacis ponerent^b). *haec re-*
gii legati. Rhodii, superbe commemoratis erga po-
pulum Romanum beneficiis, et pene victoriae, utique
de Antiocho rege, maiore parte ad se vindicata, ad-
iecerunt: Quum pax inter Macedonas Romanosque es-
set, sibi amicitiam cum rege Perseo coeptam. eam se
invitos, nullo eius in se merito, quoniam ita Romanis
visum sit in societatem se belli trahere, interrupisse.
Tertium se annum multa eius incommoda belli sentire.
mari intercluso, inopia insulam premi, amissis mariti-
mis vectigalibus atque commeatibus. Quum id ultra
pati non possent, legatos alios ad Persea in Macedo-
niam misisse, qui ei denunciarent, Rhodiis placere,
pacem eum componere cum Romanis: se Romam eadem
nunciatum missos. Per quos stetisset, quo minus belli
finis fieret, adversus eos quid sibi faciendum esset,
Rhodios consideraturos esse. Ne nunc quidem haec
sine indignatione legi audirive posse, certum habeo.
inde existimari potest, qui habitus animorum audien-
tibus ea Patribus fuerit.

XV. Claudio, nihil responsum, auctor est: tan-
 tum senatusconsultum recitatum, quo Caras et Ly-
 cios liberos esse iuberet populus Romanus, literasque
 exemplo ad utramque gentem sciret^c) indicatum
 mitti. Qua audita re, principem legationis, cuius
 magniloquentiam vix curia paullo ante ceperat, con-
 ruisse. Alii responsum esse tradunt, *Populum Ro-*
manum et principio huius belli haud vanis auctoribus
compertum habuisse, Rhodios cum Perseo rege adversus
rempublicam suam occulta consilia inisse: et, si id
ante dubium fuisse, legatorum paullo ante verba ad

b) *pacis posse uti* Gron.
 Crev. c. Drak.

c) *gentem * scirent* Gron. c.
 Drak. *gentem, scirent* Crev.

*certum redegisse: et plerumque ipsam se fraudem, et U. c. 583.
iamsi initio cautior fuerit, detegere. Rhodios nunc^{d)} a. C. 169.
in orbe terrarum arbitria belli pacisque agere: Rhodio-
rum^{e)} nutu arma sumtuos positurosque Romanos esse.
iam non Deos foederum testes, sed Rhodios habituros.
Itane tandem? Ni pareatur iis, exercitusque de Mace-
donia deportentur, visuros esse, quid sibi faciendum
sit? Quid^{f)} Rhodii visuri sint, ipsos scire. Popu-
lum certe Romanum, devicto Perseo, quod prope diem
sperent fore, visurum, ut pro meritis cuiusque in eo
bello civitatis gratiam dignam referat. Munus tamen
legatis in singulos binum millium aeris missum est:
quod ii non acceperunt.*

XVI. Literae deinde recitatae Q. Marcii consulis sunt, *Quemadmodum, saltu superato, in Macedoniam transisset: ibi et^{g)} ex aliis locis commeatus a praetore prospectos in hiemem habere, et ab Epirotis viginti millia modium tritici, decem hordei sumsisse: ut pro eo^{h)} frumento pecunia Romae legatis eorum curaretur. Vestimenta militibus ab Roma mittenda esse: equis ducentis ferme opus esse, maxime Numidis: nec sibi in his locis ullam copiam esse. Senatus consultum, ut ea omnia ex literis consulis fierent, factum est. C. Sul-
picius praetor sex millia togarum, triginta tunicarum, et equos deportanda in Macedoniam, praehendaque arbitratu consulis locavit, et legatis Epirotarum pecuniam pro frumento solvit; et Onesimum, Pythonis filium, nobilem Macedonem, in senatum introduxit. Is pacis semper auctor regi fuerat, monueratque, sicut pater eius Philippus institutum usque ad ultimum vitae diem servabat, quotidie bis indicemⁱ⁾ foede-
ris icti cum Romanis perlegendi; ut eum morem, si*

d) nuncio Gron. Crev. c.
Drak.

quid sibi faciendum sit.
Quid Eaed. c. Drak.

e) deorum Eaed. c. Drak.

g) et ibi et Gron.

f) itane tandem iis pareatur,
exercitusque de Macedonia
deportentur? Visuros esse,

h) en del. Gron.

i) bis in die Gron. Crev. c.
Drak.

U. c. 583. non semper, crebro tamen usurparet. Postquam de-
a. C. ¹⁶⁹ terrere eum a bello nequii, primo subtrahere sese
per alias atque alias caussas, ne interesset iis, quae
non probabat, coepit: postremo, quum suspectum se
esse cerneret, et prodigionis interdum criminis insi-
mulari, ad Romanos transfugit, et magno ^{k)} usui
consuli fuit. Ea introductus in curiam quum memo-
rasset, senatus in formulam sociorum eum referri
iussit: locum, lautia praeberi: agri Tarentini, qui
publicus populi Romani esset, ducenta iugera dari,
et aedes Tarenti emi: uti ea curaret, C. Decimio
praetori mandatum. Censores censum Idibus Decem-
bris, severius quam ante, habuerunt: multis equi
ademi, inter quos P. Rutilio, qui tribunus plebis
eos violenter accusarat: tribu quoque is motus, et
aerarius factus. Ad opera publica facienda quum eis
dimidium ex vectigalibus eius anni adtributum ex
senatusconsulto a quaestoribus esset; Ti. Sempronius
ex ea pecunia, quae ipsi adtributa erat, aedes P. Afri-
cani pone Veteres ad Vortumni signum, lanienasque
et tabernas coniunctas in publicum emit, basilicamque
faciendam curavit, quae postea Sempronia adpella-
ta est.

XVII. Iam in exitu annus erat, et propter Mace-
donici maxime belli curam in sermonibus homines
habebant, quos in annum consules ad finiendum tan-
dem id bellum crearent. itaque senatusconsultum
factum est, ut Cn. Servilius primo quoque tempore
ad comitia habenda veniret. Senatusconsultum Sul-
picius praetor ad consulem * post ¹⁾ paucos dies re-
citavit, quibus ante diem ** in urbem venturum ^{m)}.
Et consul maturavit, et comitia eo die, qui dictus
erat, sunt perfecta. Consules creati L. Aemilius

k) *transfugit: magno, omis-*
sa copula, Gron. Crev. c.
Drak.

l) *ad consulem [misit, et re-*
cepitas litteras] post Crev.
m) *diem [significabat se] in*
urbem venturum Crev.

Paullus iterum, quarto ⁿ⁾ decimo anno postquam U. c. 583. primo consul fuerat, et C. Licinius Crassus. Prae-^{a.} C. 169. tores postero die facti Cn. Baebius Tamphilus, L. Anicius Gallus, Cn. Octavius, P. Fonteius Balbus, M. Aebutius Elva, C. Papirius Carbo. Omnia ut maturius agerentur, belli Macedonici stimulabat cura. itaque designatos extemulo sortiri placuit provincias; ut, utri Macedonia consuli, cuique praetori classis venisset, sciretur: ut iam inde cogitarent pararentque, quae bello usui forent, senatuinque consulerent, si qua re consulto opus esset. *Latinas, ubi magistratum inissent, quod per religiones posset, primo quoque tempore fieri placere; neque consulem, cui eundum in Macedoniam esset, teneri.* His decretis, consulibus Italia et Macedonia, praetoribus, praeter duas iurisdictiones in urbe, classis, et Hispania, et Sicilia, et Sardinia provinciae nominatae sunt. Consulum, Aemilio Macedonia, Licinio Italia evenit. Praetores, Cn. Baebius urbanam, L. Anicius peregrinam, et si quo senatus censuisset, Cn. Octavius classem, P. Fonteius Hispaniam, M. Aebutius Siciliam, C. Papirius Sardiniam est sortitus.

XVIII. Extemplo adparuit omnibus, non segni-
ter id bellum L. ^{o)} Aemilium gesturum; praeter-
quam quod alias vir erat, etiam quod dies noctesque
intentus ea sola, quae ad id bellum pertinerent, ani-
mo agitabat. Iam omnium primum a senatu petiit ^{r)},
ut legatos in Macedoniam mitterent ad exercitus vi-
sendos classeinque, et comperta referenda, quid aut-
terrestribus aut navalibus copiis opus esset: praeter-
ea ut explorarent copias regias, quantum possent,
quaque provincia nostra, qua hostium foret: utrum
intra saltus castra Roinani haberent, an iam omnes
angustiae exsuperatae, et in aequa loca pervenissent:

ⁿ⁾ *septimo* Gron. Crev. c.
Drak.

^{o)} *L. del.* Gron.
^{p)} *petit* Gron. Crev. c. Drak.

U. c. 534. qui fideles nobis socii, qui dubii suspensaeque ex
a. C. 163. fortuna fidei, qui certi hostes viderentur: quanti
praeparati commeatus, et unde terrestri itinere, unde
navibus subportarentur: quid ea aestate terra mari-
que rerum gestarum esset: ex his bene cognitis cer-
ta in futurum consilia capi posse ratus. Senatus Cn.
Servilio consuli negotium dedit, ut is in Macedoniam,
quos L. Aemilio videretur, legaret. Legati biduo
post profecti, Cn. Domitius Alienobarbus, A. Lici-
nius Nerva, L. Baebius. Bis in exitu anni eius la-
pidatum esse nunciatum est; in Romano agro, simul
in Veienti. bis novemdiale ^{q)} sacrum factum est.
Sacerdotes eo anno mortui sunt, P. Quintilius Va-
rus, flamen Martialis; et M. Claudius Marcellus de-
cemvir: in cuius locum Cn. Octavius subiectus. Et
iam magniscentia crescente notatum est, ludis cir-
censisibus P. Cornelii Scipionis Nasicae et P. Lentuli
aedilium curulium sexaginta tres Africanas, et qua-
draginta ursos et elephantos lusisse.

XIX. L. Aemilio Paullo, C. Licinio consulibus,
Idibus Martiis principio insequentis anni, quum in
exspectatione Patres fuissent, maxime quidnam con-
sul de Macedonia, cuius ea provincia esset, referret;
nihil se habere, Paullus, *quod referret*, *quum nondum*
legati redissent, dixit. *Ceterum Brundisii legatos iam*
esse, *bis ex cursu Dyrrhachium reiectos* ^{r)}. *Cognitis*
mox, quae nosci prius in rem esset, relaturum: *id fore*
intra perpaucos dies. *Et, ne quid profectionem suam*
teneret, pridie Idus Apriles ^{s)} *Latinis esse constitutam*
diem. *Sacrificio rite perfecto, se et Cn. Octavium,*
simul senatus censisset, exituros esse. *C. Licinio col-*
legae suo fore curae, se absente, ut, si qua parari
mittive ad id bellum opus sit, parentur mittanturque.
Interea legationes exterarum nationum audiri posse.

q) *Veientibus. novemdiale*
Gron. Crev. c. Drak.

r) *electos Eaed. c. Drak.*
s) *Aprilis Eaed. c. Drak.*

Primi ^{t)} Alexandrini, legati ab Ptolemaeo et Cleopatra regibus, vocati sunt. Sordidati, barba et capillo promisso, cum ramis oleae ingressi curiam, procubuerunt: et oratio, quam habitus, fuit miserabilior. Antiochus Syriae rex, qui obsecres Romae fuerat, per honestam speciem maioris Ptolemaei reducendi in regnum, bellum cum minore fratre eius, qui tum Alexandriam tenebat, gerens, et ad Pelusium navaliter proelio victor fuerat, et, tumultuario opere ponte per Nilum facto, transgressus cum exercitu, obsidione ipsam Alexandriam terrebat: nec procul abesse, quin potiretur regno opulentissimo, videbatur. Ea legati querentes orabant senatum, ut opem regno regibusque amicis imperio ferrent ^u). Ea merita populi Romani in Antiochum, eam apud omnes reges gentesque auctoritatem esse, ut, si legatos misissent, qui denunciarent, non placere senatui, sociis regibus bellum fieri, extemplo abscessurus a moenibus Alexandriae, abducturusque exercitum in Syriam esset. Quod si cunctentur facere, brevi extores regno Ptolemaeum et Cleopatram Romanam venturos, cum pudore quodam populi Romani, quod nullam opem in ultimo discrimine fortunarum tulissent. Moti Patres precibus Alexandrinorum, extemplo C. Popillium Laenatem, et ^{x)} C. Decimium, et C. Hostilium legatos, ad finiendum inter reges bellum, miserunt. Prius Antiochum, dein Ptolemaeum adire iussi, et nunciare, ni absistatur bello, per utrum stetisset, eum non pro amico, nec pro socio habituros esse.

XX. His intra triduum simul cum legatis Alexandrinis profectis, legati ex Macedonia Quinquatribus ultiinis adeo exspectati venerunt, ut ^{y)}, nisi vesper esset, extemplo senatum vocaturi consules fuerint. Postero die senatus fuit, legatique auditii sunt.

^{t)} posse. Sacrificio rite perfecto, primi Gron. Crev. c. Drak.

^{u)} ferret Gron. Crev. ^{x)} et del. Crev. ^{y)} uti Gron. Crev. c. Drak.

U. c. 584. *Li nunciant, Maiore periculo, quam emolumento, exercitum per invios saltus in Macedoniam inductum.*
a. C. 168. *er*

*Pieriam, quo processisset, regem tenere: castra castris prope ita conlata esse, ut flumine Enipeo interiecto arceantur. neque regem pugnandi potestatem facere, nec nostris vim ad cogendum esse. Hiemem etiam asperam rebus gerendis intervenisse. in otio militem ali, nec plus quam sex ** frumentum ^{z)} habere. Macedonum dici tringinta millia armatorum esse. Si Ap. Claudio circa Lychnidum satis validus exercitus foret, potuisse anticipiti bello distinere ^{a)} regem: nunc et Appium, et quod cum eo praesidii sit, in summo periculo esse, nisi propere aut iustus exercitus eo mittatur, aut illi inde deducantur. Ad classem se e ^{b)} castris profectos, sociorum navalium partem morbo audisse absuntam; partem, maxime qui ex Sicilia fuerint, domos suas abisse, et homines navibus deesse. qui sint, neque stipendium accepisse, neque vestimenta habere. Eumenem classemque eius, tamquam vento adlatas naves, sine causa et venisse, et abisse: nec animum eius regis constare satis visum. Sicut omnia de Eunene dubia, Attali egregie constantem fidem nunciabant.*

XXI. Legatis auditis, tunc de bello referre sese L. Aemilius dixit. Senatus decrevit, *ut in octo legiones parem numerum tribunorum consules et populus crearent: creari autem neminem eo anno placere, nisi qui honorem gessisset. Tum ex omnibus tribunis militum uti L. Aemilius in duas legiones in Macedoniam, quos eorum velit, eligat, et ut, sollemni Latinarum perfecto, L. Aemilius consul, Cn. Octavius praetor, cui classis obtigisset, in provinciam proficiscantur. Additus est his tertius L. Anicius praetor, cuius inter peregrinos iurisdictio erat. eum in provinciam Illyricum circa Lychnidum Ap. Claudio succedere placuit.*

z) *sex dierum frumentum*
Gron. *sex [dierum] frumentum* Grev.

a) *distineri* Crev.
b) *ex Gron. Crev. c. Drak.*

Delectus cura C. Licinio consuli inposita. is septem U. c. 584.
 millia civium Romanorum et equites ducentos scri-^a. C. 168.
 bere iussus; et sociis nominis Latini septem millia
 peditum imperare, quadringentos equites; et Cn.
 Servilio Galliam obtinenti provinciam literas mittere,
 ut sexcentos equites conscriberet. Hunc exercitum
 ad collegam primo quoque tempore mittere in Mace-
 doniam iussus. neque in ea provincia plus quam
 duas legiones esse; eas repleri, ut sena millia pedi-
 tum, trecentos haberent equites. ceteros equites pe-
 ditesque in praesidiis disponi. qui eorum idonei ad
 militandum non essent, dimitti. Decem praeterea
 millia peditum imperata sociis, et octingenti equites.
 Id praesidii additum Anicio, praeter duas legiones,
 quas portare in Macedoniam est iussus, quina millia
 peditum et ducenos habentes, trecentos equites: et in
 classem quinque millia navalium socium sunt scripta.
 Licinius consul duabus legionibus obtinere provin-
 ciam iussus: eo addere sociorum decem millia pedi-
 tum, et sexcentos equites.

XXII. Senatus consultis perfectis, L. Aemilius
 consul e curia in concionem processit, orationemque
 talem habuit. *Animadvertisse videor, Quirites, ma-*
iorem mihi, sortito Macedoniam provinciam, gratula-
tionem factam, quam quum aut consul essem consulu-
tatus, aut quo die magistratum inissem: neque id ob
aliam caussam, quam quia bello in Macedonia, quod
diu trahitur, existimasti dignum maiestate populi Ro-
mani exitum per me inponi posse. Deos quoque huic
favisse sorti spero, eosdemque in rebus gerendis adfu-
turos esse. Haec partim opinari, partim sperare pos-
sum. Illud adfirmare pro certo habeo audeoque, me
omni ope adnisurum esse, ne frustra vos hanc spem de
me conceperitis. Quae ad bellum opus sunt, et senatus
decrevit, et (quoniam extemplo proficiisci placet, neque
ego in mora sum) C. Licinius collega, vir egregius,
aeque enixe parabit, ac si ipse id bellum gesturus esset.

U. c. 584. *Vos, quae scripsero senatui, aut vobis, credite.* ru-
 a. G. 163. *mores credulitate vestra ne alatis, quorum auctor nemo
 exstabat. Nam nunc quidem, quod vulgo fieri, hoc
 praecipue bello, animadverti, nemo tam famae contem-
 tor est, cuius non debilitari animus possit. In omnibus
 circulis, atque etiam (si Diis placet) in conviviis sunt,
 qui exercitus in Macedoniam ducant; ubi castra locan-
 da sint, sciant; quae loca praesidiis occupanda; quan-
 do, aut quo saltu intranda Macedonia; ubi horrea po-
 nenda; qua terra, mari subvehantur commeatus; quan-
 do cum hoste manus consernda; quando quiesce sit
 melius. Nec, quid faciendum sit ^c), modo statuunt,
 sed, quidquid aliter, quam ipsi censuere, factum est,
 consulem veluti dicta die accusant. Haec magna in-
 pedimenta res gerentibus sunt. neque ^d) enim omnes
 tam firmi et constantis animi contra adversum rumorem
 esse possunt, quam Fabius fuit: qui suum imperium
 minui per vanitatem populi maluit, quam secunda fa-
 ma male rempublicam ^e) gerere. Non sum is, qui non
 existimem admonendos duces esse: immo eum, qui de
 sua unius sententia omnia gerat, superbum iudico
 magis, quam sapientem. Quid ergo est? Primum a
 prudentibus, et proprie rei militaris peritis, et usu do-
 ctis, monendi imperatores sunt: deinde ab his, qui in-
 tersunt gerendis * loco ^f), qui hostem, qui temporum
 opportunitatem vident, qui in eodem velut navigio par-
 ticipes sunt periculi. Itaque si quis est, qui, quod e
 republica sit, suadere se mihi in eo bello, quod gestu-
 rus sum, confidat; is ^g) ne deneget operam reipublicae,
 et in Macedoniam mecum veniat. nave, equo, taberna-
 culo, viatico etiam a me iuvabitur. Si quem id facere
 piget, et otium urbanum militiae laboribus praeoptat, e*

c) quando quiescendum sit.
 Nec, quid melius facien-
 dum sit Gron. Crev. c.

Drak.

d) nec Eaed. c. Drak.

e) rem Eaed. c. Drak.

f) gerendis * loca Gron. ge-
 rendis [rebus, qui] loca
 Crev.

g) is del. Gron. Crev. c.
 Drak.

terra ne gubernaverit. Sermonum satis ipsa praebet U. c. 58.⁴
urbs. loquacitatem suam contineat: nos castrisibus a. C. 163.
consiliis contentos futuros esse sciatur. Ab hac conci-
one, Latinis, quae pridie Kalendas Apriles^{h)} sue-
runt, in monte sacrificio rite perpetrato, protinus
inde et consul et praetor Cn. Octavius in Macedoni-
am profecti sunt. Traditum est memoriae, majore,
quam solita, frequentia prosequentium consulem ce-
lebratum; ac prope certa spe ominatos esse homines,
finem esse Macedonico bello, maturumque redditum
cum egregio triumpho consulis fore.

XXIII. Dum haec in Italia geruntur, Perseus, quod jam inchoatum perficere, quia impensa pecuniae facienda erat, non inducebat in animum, ut Gentium Illyriorum regem sibi adiungeret; hoc, postquam intrasse saltum Romanos, et adesse discriminem ultimum belli animadvertisit, non ultra differendum ratu; quum per Hippiam legatum trecenta argenti talenta pactus esset, ita ut obsides ultro citroque darentur, Pantauchum misit, ex fidissimis amicis, ad ea perficienda. Meteoneⁱ⁾ Labeatidis terrae Pantauchus regi Illyrio obcurrit: ibi et iuriandum ab rege et obsides accepit. missus et a Gentio est legatus, nomine Olympio, qui iuriandum a Perseo obsidesque exigeret. Cum eodem ad pecuniam accipiendo missi sunt, et, auctore Pantaucho, qui Rhodum legati cum Macedonibus irent, Parmenio^{k)} et Marcus destinantur. quibus ita mandatum, ut^{l)}, iuriando, obsidibusque, et pecunia accepta, tum deum Rhodum proficiscerentur: duorum simul regum nomine incitari Rhodios ad bellum Romanum posse. adiunctam civitatem, penes quam unam tum rei navalis gloria esset, nec terra nec mari spem relictaram Ro-

h) Aprilis Gron. Crev.

i) Medeone Eaed. c. Drak.

T. Liv. Tom. IV.

k) irent: Parmenio Gron. Crev.

l) uti Eaed. c. Dark.

U. c. 584. *manis.* Venientibus Illyriis Perseus, ab Enipeo amni
a. C. 168. ex castris cum oīni equitatu profectus, ad Dium ob-
currit. Ibi ea, quae convenerunt ^{m)} circumfuso ag-
mine equitum facta; quos adesse foederis sanctiae cum
Gentio societatis volebat rex, aliquantum eam rem
ratus animorum iis adiecturam. et obsides in conspec-
tu omnium dati acceptique: et, Pellam ad thesauros
regios missis, qui pecuniam acciperent, qui Rho-
duin irent cum Illyriis legatis, Thessalonicae conseu-
dere iussi. Ibi Metrodorus erat, qui nuper ab Rho-
do venerat: auctoribusque Dinone et Polyarato, prin-
cipibus civitatis eius, adfirmabat, Rhodios paratos ad
bellum esse. is princeps iunctae cum Illyriis lega-
tionis datus est.

XXIV. Eodem tempore ad Eumenem et ad An-
tiochum communia mandata, quae subiicere conditio
rerum poterat. *Natura inimica inter se esse liberam
civitatem et regem.* Singulos populum Romanum ad-
gredi, et, quod indignius sit, regum viribus reges ob-
pugnare. Attalo adiutore, patrem suum obpressum.
Eumene adiuvante, et quadam ex parte etiam Philippo
patre suo, Antiochum obpugnatum. in se nunc et Eu-
menem et Prusiam ⁿ⁾ armatos esse. Si Macedoniae
regnum sublatum foret, proximam Asiam esse; quam
iam ex parte, sub specie liberandarum civitatum, su-
am fecerint: deinde Syriam. Iam Prusiam Eumeni
honore praeferri, iam Antiochum victorem praemio belli
ab Aegypto arceri. Haec cogitantem providere iubebat,
ut aut ad pacem secum faciendam compelleret Roma-
nos, aut perseverantes in bello iniusto communes duce-
ret omnium regum hostes. Ad Antiochum aperta man-
data erant, ad Eumenem perspeciem captivorum redi-
mendorum missus legatus erat: verum occultiora
quaedam agebantur, quae in praesentia invisui qui-
dem et suspectum Romanis Eumenem falsis graviori-

m) *convenerant* Gron. Crev.n) *Prusian* Gron.

bus **. Proditor ^{o)} enim ac prope hostis habitus, U. c. 184.
dum inter se duo reges captantes fraude et avaritia
certant. Cydas erat Cretensis, ex intiinis Eumenis:
hic prius ad Amphipolim cum Chimaro quodam po-
pulari suo, militante apud Persea, inde postea ad
Demetriadem, semel cum Menecrate quodam, ite-
rum cum Antimacho, regiis ducibus, sub ipsis moe-
nibus urbis conlocutus fuerat. Herophon ^{p)} quoque,
qui tum missus est, duabus ad eundem Eumenem
jam ante legationibus functus erat. Quae conloquia
occulta et legationes infames quidem erant: sed, quid
actum esset, quidve inter reges convenisset, ignora-
batur. Res autem ita sese ^{q)} habuit.

XXV. Eumenes neque favit victoriae Persei, ne-
que bello eum invadere animo habuit: non tam quia
paternae inter eos iniuriae erant, quam ipsorum
odiis inter se accensae. Non ea regum aemulatio, ut
aequo animo Persea tantas apisci ^{s)} opes, tantamque
gloriam, quanta Romanis victis eum manebat, Eu-
menes visurus fuerit. Cernebat et Persea, iam inde
ab initio belli, omni modo spem pacis tentasse, et in
dies magis, quo propior ad moveretur terror, nihil
neque agere aliud, neque cogitare. Romanos quoque,
quia traheretur diutius spe ipsorum bellum, et ipsos
duces, et senatum, non abhorrere a finiendo tam in-
commodo ac difficiili bello. Hac utriusque partis vo-
luntate explorata, quod fieri etiam sua sponte taedio
validioris, metu insirnioris credebat posse, in eo suam
operam venditare concilianda gratia magis cupiit. Nam,
modo ne iuvaret bello Romanos terra marique, modo
pacis patrandae cum Romanis paciscebatur merce-
dem: ne bello interesset, * mille ^{s)} et quingenta ^{t)} ta-
lenta. in utroque non fidem modo se, sed obsides quo-

o) *gravioribus [criminibus one-
rabant.]* Proditor Crev.

r) *adipisci* Eaed c. Drak.

p) *Eropon* Gron. c. Drak.
Cryphon Grev.

s) *interesset, mille* Eaed. c.
Drak.

q) *se* Gron. Crev.

t) *quingena* Gron.

U. c. 584. que, dare paratum esse, ostendebat. Perseus ad a. C. 168. rem inchoandam promptissimus erat, cogente metu, et de obsidibus accipiendis sine dilatione agebat, con- veneratque, ut accepti Cretam mitterentur. Ubi ad pecuniae mentionem ventum erat, ibi haesitabat: et utique alteram in tanti nominis regibus turpe ac sor- didam, et danti, et magis accipienti, mercedein esse. Malebat in spem Romanae pacis non recusare inpen- sam, sed eam pecuniam perfecta re daturum; interea Somothracae in templo deposituruia. Ea insula quin ipsius ditionis esset, videre Eumenes nihil interesse, an Pellae pecunia esset: id agere, ut partem aliquam praesentein ferret. Ita, nequidquam inter se captati, nihil praeter infamiam movere.

XXVI. Nec haec tantum Perseo per avaritiam est dimissa res, quum pecuniam tutam et pacem habere per Eumenem, quae vel parte regni redimenda esset, ac receptus protrahere iniamicum mercede onustum, et hostes merito ei Romanos posset facere: sed iam ante ^{u)} Gentii regis parata societas, et tum Gallorum, effusorum per Illyricum, ingens agmen oblatum ^{x)} avaritia diuinissimum est. Veniebant decem millia equi- tum, par numerus peditum, et ipsorum iungentium cursuum equis, et in vicem prolapsorum equitum va- cuos capientium ad pugnam equos. Hi pacti erant, eques denos praesentes aureos, pedes quinos, mille dux eorum. Venientibus his Perseus ab Enipeo ex castris profectus obviam cum dimidia copiarum parte denunciare per vicos urbesque, quae vias propinquae sunt, coepit, ut commeatus expedirent, frumenti, vini, pecorum ut copia esset. ipse equos, phaleros- que, et sagula, donum principibus ferre, et parum auri, quod inter paucos divideret, multitudinem cre- dens trahi spe posse. Ad Almanam urbem pervenit,

^{u)} sed etiam Gron. Crev. c.
Drak.

^{x)} *ingens [agmen] oblatum*
Crev.

et in ripa fluminis Axii posuit castra. circa Desudabam^{U. c. 53t.}
 in Maedica exercitus Gallorum conserderat, mercedem^{a. C. 168.}
 pactam opperiens. Eo mittit Antigonum, ex purpu-
 ratis unum, qui iuberet, multitudinem Gallorum ad
 Bylazora (Paeoniae is locus est) castra movere, prin-
 cipes ad se venire frequentes. septuaginta quinque
 millia ab Axio flumine et castris regis aberant. Haec
 mandata ad eos quum pertulisset Antigonus, adieci-
 setque, per viam quanta omnium praeparata cura re-
 gis copia multitudini foret, quibusque muneribus prin-
 cipes advenientes, vestis, argenti equorumque ex-
 cepturus rex esset, de his quidem se coram cognitu-
 ros respondent. illud, quod praesens pepigissent, in-
 terrogant, ecquid aurum, quod in singulos pedites
 equitesque dividendum esset, secum adduxisset?
 Quum ad id nihil responderetur, Clodius regulus
 eorum, *Abi, renuncia ergo, inquit, regi, nisi aurum*
obsidesque accepissent, nusquam inde Gallos longius
vestigium moturos. Haec relata regi quum essent, ad-
 vocato consilio, quum, quid oinnes suasuri essent,
 adpareret, ipse, pecuniae, quam regni, melior cu-
 stos, institut de persidia et feritate Gallorum disse-
 rere. *Multorum iam ante cladibus expertum, pericu-*
losum esse, tantam multitudinem in Macedoniam ac-
cipere, ne graviores eos socios habeant, quam hostes
Romanos. *Quinque millia equitum satis^y) esse, qui-*
bis et uti ad bellum possent, et quorum multitudinem
ipsci non timeant.

XXVII. Adparebat inde^{z)} omnibus, mercedem
 multitudinis timere, nec quidquam aliud: sed, quin-
 suadere consulenti nemo auderet, remittitur Antigo-
 nus, qui nuociaret, quinque millium equitum opera
 tantum uti regem: non tenere^{a)} multitudinem aliam.
 Quod ubi audire barbari, ceterorum quidem fre-
 mitus fuit, indignantium se frustra excitos sedibus

y) *sat* Gron. Crev. c. Drak. a) *contemnere* Eaed. c. Drak.

z) *in* Eaed. c. Drak.

U. c. 534 suis: Clodius rursus interrogat, ecquid ipsis quinque
 a. C. 163. millibus, quod convenisset, numeraret? Quum ad-
 versus id quoque misceri ambages cerneret, inviolato
 fallaci nuncio, (quod vix speraverat ipse posse con-
 tingere) retro ad Istrum, perpopulati Thraciam, qua
 vicina erat viae, redierunt. Quae manus, quieto
 sedento rege ad Enipeum, adversus Romanos Per-
 rhaebiae saltum in Thessaliam traducta, non agros tan-
 tum nudare populando potuit, ne quos inde Romani
 comineatus exspectarent, sed ipsas excindere urbes,
 tenente ad Enipeum Perseo Romanos, ne urbibus
 sociis opitulari possent. Ipsi quoque Romanis de se
 cogitandum fuisset: quando neque manere, amissa
 Thessalia, unde exercitus alebatur, potuissent, ne-
 que progredi, quum ex adverso castra Macedonum ***.
 qui ^{b)} ea pependerant spe, haud mediocriter debili-
 tavit. Eadem avaritia Gentium regem sibi alienavit.
 nam, quum trecenta talenta Pella missis a Gentio
 numerasset, signare eos pecuniam passus. Inde ^{c)}
 decem talenta ad Pantauchum missa, eaque prae-
 sen-
 tia dari regi iussit: reliquam pecuniam, signatam
 Illyriorum signo, portantibus suis praecipit, parvis
 itineribus veherent. dein, quum ad finem Macedoniae
 ventum esset, subsisterent ibi, ac nuncios ab se op-
 perirentur. Gentius, exigua parte pecuniae accepta,
 quum adsidue ^{d)} Pantaicho ad lacesendos hostili-
 facto Romanos stimularetur, M. Perpernam et L. Pe-
 tillium legatos, qui tam forte ad eum venerant, in
 custodiam coniecit. Hoc audito, Perseus, contraxisse
 eum necessitates ratus ad bellum utique cum Roma-
 nis, ad revocandum, qui pecuniam portabat, misit:
 velut nihil aliud agens, quam ut, quanta maxima
 posset, praeda ex se ^{e)} victo Romanis reservaretur.

b) *Macedonum essent. Tanta occasione e manibus amissa Perseus Romanorum unimos confirmavit, Macedonum] qui Crev.*

c) *passus est. Inde Gron. passus, inde Crev.*
 d) *add. a Gron. Crev.*
 e) *se del. Eaed. c. Drak.*

Et ab Eumene Herophon^f), ignotis, quae occulte acta^{U. c. 584.}
erant, redit. De captivis actum esse et ipsi evulgaverant,^{a. C. 163.}
et Eumenes consulem, vitandae^g) suspicionis
caussa, certiorem fecit.

XXVIII. Perseus, post redditum ab Eumene Herophonis^h spe deiectus, Antenorem et Callippum praefectos classis cum quadraginta lembis (adiectae ad hunc numerum quinque pristes erant) Tenedum mittit; ut inde sparsasⁱ) per Cycladas insulas naves, Macedoniam cum frumento petentes, tutarentur. Cassandrae deductae naves in portus primum, qui sub Atho monte sunt, inde Tenedum placido mari quum traiecerent, stantes in portu Rhodias apertas naves Eudamumque praefectum earum, inviolatos^k), atque etiam benigie appellatos dimiserunt. Cognitoinde, in latere altero quinquaginta onerarias suarum, stantibus in estio portus Eumenis rostratis, quibus Damius praeerat, inclusas esse; circumvecti^l) propere, ac submotis terrore hostium navibus, onerarias, datis, qui prosequerentur, decem lembis, in Macedoniam mittunt: ita ut in tutum prosecuti redirent Tenedum. Nono post die ad classem, iam ad Sigeum stantem, redierunt. Inde Subota (insula est interiecta Elaeae^m) et Atho) traiiciunt. Forte postero die, quam Subota classis tenuit, quinque et triginta naves, quas lippagogos vocant, ab Elaea profectae cum equitibus Gallis equisque, Phanas promontorium Chiorum petebait, upde transmittere in Macedonia posse. Attalo ab Eumene mittebantur. Has naves per altum ferri quum ex specula signum datum Antenori esset, profectus a Subotis, inter Erythrarum promontorium Chiumque, qua artissimum fretum est, iis obcurrit.

f) *Eropo.* Gron. c. Drak.

Crypho. Crev.

g) *evitan'ae* Gron.

h) *Eroponis* Gron. c. Drak.

Cryphonis Crev.

i) *sparsae* Gron. Crev. c.

Drak.

k) *inviolatas* Eaed. c. Drak.

l) *circumvectis* Gron. Crev.

m) *Eleue* Gron.

U. c. 584. Nihil minus credere praefecti Eumenis, quam Mace-
a. C. 168. donum classem in illo vagari mari: nunc Romanos
esse, nunc Attalum, aut remissos aliquos ab Attalo ex
castris Romanis Pergamum petere. Sed quum iam
adpropinquantium forma leborum hand dubia esset,
et concitatio remorum, directaeque in se prorae, ho-
stes adpropinquare aperuissent; tunc iniecta trepidat-
io est, quum resistendi spes nulla esset, inhabili-
que navium genere, et Gallis vix quietem ferentibus
in mari. Pars eorum, qui propiores continent litora
erant, in Erythraeamⁿ⁾ enarunt: pars, velis datis,
ad Chium naves eiecere, relictisque equis, effusa fuga
urbem petebant. Sed, propius urbem lembi accessuque
commodiore quum exposuissent armatos, partim in
via fugientes Gallos adepti Macedones ceciderunt,
partim ante portam exclusos. clauerant enim Chii
portam, ignari, qui fugerent, aut sequerentur.
Octingenti ferme Gallorum occisi, ducenti vivi capti:
equi, pars in mari, fractis navibus, absunti; partim
nervos subciderunt in litore Macedones. viginti exi-
miae equos formae cum captivis eosdem decem lembos,
quos ante miserat, Antenor devehere Thessalonica-
m iussit, et primo quoque tempore ad classen re-
verti: Phanis se eos exspectaturum. Triduum ferme
classis ad urbem stetit. Phanas inde progressi sunt,
et spe celerius reversis decem lembis, evecti Aegeo^{o)}
mari Delum traicerunt.

XXIX. Dum haec geruntur, legati Romani, C.
Popillius et^{p)} G. Decimius, et C. Hostilius, a Chal-
cide profecti, tribus quinqueremibus Delum quum
venisse, lembos ibi Macedonum quadraginta, et
quinque regis Eumenis quinqueremes invenerunt.
Sanctitas templi insulaeque inviolatos praestavat om-
nes. Itaque permixti Romanique et Macedones et
Eumenis navales socii in templo, inducias religione

n) *Erythream* Gron. Crev. p) et del. Crev.
o) *Aegeo* Eaed.-c. Drak.

loci praebente, versabantur. Antenor, Persei p[re]e-U. c. 584. fectus, quum aliquas alto praeserri onerarias naves ex^a. C. 168. speculis significatum foret, parte lemborum ipse insequens, parte per Cycladas disposita, praeterquam si quae Macedoniam peterent, omnes aut subprimebat, aut spoliabat naves. quibus poterant^q), Popillus aut Eumenis naves subcurrebant^r): sed vecti nocte binis aut ternis plerumque lembis Macedones sallabant. Per id fere tempus legati Macedones Illyriique simul Rhodum venerunt, quibus auctoritatem addidit non lemborum modo adventus, passim per Cycladas atque Aegaeum^s) vagantium mare, sed etiam coniunctio ipsa regum Persei Gentiique, et fama cum magno numero peditum equitumque venientium Gallorum. Et iam quum accessissent animi Dinoni ac Polyarato, qui Persei partium erant, non benigne modo responsum regibus est, sed palam pronunciatum, *bello finem se auctoritate sua inposituros esse. itaque ipsi quoque reges aequos adhiberent animos ad pacem accipiedam.*

XXX. Iam veris principium erat, novique duces in provinciam venerant; consul Aemilius in Macedoniam, Octavius Oreum ad classem, Anicius in Illyricum, cui bellandum adversus Gentium. Patre Pleurato rege Illyriorum et matre Eurydica genitus fratres duos, Platorem utroque parente, Caravantium matre eadem natum, habuit. Hoc propter ignobilitatem paternam minus suspecto, Platorem occidit et duos amicos eius, Ettritum^t et Epicadum, in pigros viros, quo tutius regnaret. Fama fuit, Honuni Dardanorum principis filiam Etutam pacto fratri enim invidisse, tamquam his nuptiis adiungenti sibi Dardanorum gentem. et simillimum^u) id vero fecit ducta ea virgo, Platore interfecto. Gravis deinde, demto fratri metu, popularibus esse coepit: et violentiam

q) poterat Gron. Crev. c.
Drak.

r)succurrebat Eaed. c. Drak.

s) Aegeum Gron. Crev.

t) Ettritum Eaed.

u) similis Eaed. c. Drak.

U. c. 58^a. insitam ingenio intemperantia vini accendebat. Ce-
a. C. 163^b. terum, sicut ante dictum est, ad Romanum incitatus
bellum, Lissum omnes copias contraxit. quindecim mil-
lia armatorum fuerunt. Inde, fratre in Caviorum
gentem, vi aut terrore subigendam, cum mille pe-
ditibus et quinquaginta equitibus misso, ipse ad Bas-
sauiam urbem quinque millia ab Liso ducit. Socii
erant Romanorum. itaque per praemissos ^{x)} nuncios
prius tentati, obsidionem pati, quam dedere sese, ma-
luerunt. Caravantium in Caviis Durnium oppidum ad-
venientem benigne accepit: Caravantis altera urbs ex-
clusit. et, quum agros eorum effuse vastaret, aliquot pa-
lati milites agrestium concursu interfecti sunt. Iam et-
Ap. Claudius, adsumptis ad eum exercitum, quem habe-
bat, Bullinorum ^{y)}, et Apolloniatum et Dyrrhachino-
rum auxiliis, profectus ex hibernis, circa Genusum ^{z)} am-
nem castra habebat; auditio foedere inter Persea et Gentium,
et legatorum violatorum iniuria accensus, bellum
haud dubie adversus eum gesturus. Anicius praetor, eo
tempore Apolloniae auditis, quae in Illyrico gererentur,
praemissisque ad Appium literis, ut se ad Genusum op-
periretur, triduo et ipse in castra venit: et ad ea, quae
habebat, auxilia Parthinorum iunctis ^{a)} duobus mil-
libus peditum et equitibus ducentis, (peditibus Epicadus,
equitibus Algalsus ^{b)} praeerat) parabat ducere in Illy-
ricum, maxime ut Bassanitas solveret obsidione. te-
nuit inpetum eius fama lemborum vastantium mari-
timam oram. Octoginta erant lembi, auctore Pan-
tauco missi a Gentio ad Dyrrhachinorum et Apollo-
niatum agros populandos. Tum classis ad

* * *

to eo, tradiderunt se.

x) missos Gron. Crev. c. Drak.

y) Bullinorum Gron. Crev.

In Crev. min. Bullinorum
legitur.

z) Genusum hic et paullo
post Gron. Crev. c. Drak.

a) auxilia assumptis Parthi-

norum iuuentutis Gron. c.

Drak. auxilia [assump-
tis] Parthinorum iuuentutis

Crev.

b) Agalsus Gron. Crev.

XXXI. Deinceps et urbes regionis eius idem sa-a. C. 584.
 ciebant, adiuvante inclinationem animorum clemen-^{U. c. 163.}
 tia in omnes et iustitia praetoris Romani. Ad Sco-
 dram inde ventum est, id quod belli caput erat ^c);
 non eo solum, quod Gentius eam sibi ceperat velut
 regni totius arcem, sed etiam quod Labeatum gentis
 munitissima longe est et difficilis aditu. Duo cinc-
 gunt eam flumina, Clausala latere urbis, quod in ori-
 entem patet, praefluens, Barbanna ^d) ab regione oc-
 cidentis, ex Labeatide palude oriens. hi duo amnes
 confluentes incident Oriundi flumini; quod, ortum ex
 monte Scordo ^e), multis et aliis auctum aquis, mari
 Hadriatico infertur. Mons Scordus ^f), longe altissi-
 mus regionis eius, ab oriente Dardaniam subiectam
 habet, a meridie Macedoniam, ab occasu Illyricum.
 Quamquam munitum situ naturali oppidum erat,
 gensque id tota Illyriorum et rex ipse tuebatur, ta-
 men praetor Romanus, quia prima successerant pros-
 pere, fortunam totius rei principia secuturam esse ra-
 tus, et repentinum valitrum terrorem, instructo
 exercitu ad moenia succedit. Quod si clausis portis
 muros portarumque turres, dispositis armatis, defen-
 dissent, vano cum incepto moenibus pepulissent Ro-
 manos. nunc, porta egressi, proelium loco aequo ma-
 iore animo commiserunt, quam sustinuerunt. Pulti
 enim et fuga congregati, quum ducenti amplius in
 ipsis faucibus portae cecidissent, tantum intulerunt
 terrorem, ut oratores extemplo ad praetorem mitte-
 ret Gentius Teuticum et Bellum, principes gentis, per
 quos inducias peteret, ut deliberare de statu rerum
 suarum posset. Triduo in hoc dato, quum castra Roma-
 na quingentos ferme passus ab urbe abessent, navem
 concendit, et flumine Barbanna navigat in lacum La-
 beatum, velut secretum locum petens ad consultandum;

^c) fuerat Gron. Crev. c. Drak.
 d) *Barbana* hic et infra Eaed.
 c. Drak.

^e) *Scodro* Eaed. c. Drak.
 f) *Scodrus* Eaed. c. Drak.

U. c. 584. sed, ut adparuit, falsa spe excitus, Caravantium fra-
a. C. 163. trem, multis millibus arinotorum actis ex ea regione,
in quam missus erat, adventare. qui postquam eva-
nuit rumor, tertio post die navem eamdem secundo
amni Scodram demisit: praemissisque nunciis, ut sibi
adpellandi praetoris potestas fieret, copia facta, in
castra venit. Et principium orationis ab accusatione
stultitiae orsus suae, postremo ad preces lacrimasque
effusus, genibus praetoris accidens, in postestatem sese
dedit. Primo, bonum animum habere iussus, ad coe-
nam etiam invitatus, in urbem ad suos rediit, et cum
praetore eo die honorifice est epnatus: deinde in
custodiam C. Cassio tribuno militum traditus, vix gla-
diatorio accepto decem talentis ab rege rex, ut in eam
fortunam recideret.

XXXII. Anicius, Scodra recepta, nihil prius, quam
requisitos Petillum Perpernamque legatos ad se duci,
iussit. quibus splendore suo restituto, Perpernam ex-
templo mittit ad comprehendendos amicos cognatos-
que regis: qui, Meteonem^{g)}, Labeatum gentis urbem,
profectus, Etlevam uxorem cum filiis duobus, Scerdi-
laedo^{h)} Pleuratoque, et Caravantium fratrem Scodram
in castra adduxit. Anicius, bello Illyrio intra triginta
dies perfecto, nuncium victoriae Perpernam Romanum
misit: et post dies paucos Gentium regem ipsum cum
parente, coniuge, acⁱ⁾ liberis, ac fratre, aliisque prin-
cipibus Illyriorum. Hoc unum bellum prius perpe-
tratum, quam coeptum, Romae auditum est. Qui-
bus diebus haec agebantur, Perseus quoque in magno
terrore erat, propter adventum simul Aemilii novi
consulis, quem cum ingentibus minis adventare au-
diebat, simul Octavii praetoris. Nec minus terroris
a classe Romana et periculo maritima orae halebat.
Thessalonicae Eumenes et Athenagoras preeerant cum

g) *Medeonem* Gron. Crev.
c. Drak.

h) *Serdileto* Gron. Crev.
i) ac del. Eaed.

parvo praesidio duorum millium caetratorum. Eo et U. c. 584. Androcl^k) praefectum mittit, iussum sub ipsis^a. C. 163. navalibus castra habere. Aeneam^l) mille equites cum Antigono misit ad tutandam maritimam oram: ut, quo-cumque litore adplicuisse naves hostium audissent, extemplo ferrent agrestibus opem. quinque millia Macedonum missa ad praesidium Pythii et Petrae, quibus praepositi erant Histiaeus, et Theogenes, et Medon^m). His profectis, ripam munire Knipei flumi-nis adgressus est, quia sicco alveo transiri poterat. Huic ut oannis multitudo vacaret, seminae, ex propinquis urbibus coactae, cibaria in castra adferebant; miles iussus ex propinquis silvis benigneⁿ)

* * *

XXXIII. ***conferre^o), postremo sequi se ultra-rios ad mare, quod minus trecentos passus aberat, iussit, et in litore alios alibi modicis intervallis sode-re. montes ingentis altitudinis spem faciebant, eo magis quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continere latices, quorum venae in mare permanantes undae miscerentur. Vix diducta^p) summa arena erat, quum scaturigines turbidae primo et tenues emicare, dein liquidam multamque fundere aquam, velut Deum dono, coeperunt. Aliquantum ea quoque res duci famae et auctoritatis apud milites adiecit. Iussis de-inde militibus expedire arma, ipse cum tribunis pri-misque ordinibus vadit ad contemplandos transitus; qua descensus facilis armatis, qua in ulteriore ripam minime iniquus adscensus esset. His satis exploratis, illa quoque primum, ut ordine ac sine tumultu omnia in agmine ad nutum imperiumque ducis fierent, pro-vidit. Ubi omnibus simul pronunciaretur, quod sie-ret, neque omnes exaudirent; incerto imperio accepto,

^{k)} *Androclen* Gron.

ⁿ⁾ *benigne* del. Eaed. c. Drak.

^{l)} *Aeniam* Gron. Crev. c. Drak.

^{o)} *conferre* del. Eaed. c. Drak.

^{m)} *Milo* Eaed. c. Drak.

^{p)} *deducta* Eaed. c. Drak.

U. c. 584 alios, ab se adiicientes, plus eo, quod imperatum
 a. C. 168 sit, alios minus facere. clamores deinde dissonos oriri
 omnibus locis, et prius hostes, quam ipsos, quid pa-
 retur, scire. Placere igitur, tribunum militum primo
 pilo legionis secretum edere imperium: illum, et de-
 in singulos, proximo cuique in ordine centurioni di-
 cere, quid opus facto sit; sive a primis signis ad no-
 vissimum agmen, sive ab extremis ad primos perfe-
 rendum imperium sit. Vigiles etiam novo more scu-
 tum in vigiliam ferre vetuit: non enim in pugnam vi-
 gilem ire, ut armis utatur, sed ad vigilandum, ut,
 quum senserit hostium adventum, recipiat se, exci-
 tetque ad arma alios. Scuto prae se erecto stare ga-
 leatos: deiude ⁴⁾ ubi fessi sint, innisos pilo, capite
 super marginem scuti posito, sopitos stare: ut fulgen-
 tibus armis procul conspicui ab hoste possint, ipsi ni-
 hil provideant. Stationum quoque morem mutavit.
 armati omnes, et frenatis equis equites, diem
 totum perstabant. id quum aestivis diebus, urente
 adsiduo sole, fieret, tot horarum aestu et languore
 ipsos equosque fessos integri saepe adorti hostes, vel
 pauci plures vexabant. itaque ex matutina statione ad
 meridiem decedi, et in postmeridianam succedere
 alios iussit: ita numquam fatigatos recens hostis ad-
 gredi poterat.

XXXIV. Haec quum ita fieri placere, concione
 advocata, pronunciasset, adiecit urbanae concioni con-
 venientem orationem. *Unum imperatorem in exercitu*
providere et consulere, quid agendum sit, debere, nunc
per se, nunq cum iis, quos advocarit ^{r)} in consilium.
qui non sint advocati, eos nec palam, nec secreto iac-
tare consilia sua. Militem haec tria curare debere,
corpus ut quam validissimum et pernicissimum habeat;
arma apta, cibum paratum ad subita imperia: celera
scire de se Diis immortalibus et imperatori suo curae

q) dein Gron. Crev.

r) advocaverit Ead. c. Drak.

esse. in quo exercitu milites consultent, imperator^{s)} ru- U. c. 584.
 moribus vulgi circumagatur, ibi nihil salutare esse. Se, a. C. 168.
 quod sit officium imperatoris, provisurum, ut bene ge-
 rendae rei occasionem eis praebeat. illos nihil, quid^{t)}
 futurum sit, quaerere: ubi datum signum sit, tum mi-
 litarem operam navare. Ab his praecepsis concessionem
 dimisit; vulgo etiam veteranis fatentibus, se illo pri-
 mum die, tanquam tirones, quid agendum esset in
 re militari, didicisse. Non sermonibus tantum his,
 cum quanto adsensu audissent verba consulis, osten-
 derunt; sed rerum praesens effectus erat. Neminem
 totis mox castris quietum videres: acuere alii gladios:
 alii galeas bucculasque, scuta alii, alii loricas tergere^{u)}:
 alii aptare corpori arma, experirique sub his membro-
 rum agilitatem: quatere alii pila, alii micare gladiis, mu-
 cronemque intueri: ut facile quis cerneret, ubi primum
 conserendi manu in cum hoste data occasio esset, aut vic-
 toria egregia, aut morte memorabili finituros^{x)} bellum.
 Perseus quoque quum, adventu consulis simul et veris
 principio, strepere omnia moverique apud hostes, velut
 novo bello, cerneret, mota a Phila castra in adver-
 ripa posita, nunc ad contemplanda opera sua circum-
 ire ducem, haud dubie transitus speculantem,

* * *

norum esse.

XXXV. Quae res Romanis auxit animos, Macedo-
 nibus regique eorum haud mediocrem adulterrorem.
 Et primo subprimere in occulto famam eius rei est
 conatus, missis, qui Pantauchum inde venientem ad-
 propinquare castris vetarent. sed iam et pueri quidam
 visi ab suis erant inter obsides Illyrios ducti:
 et, quo quaeque adcuratius celantur^{y)}, eo facilius loqua-
 citate regiorum ministrorum emanant. Sub idem
 tempus Rhodii legati in castra venerunt cum iis-

s) milites, consul, et impe-
 rator Gron. Crev. c. Drak.

t) quod Eaed. c. Drak.

u) scuta alii loricasque ter-
 gere Eaed. c. Drak.

x) inituros Eaed. c. Drak.

y) curantur Eaed. c. Drak.

U. c. 584dem de pace mandatis, quae Romae ingentem iram
 a. C. 163 Patrum excitavere. Multo iniquioribus animis a ca-
 strensi consilio auditи sunt. Itaque quum alii praeci-
 pites sine responso * agendos castris ^{z)}), pronunciavit,
 post diem quintum decimum se responsum daturum.
 Interim, ut adpareret, quantum pacificantium Rhodio-
 rum auctoritas valuisse, consultare de ratione belli
 gerendi coepit. Placebat quibusdam, et maxime ma-
 ioribus natu, per Enipei ripam munitionesque vim
 facere, *confertis et vim facientibus resistere Macedonas*
non posse: ex tot castellis aliquanto altioribus ac mu-
nitionibus, quae validis praesidiis insedissent, priore anno
deiectos. aliis placebat, Octaviu[m] cum classe Thessalonici-
 cam petere, et populatione maritimae orae distingere
 copias regias: ut, altero ab tergo se ostendente bello,
 circumactus ad interiorem partem regni tuendam, nu-
 dare aliqua parte transitus Enipei cogeretur. Ipsi na-
 tura et operibus inexsuperabilis r[ipa] videbatur: et,
 praeterquam quod tormenta ubique disposita essent,
 missilibus etiam melius et certiore ictu hostes uti au-
 dierat. Alio spectabat mens tota ducis: dimissoque
 consilio Perrhaebos mercatores, Coenum ^{a)} et Meno-
 philum, notae et fidei iam sibi et prudentiae homines,
 arcessitos secreto percunctatur, quales ad Perrhaebiam
 transitus sint. Quum loca non iniqua esse dicarent,
 praesidiis autem regiis ^{b)} obsideri, spei cepit, si
 nocte improviso valida manu adgressus necopinantes
 esset, deiici praesidia posse. *Iacula enim et sagittas*
et cetera missilia in tenebris, ubi, quid petatur, procul ^{c)}
provideri nequeat, inutilia esse. gladio cominus geri rem
in permixta turba, quo miles Romanus vincat. His du-
 cibus usurus, praetorem Octaviu[m] arcessitum, ex-
 posito, quid pararet, Heracleum cum classe petere
 iubet, et mille hominibus decem dierum cocta cibaria

z) *sine responso [censerent]* b) *regis* Eaed. c. Drak.
agendos castris Crev. c) *procul* del. Crev.

a) *Schoenum* Gron. Crev. c. Drak.

habere. Ipse P. Scipionem Naſicam; Q. Fabium Maxi- U. c. 584.
 num filium suum cum quinque delectis milibus Hera- a. C. 168.
 cleum mittit, velut classem consensuros ad maritimam
 oram interioris Macedoniae, quod in consilio agitatum
 erat, vastandam. Secreto indicatum, cibaria his
 praeparata ad classem esse, ne quid eos morare-
 tur. Inde iussi duces itineris ita dividere viam, ut
 quarta vigilia tertio die Pythium adoriri possent. Ip-
 se postero die, ut detineret⁴⁾ regem ab circumspectu
 rerum aliarum, prima luce medio in alveo cum sta-
 tionibus hostium proelium commisit. pugnatumque
 utrimque est levi armatura: nec gravioribus armis in
 tam inaequali alveo pugnari poterat. Descensus ripae
 utriusque in alveum trecentorum ferme passuum erat:
 medium spatium torrentis, alibi aliter cavati, paullo
 plus quam mille passus patebat. Ibi in medio, spe-
 etantibus utrimque ex vallo castrorum hinc rege, hinc
 consule cum suis legionibus, pugnatum est. Missilibus
 procul regia auxilia melius pugnabant; cominus stabi-
 lior et tutior, aut parma, aut scuto Ligustino, Ro-
 manus erat. Meridie fere receptui cani suis consul
 iussit. ita eo die direntum proelium est, haud pau-
 cis utrimque intersectis. Sole orto postero die, irri-
 tatis certamine animis, etiam acrius concursum est:
 sed Romani, non ab his tantum, cum quibus con-
 tractum certamen erat, sed multo magis ab ea multi-
 tudine, quae disposita in turribus stabat, omni genere
 missilium telorum ac saxis maxime vulnerabantur.
 Ubi proprius ripam hostium subissent, tormentis missa
 etiam ad ultimos perveniebant. Multo pluribus eo die
 amissis, consul paullo serius recepit suos. Tertio die
 proelio abstinuit, degressus ad iunam partem castro-
 rum, veluti per devexum in mare brachium transitum
 tentaturus. Perseus, quod in oculis erat,

* * *

d) *distineret* Gron. Crev. e,
 Drak.

U. c. 584. XXXVI. *** anni post circumactum solsticium
 a. C. 163. erat: hora diei iam ad meridiem vergebatur: iter multo
 pulvere et incandescente sole factum erat. lassitudo
 et sitis iam sentiebatur, et, meridie instante, magis ac-
 cessurum utrumque adparebat. Statuit sic adfectos
 recenti atque integro hosti non obiicere. Sed tantus
 ardor in animis ad dimicandum utrumque erat, ut
 consuli non minore arte ad suos eludendos, quam ad
 hostes, opus esset. Nondum omnibus instructis, in-
 stabat tribunis militum, ut inaturarent instruere:
 circumibat ipse ordines, animos militum hortando
 in pugnam accendebat. Ibi primo alacres signum
 poscebant. deinde, quantum increceret aestus, et
 vultus minus vigentes et voces seigniores erant, et
 quidam incumbentes scutis, nisique pilis stabant. Tum
 iam aperte primis ordinibus imperat, metarentur fron-
 tem castrorum, et impedimenta constituerent. Quod
 ubi fieri milites sensere, alii gaudere palam, quod
 fessos viae labore flagrantissimo aestu non coegisset
 pugnare. legati circa imperatorem ducesque externi
 erant, inter quos et Attalus, omnes adprobantes, quum
 pugnaturum consulem credebant: neque enim ne his
 quidem^e) cunctationem aperuerat suam. tunc mutatione
 consilii subita quum alii silerent, Nasica unus ex om-
 nibus ausus est monere consulem, *Ne hostem, ludifica-*
tum^f) priores imperatores, fugiendo certamen, manibus
emitteret^g). Vereri, ne, si nocte abeat^h), sequendus maxi-
 mo labore ac periculo in intima Macedoniae sitⁱ); cae-
 susque^k), sicut prioribus ducibus, per calles saltus-
 que Macedonicorum montium vagando circumagatur.
Se magnopere suadere, dum in campo patenti hostem
habeat, adgrediatur, nec oblatam occasionem vincen-
di amittat. Consul, nihil offensus libera admonitione

e) quidem del. Gron. Crev. c.
 Drak.

f) ne hostem quidem ludifica-
 tos Eaed. c. Drak.

g) emittere Eaed. c. Drak.

h) ne nocte abeat Eaed.c.Drak.

i) sit del. Eaed. c. Drak.

k) exercitusque Eaed. c. Drak.

tam clari adolescentis, *Et ego, inquit, animum istum*^{U. c. 584.} *habui, Nasica, quem tu nunc habes: et, quem ego*^{a. C. 163.} *nunc habeo, tu habebis. Multis belli casibus didici, quando pugnandum, quando abstinendum pugna sit. Non operae sit stanti nunc in acie docere, quibus de caassis hodie quiesce melius sit. rationes alias reposcito: nunc auctoritate veteris imperatoris contentus eris. Conticuit adolescentis; haud dubie videre aliqua impedimenta pugnae consulem, quae sibi non adparerent.*

XXXVII. Paullus, postquam metata castra impedimentaque conlocata animadvertisit, ex postrema acie triarios primos subducit: deinde principes, stantibus in prima acie hastatis, si quid hostis moveret: postremo hastatos, ab dextro primum cornu singulorum paullatim signorum milites subtrahens. Ita pedites, equitibus cum levi armatura ante aciem hosti obpositis, sine tumultu abducti: nec ante, quam prima frons valli ac fossa perducta est, ex statione equites revocati sunt. Rex quoque, quum sine detrectatione paratus pugnare eo die fuisse, contentus, quod per hostem moram fuisse pugnae scirent, et ipse in castra copias reduxit. Castris pernunitis, C. Sulpicius Gallus tribunus militum secundae legionis, qui praetor superiore anno fuerat, consulis permissu ad concionem militibus vocatis pronunciavit, *nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ab hora secunda usque ad quartam horam noctis lunam defecturam esse. Id, quia naturali ordine statis temporibus fiat, et sciri ante et praedici posse. Itaque quemadmodum, quia certi solis lunaque et ortus et occasus sint, nunc pleno orbe, nunc senescentem*¹⁾ *exiguo cornu fulgere lunam non mirarentur; ita ne obscurari quidem, quum condatur umbra terrae, trahere in prodigium debere. Nocte, quam pridie Nonas Septembres insecuta est dies, edita*

1) *senescente* Gron. Crev. c.
Drak.

U. c. 584. hora luna quum defecisset, Romanis militibus Galli sa-
a. C. 168. pientia prope divina videri: Macedonas, ut triste pro-
digium, occasum regni perniciemque gentis porten-
dens, movit: nec aliter vates. clamor ululatusque
in castris Macedonum fuit, donec luna in suam lucem
emersit. Postero die (tantis^m) utrius ardor ex-
ercitui ad concurrendum fuerat, ut etⁿ) regem et
consulem suorum quidam, quod sine proelio discessum
esset, accusarent) regi^o) promta defensio erat, non
eo solum, quod hostis prior, aperte pugnam detre-
ctans, in castra copias reduxisset; sed etiam, quod eo
loco signa constituisset, quo phalanx, quam inutilem vel
mediocris iniquitas loci efficeret, promoveri non posset.
Consul ad id, quod pridie praetermisso pugnandi occa-
sionem videbatur, et locum dedisce hosti, si nocte
abire vellet, tunc quoque perspeciem in molandi terere
videbatur tempus, quin luce prima signum propositum
pugnae ad exeundum in aciem fuisset. Tertia demum
hora, sacrificio rite perpetrato, ad consilium vocavit; at-
que ibi, quod rei gerendae tempus esset, loquendo et
intempestive consultando videbatur quibusdam extra-
here. post sermones tamen consul orationem habuit.

XXXVIII. *P. Nasica, egregius adolescens, ex omnibus unus, quibus hesterno^p) die pugnari placuit, denudavit mihi suum consilium: idem postea, ita ut transisse in sententiam meam videri posset, tacuit. Quibusdam aliis absentem carpere imperatorem, quam praesentem monere, melius visum est. Et tibi, P. Nasica, et quicumque idem, quod tu, occultius senserunt, non gravabor reddere dilatae pugnae rationem. Nam tantum abest, ut me hesternae quietis poeniteat, ut servatum a me exercitum eo consilio credam. in qua me opinione esse ne quis sine causa vestrum credat, reco-*

^m) postero die, tantus Crev.

ⁿ) et del. Gron.

^o) accusarent. Regi, signis

parentheseos omissis, Gron

Crev. c. Drak.

^p) hesterna Grno.

gnoscat, agendum, mecum, si videtur, quam multa prou. c. 584.
 hoste et adversus nos fuerint. Iam omnium primum,^a C. 163.
 quantum numero nos praestent, neminem vestrum nec
 ante ignorasse, et hesterno die explicatam ^{q)} intuentes
 aciem animadvertisse, certum habeo. Ex hac nostra
 paucitate quarta pars militum praesidio impedimentis
 relicta erat: nec ignavissimum quemque relinqui ad
 custodiam sarcinarum scitis. Sed fuerimus omnes. par-
 vum hoc tandem esse credimus, quod ex his castris, in
 quibus hac nocte mansimus, exituri in aciem hodierno
 aut sumnum crastino die, si ita videbitur, Diis bene
 iuvantibus, sumus? Nihilne interest, utrum militem;
 quem neque viae labor hodie, neque operis fatigaverit,
 quietum, integrum in tentorio suo arma capere iubeas,
 atque in aciem plenum virum, vigentem et corpore et ani-
 mo educas? an longo itinere fatigatum, et opere ^{r)} sessum;
 madentem sudore, ardentibus siti fauibus, ore atque oculis
 repletis pulvere, torrente ^{s)} meridiano sole, hosti obiicias
 recenti, requieto ^{t)}, qui nulla re ante consumtas vires ad
 proelium adferat? Quis, pro Deum fidem! ita com-
 paratus, vel iners atque inbellis, fortissimum virum non
 vicerit? Quid? quod hostes per summum otium instruxer-
 ant aciem, reparaverant animos, stabant compositi
 suis quisque ordinibus? nobis tunc repente trepidandum
 in acie instruenda erat, et incompositis concurrendum?

XXXIX. At, hercule, aciem quidem inconditam
 inordinatamque habuissemus: castra munita, provisam
 aquationem, tutum ad eam iter praesidiis inpositis; ex-
 plorata circa omnia; an nihil nostri habentes praeter
 nudum campum, in quo pugnaremus? Maiores vestri
 castra munita portum ad omnes casus exercitus duce-
 bant esse; unde ad pugnam exirent, quo iactati tem-
 pestate pugnae receptum haberent. ideo, quum muni-
 mentis ea sepsissent ^{u)}, praesidio quoque valido firmabant;

q) implicatam Gron. Crev.
 c. Drak.

r) onere Eaed. c. Drak.

s) torrentem Eaed. c. Drak.

t) quieto Eaed. c. Drak.

u) sepsissent Eaed. c. Drak.

U. c. 584. *quod, qui castris exutus erat, etiam si pugnando aci-*
 a. C. 168 *vicisset, pro victo haberetur. castra sunt victori recepta-*
culum, victo perfugium. Quam multi exercitas, qui-
bis minus prospera pugnae fortuna fuit, intra vallum
compulsi, tempore suo, interdum momento post, eru-
pione facta, victorem hostem pepulerunt? patria altera
est militaris haec sedes, vallumque pro moenibus, et
tentorium suum cuique militi domus ac penates sunt.
Sine ulla sede vagi dimicassemus, ut quo victores nos
reciperemus? His difficultatibus et inpedimentis pugnae
illud obponitur: Quid si hostis hac interposita nocte
abisset, quantum rursus sequendo eo penitus in ultimam
Macedoniam exhauriendum laboris erat? Ego autem,
neque mansurum eum, neque in aciem copias educturum
fuisse, certum habeo, si cedere hinc statuisset. quanto
enim facilius abire fuit, quum procul abessemus, quam
nunc, quum in cervicibus sumus? Nec falleret nos,
nec interdiu nec nocte abeundo. Quid autem est nobis
optatius, quam ut, quorum castra, praearcta fluminis
ripa tuta, vallo insuper septa ac crebris turribus, ob-
pugnare adorti sumus, eos, relictis munimentis, agmine
effuso abeentes, in patentibus campis ab tergo adoriam-
mur? Hae dilatae pugnae ex hesterno die in hodiernum
caussae fuerunt. Pugnare enim et ipsi mihi placet; et
ideo, quia per Enipeum amnem septa ad hostem via erat,
alio saltu, deiectis hostium praesidiis, novum iter ape-
rui: neque prius, quam debellavero, absistam.

XL. Post hanc orationem silentium fuit, partiim
 traductis in sententiam eius, partim verentibus nequid-
 quam offendere in eo, quod, utcumque praetermis-
 sum, revocari non posset. Ac ne illo ipso quidem
 die, aut consule, aut rege, (rege, quod nec fessos³⁾),
 ut pridie, ex via, neque trepidantes in acie instruen-
 da et vix dum compositos adgressurus erat; consule,
 quod in novis castris non ligna, non pabulum con-

3) aut rege, [rege] quod nec fessos, omissis parentheseos
 signis, Grev.

vectum erat; ad quae petenda ex propinquis agris magna^{U.} c. 534.
pars militum e castris exierat) neutro imperatorum^{a.} C. 168.
volente. Fortuna, quae plus consiliis humanis pollet,
contraxit certamen. Flumen erat haud magnum pro-
pins hostium castris, ex quo et Macedones et Ro-
manii aquabantur, praesidiis ex ultraque ripa positis,
ut id facere tuto possent. Due cohorte^s a parte Ro-
manorum erant, Marrucina et Peligna; duas turmae
Samnitium equitum, quibus praeerat M. Sergius Silus
legatus: et aliud pro castris stativum erat praesidium
sub C. Cluvio legato, tres cohortes, Firmana, Vestina,
Cremonensis; duas turmae equitum, Placentina et
Aesernina. Quum otium ad flumen esset, neutrī
lācessentib^s, hora circiter nona^{z)} iumentum, e mani-
bus curantium elapsum, in ulteriore ripam effugit.
quod quum per aquam, ferme genu tenus altam,
tres milites sequerentur, Thraces duo id iu-
mentum ex medio alveo in suam ripam traherent^a);
altero eorum occiso, receptoque eo iumento, ad sta-
tionem suorum se recipiebant. Octingentorum Thra-
cum praesidium in hostium ripa erat. ex his pauci
primo, aegre passi popularem in suo conspectu cae-
sum, ad perseguendos interfectores fluvium transgressi
sunt: dein plures, postremo omnes, et cum praesidio,

* * *

proelium ducit.

XLI. Movebat imperii maiestas, gloria viri, ante
omnia aetas, quod maior sexaginta annis iuvenum mu-
nia in parte praecipua laboris periculique capessebat.
Intervallum, quod inter caetratos et phalanges^{b)} erat,
inpletum legio, atque aciem hostium interrupit. A
tergo caetratis erat, frontem adversus clipeatos habe-
bat: chalcaspides^{c)} adpellabantur. Secundam legio-
nem L. Albinus consularis ducere adversus leuca-

^{z)} *quarta* Gron. Crev. c. Drak.

^{c)} *aglaspides* Gron. Crev. c.

^{a)} *trahentes* Eaed. c. Drak.

Drak.

^{b)} *phalangem* Gron.

U. c. 5⁸⁴. spidem phalangem iussus: ea media acies hostium
 a. C. 16³. suit. In dextrum cornu, unde circa fluvium commis-
 sum proelium erat, elephantes inducit, et alas soci-
 orum ^{d)}: et hinc primum fuga Macedonum est orta.
 Nam sicut pleraque nova commenta mortalium in ver-
 bis vim habent, experiendo, quum agi, non, quem-
 admodum agantur, edisseri, oportet, sine ullo ef-
 fectu evanescunt; ita tum elephanti in acie no men-
 tantum sine usu fuerunt. Elephantorum inpetum
 subsecuti sunt socii nominis Latini, pepuleruntque
 laevum cornu. In medio secunda legio inmissa dis-
 sipavit phalangem. neque ulla evidentior caussa victo-
 riae suit, quam quod multa passim proelia erant, quae
 fluctuantem turbarunt primo, deinde disiecerunt pha-
 langem: cuius confertae et intentis horrentis hastis intol-
 erabiles vires sunt. Si carpit ad grediendo circumagere
 inmobilem longitudine et gravitate hastam cogas, con-
 fusa strue implicantur: si vero aut ^{e)} ab latere, aut
 ab tergo aliquid tumultus increpuit, ruinae modo
 turbantur. sicut tum adversus catervatim incurrentes
 Romanos, et interrupta multifariam acie, obviam ire
 cogebantur: et Romani, quacunque data intervalla
 essent, insinuabant ordines suos. Qui, si universa
 acie in frontem adversus instructam phalangem con-
 currisserint, quod Paignis, principio pugnae incaute
 congressis adversus caetratos, evenit, induissent se
 hastis, nec confertam aciem sustinuissent.

XLII. Ceterum sicut peditum passim caedes sie-
 bant, nisi qui abiectis armis fugerunt; sic equitatus
 prope integer pugna excessit. Princeps fugae rex ipse
 erat. iam a Pydne cum sacris alis equitum Pellam
 petebat: confessim eos Cotys ^{f)} sequebatur Odry-
 sarumque equitatus. ceterae quoque Macedonum alae
 integris abibant ordinibus; quia interiecta peditum

d) *elephantes inducti, et alas sociorum* Gron. Crev. c. Drak.
 e) *aut del.* Gron. Crev.

f) *confestim Costocus Eaed.*
 c. Drak.

acies, cuius caedes victores tenebant ^{g)}), inmemores ^{U. c. 584.}
 fecerat sequendi equites. Diu phalanx a fronte, a la-^{a.} ^{C. 168.}
 teribus, ab tergo caesa est: postremo, qui ex hostium
 manibus elapsi erant, inermes ad mare fugientes, qui-
 dam aquam etiam ingressi, manus ad eos, qui in clas-
 se erant, tendentes, suppliciter vitam orabant: et
 quum scaphas concurrere undique ab navibus cerne-
 rent, ad excipiendos sese venire rati, ut caperent
 potius, quam occiderent, longius in aquam, quidam
 etiam natantes, progressi sunt. Sed quum hostiliter
 e scaphis caederentur, retro, qui poterant, nando re-
 petentes terram, in aliam foediorem pestem incide-
 bant. elephanti enim, ab rectoribus ad litus acti, ex-
 euntes obterebant elidebantque. Facile conveniebat,
 Romanis numquam ^{h)} una acie tantum Macdonum
 intersectum. Caesa enim ad viginti millia hominum
 sunt: ad sex millia, qui Pydnam ex acie persugerant,
 vivi in potestatem pervenerunt: et vagi ex ⁱ⁾ fuga
 quinque millia hominum capta. Ex victoribus cecid-
 erunt non plus centum, et eorum multo maior pars
 Peligni. vulnerati aliquanto plures sunt. Quod si
 maturius pugnari coeptum esset, ut satis diei victo-
 ribus ad persequendum superesset, deletae omnes
 copiae forent: nunc inminens nox et fugientes texit,
 et Romanis pigritiem ad sequendum locis igno-
 tis fecit.

XLIII. Perseus ad Pieriam silvam via militari,
 frequenti agmine equitum et regio comitatu, fugit. Si-
 mul in silvam ventum est, ubi plures diversae semi-
 tae erant, et nox adpropinquabat; cum perpaucis
 maxime fidis via devertit ^{k)}. Equites, sine duce re-
 licti, alii alia in civitates suas dilapsi sunt: perpauci
 inde Pellam celerius, quam ipse Perseus, quia recta ex-
 pedita via ierant, pervenerunt. Rex ad medium ferme

g) *tenebat* Gron. Crev.

i) *e Eaed. c. Drak.*

h) *conveniebat* Romanis, nun-
 quam Eaed.

k) *divertit* Drak.

U. a. 534. noctem terrore et variis difficultatibus viae vexatus
a. C. 163. est. In regia Perseo, qui Pellae praerat, Euctus
regiique pueri praesto erant. contra ea amicorum,
qui, alii alio casu servati, ex proelio Pellam ve-
nerant, quum saepe arcessiti essent, nemo ad eum
venit. tres erant tantum cum eo fugae comites, Eu-
ander Cretensis, Neo¹⁾ Boeotius, et Archidamus Ae-
tolus. cum iis, iam metuens, ne, qui venire ad se
abnuerent, maius aliquid mox auderent, quarta vigi-
lia profugit. Secuti eum sunt adinodum quingenti
Cretenses. petebat Amphipolim: sed nocte a Pella
exierat, properans ante lucem Axium amnem traicere,
eum sinem sequendi, propter difficultatem transitus,
fore ratus Romanis.

XLIV. Consulem, quum se in castra victor rece-
pisset, ne sincero gaudio frueretur, cura de minore
filio stimulabat. P. Scipio is erat, Africanus et ipse
postea, deleta Karthagine, adpellatus, naturalis con-
sulis Paulli, adoptione Africani nepos. Is, septimum
deciuum tunc annum agens, quod ipsum curam auge-
bat, dum effuse sequitur hostes, in partem aliam tur-
ba ablatus erat: et, serius quin redisset, tunc de-
inum, recepto sospite filio, victoriae tantae gaudium
consul sensit. Amphipolim quin iam fama pugnae
pervenisset, concursusque matronarum in templum
Dianae, quam Tauropolon vocant, ad opem expo-
scendam fieret; Diodorus, qui praerat urbi, metu-
ens, ne Thraces, quorum duo millia in praesidio erant,
urbem in tumultu diriperent, ab subornato ab se per
fallaciam in tabellarii speciem literas in foro medio
acepit. Scriptum in iis erat, ad Emathiam classem
Romanam adpulsam esse, agrosque circa vexari. orare
praefectos Emathiae, ut praesidium adversus popula-
res mittat. His lectis, hortatur Thracas, ut ad tuen-
dam Emathiae oram proficiantur. magnam eos cæ-
dem praedamque, palatis passim per agros Romanis,

1) Non Gron. Crev.

*facturos. Simul elevat famam adversae pugnae: quae U. c. 584.
si vera foret, alium super alium recentes ex fuga ven-*^a*turos fuisse. Per hanc caussam Thracibus ablegatis,
simul transgressos eos Strymonem vidiit, portas clausit.*

XLV. Tertio die Perseus, quam pugnatum erat, Amphipolim venit. inde oratores cum caduceo ad Paulum misit. Interim Hippias, et Medon^m), et Pantauchus, principes amicorum regis, Beroeaⁿ), quo ex acie confugerant, ipsi ad consulem prosecti, Romanis se^o) dedunt: hoc idem et alii deinceps metu perculsi^p) parabant facere. Consul, nunciis victoriae Q. Fabio filio et L. Lentulo et Q. Metello cum literis Romam missis, spolia iacentis hostium exercitus peditibus concessit; equitibus praedam circumiecti agri, dum ne amplius duabus noctibus ab^q) castris abessent. Ipse proprius mare ad Pydnam castra movit. Beroea primum, deinde Thessalonica, et Pella, et deinceps omnis ferme Macedonia intra biduum dedita. Pydnaei, qui proximi erant, nondum miserant legatos: multitudo incondita plurium simul gentium, turbaque, quae ex acie fuga in unum compulsa erat, consilium et consensum civitatis inpediebat: nec clausae modo portae, sed etiam inaedificatae erant. Missi Medon^r) et Pantauchus sub muros ad conloquium Solonis, qui praesidio praererat^s): per eum emititur militaris turba, oppidum deditum militibus datur dipiendum. Perseus, una tantum spe Bisalarum auxillii tentata^t), ad quos nequidquam miserat legatos, in concionem processit, Philippum secum filium habens: ut et ipsos Amphipolitanos, et equitum peditumque, qui aut semper secuti, aut fuga eodem delati erant, adhortando animos confirmaret^u). Sed ali-

^m) Milo Gron. Crev. c. Drak.

^q) a Eaed. c. Drak.

ⁿ) Berocam Eaed. c. Drak.

^r) Milo Eaed. c. Drak.

^o) se del. Eaed. c. Drak.

^s) erut Eaed. c. Drak.

^p) aliae deinceps metu perculsae Eaed. c. Drak.

^t) tentati Crev.
^u) confirmarent Gron.

U. c. 58^{x)}; quoties^{x)} dicere incipientem quum lacrimae praepedis-
a. C. 163. sent; quia ipse dicere nequit, Euandro Cretensi edi-
tis; quae agi cum multitudine vellet, de templo de-
scendit. Multitudo, sicut ad conspectum regis fletum-
que tam miserabilem et ipsa ingemuerat lacrimaverat-
que, ita Euandri orationem adspernabatur: et qui-
dam ausi sunt media ex concione subclamare. *Abite
hinc, ne, qui pauci supersumus, propter vos pereamus.*
Horum ferocia vocem Euandri clausit. Rex inde^{y)}
domum se recepit, pecuniaque et auro argentoque in-
lembos, qui in Strymone stabant, delatis, et ipse ad
flumen descendit. Thraces, navibus se committere
non ausi, domos dilapsi, et aliae militaris generis
turbae: Cretenses spem pecuniae secuti. et, quoniam
in dividendo plus obfensionum, quam gratiae, erat,
quinquaginta talenta iis posita sunt in ripa diripienda.
Ab hac direptione quum per tumultum naves conser-
derent, lembum unum in ostio amnis multitudine
gravatum merserunt. Galepsum eo die, postero Sa-
mothracam, quam petebant, pervenient: ad duo
millia talentum pervecta eo dicuntur.

XLVI. Paullus, per omnes deditas civitates di-
missis, qui praeessent, ne qua iniuria in nova pace
victis fieret, retentisque apud se caduceatoribus re-
gis, P. Nasicam, ignarus fugae regis, Amphipolim
misit cum modica peditum equitumque manu: si-
mul ut Sinticen evastaret, et ad omnes conatus re-
gis^{z)} impedimento esset. Inter haec Meliboea a
Cn. Octavio capitur diripiturque: ad Aeginium, ad
quod obpugnandum Cn. Anicius legatus missus erat,
ducenti, eruptione ex oppido facta, amissi sunt, ig-
naris Aeginiensibus debellatum esse. Consul, a Pyd-
na profectus, cum toto exercitu die altero Pellam per-
venit: et, quum castra mille passus inde posuisset,
per aliquot dies ibi stativa habuit, situm urbis undi-

x) aliquotiens Gron.

y) in Gron. Grev. c. Drak.

z) regi Gron. G:ev.

que adspiciens; quam non sine caussa delectam esse^{U. c. 584.}
 regiam advertit. Sita est in tumulo, vergente in occidentem hibernum. cingunt paludes inexsuperabilis altitudinis aestate et hieme, quas restagnantes faciunt lacus. In ipsa palude, qua proxima urbi est, velut insula eminet, aggeri operis ingentis inposita: qui et murum sustineat, et humore circumfusae paludis nihil laedatur. Muro urbis coniuncta procul videatur. divisa est intermurali amni, et eadem ponte iuncta: ut nec, obpugnante externo, aditum ab ulla parte habeat; nec, si quem ibi rex includat, ullum nisi per facillimae custodiae pontem effugium. Et gaza regia in eo loco erat: sed tum nihil praeter trecenta talenta, quae missa Gentio regi, deinde retenta fuerant, inventum est. Per quos dies ad Pellam stativa fuerunt, legationes frequentes, quae ad gratulandum convenerant, maxime ex Thessalia, auditae sunt. Nuncio deinde accepto, Persea Samothracam traiecerunt, profectus a Pella consul quartis castris Amphipolim pervenit. Effusa omnis obviam^{a)} turba cuivis indicio erat, non bono ac iusto rege orba^{b)}

a) *obvia* Gron. Crev. c. Drak. b) *ob ra* Gron.

EPITOME LIBRI XLV.

Perseus ab Aemilio Paullo in Samothrace 1) captus est. Quum Antiochus, Syriae rex, Ptolemaeum et Cleopatram, Aegypti reges, obsideret, et missis ad eum a senatu legatis, qui iuberent, ab obsidione socii regis absisteret 2), editisque mandatis consideraturum se ille, quid faciendum esset, respondisset; unus ex legatis Popillius virga regem circumscriptis: ius sitque, antequam circulo excederet, responsum daret. qua asperitate effecit, ut Antiochis bellum omitteret. Legationes gratulantium populorum ac regum in senatum admissae. Rhodiorum, quia eo bello contra populum Romanum faverant 3), exclusa. postero die, quum de eo quaereretur, ut iis bellum iudiceretur, caussam in senatu patriae suae legati egerunt, nec tamquam hostes, nec tamquam socii dimisi. Macedonia in provinciae formam redacta est 4). Aemilius Paullus, repugnantibus militibus eius 5) propter minorem praedam, et contradicente Ser. Sulpicio Galba, triumphavit: et Persen 6) cum tribus filiis ante currum duxit. cuius triumphi laetitia ne solida ei contingeret, duorum filiorum funeribus insignita est: quorum alterius mors patris triumphum praecessit, alterius secuta est. Lustrum conditum est a censoribus. Censa sunt civium capitata trecenta duodecimi millia, octingenta quinque. Prusias, Bithyniae rex, Romam, ut senatui gratularetur ob victoriam ex Macedonia partam, venit; et Nicomedem filium senatui commendavit. Rex, plenus adulatioonis, libertum se populi Romanii dicebat.

1) *Samothracia* Gron. Crev.4) *est* del. Eaed.2) *ab•sistere* Eaed.5) *suis* Eaed.3) *fuerant* Eaed.6) *Perseum* Eaed.

T. LIVII PATAVINI

LIBER XLV.

Victoriae nuncii, Q. Fabius et L. Lentulus et Q.U. c. 584.
 Metellus, quanta potuit adhiberi festinatio, celeriter^a. C. 168.
 Romanum quum venissent, praecepsit^a) tamen eius rei
 laetitiam invenerunt. Quarto post die, quam cum
 rege est pugnatum, quum in circo ludi fierent, mur-
 mur repente populi tota spectacula pervasit; *pugnatum*
in Macedonia, et devictum regem esse. Dein fremitus
 increvit^b): postremo clamor plaususque, velut certo
 nuncio victoriae adlato, est exortus. Mirari magi-
 stratus, et quaerere auctorem repentinae laetitiae: qui
 postquam nullus erat, evanuit quidem tamquam incer-
 tae rei gaudium; omen tamen laetum insidebat ani-
 mis. Quod postquam veris nunciis Fabii Lentulique
 et Metelli adventu firmatum est, quum Victoria ipsa,
 tum augurio animorum suorum, laetabantur. Et ali-
 ter editur^c) circensis turbae non minus similis veri laeti-
 tia. Ante diem quintum^d) decimum Kalendas Octobres,
 ludorum Romanorum secundo die, C. Licinio consuli,
 ad quadrigas mittendas escendentis, tabellaris, qui
 se ex Macedonia venire diceret, * laureatas^e) literas
 dicitur: quadrigis missis, consul currum concendit:
 et, quum per circum reveneretur ad foros publicos,
 laureatas tabellas populo ostendit. Quibus conspectis,

a) *praecepsit* Gron. Crev. c.
 Drak.

b) *increbuit* Gron. Crev. in-
 crebruit. Drak.

c) *traditur* Eaed. c. Drak.

d) *quintum* del. Eaed. c. Drak.

e) *diceret, [reddidisse] lau-
 reatas* Crev.

U. c. 584. repente inmemor spectaculi populus in medium de-
a. C. 168. currit. eo senatum consul vocavit, recitatisque ta-
bellis, ex auctoritate Patrum pro foris publicis denun-
ciavit populo: *L. Aemilium collegam signis conlatis*
cum rege Perseo pugnasse. Macedonum exercitum cae-
sum fusumque. Regem cum paucis fugisse. civitates
omnes Macedoniae in ditionem populi Romani venisse.
Ihis auditis, clamor cum ingenti plausu ortus: ludis
relictis, domus ^{f)} magna pars hominum ad coniuges
liberosque laetum nuncium portabant. Tertius deci-
mus dies erat ab eo, quo in Macedonia pugnatum est.

II. Postero die senatus in curia habitus, supplica-
tionesque decretae, et senatusconsultum factum est,
ut consul, quos, praeter milites sociosque navales,
coniuratos haberet, dimitteret. de militibus sociis-
que navalibus dimittendis referretur, quin legati ab
L. Aemilio consule, a quibus praemissus tabellarius
esset, * ^{g)} Ante diem sextum Kalendas Octobres ^{h)},
hora fere secunda, legati urbem ingressi sunt, et ⁱ⁾
ingentem secum obcurrentium, quacumque ibant, pro-
sequentiumque trahentes turbam, in forum ad tribu-
nal perrexerunt. Seuatus forte in curia erat: eo le-
gatos consul introduxit. Ibi tantum temporis retenti,
dum exponerent, quantae regiae copiae peditum equi-
tumque fuissent, quot millia ex his caesa, quot capta
forent; quam paucorum militum iactura tanta hos-
tium strages facta; quam cum paucis rex fugisset:
existimari Samothraciam petiturum, paratam classem ad
persequendum esse: neque terra, neque mari elabi posse;
eadem haec paullo post in concionem traducti expo-
suerunt: renovataque laetitia, quum consul edixisset,
ut omnes aedes sacrae aperirentur, pro se quisque ex
concione ad gratias agendas iere ^{k)} Diis; ingentique
turba, non virorum modo, sed etiam feminarum,

f) domos Gron. Crev.

g) tabellarius esset, [venissent.]
Crev.

h) Octobris Gron. Crev.

i) et del. Eaed. c. Drak.
k) ire. Eaed. c. Drak.

conferta tota urbe Deorum immortalium tempла. Se-U. c. 584
 natus, revocatus in curiam, supplicationes, ob rem
 egregie gestam ab L. Aemilio consule, in quinque
 dies circa omnia pulvinaria decrevit, hostiisque ma-
 ioribus sacrificari iussit. Naves, quae in Tiberi pa-
 ratae instructaeque stabant, ut, si rex posset resistere;
 in Macedoniam mitterentur, subduci, et in navalibus
 conlocari: socios navales, dato annuo stipendio, di-
 mitti, et cum his omnes, qui in consulis verba iura-
 verant: et quod militum Corcyrae, Brundisii, ad mare
 superum, aut in agro Larinati esset, (omnibus his
 locis dispositus exercitus fuerat, cum quo, si res po-
 sceret, C. Licinius collegae ferret opem) hos omnes
 milites dimitti placuit. Supplicatio pro concione po-
 pulo¹⁾ indicta est, ex ante diem quintum Idus Octo-
 bres cum eo die in quinque dies.

III. Ex Illyrico duo legati, C. Licinius Nerva et
 P. Decius, nunciarunt, exercitum Illyriorum caesum:
Gentium regem captum, in^m) ditione populi Romani et
Illyricum esse. Ob eas res, gestas ductu auspicioque L.
 Anicii praetoris, senatus in triduum supplicationes de-
 crevit, ut Latinae edictae a consule sunt in ante quartum
 et tertium et pridie Idus Novembres. Tradidere qui-
 dam, legatos Rhodios, nondum missos, post victo-
 riā nunciātam, velut ad ludibrium stolidae super-
 biae, in senatum vocatos esse. Ibi Agepolimⁿ) prin-
 cipem eorum ita locutum: *Missos esse legatos ab Rho-*
diis ad pacem inter Romanos et Persea faciendam; quod
id bellum grave atque incommodum Graeciae omni-
sumtuosum ac damnosum ipsis Romanis esset. Fortu-
nam perbene fecisse, quando, finito aliter bello, gratu-
landisibi de victoria egregia Romanis opportunitatem
dedisset. Haec ab Rhodio dicta. Responsum ab se-
natu esse, Rhodios nec utilitatum^o) Graeciae, neque

1) *populi* Gron. Crev. c. n) *Agepolim* Eaed. c. Drak.

Drak.

m) *captum* in Gron. Crey.

o) *utilitatum* Gron. Crev.

U. c. 584. *cura iupensarum populi Romani, sed pro Perseo legatio-*
a. C. 163. *nem eam misisse. Nam, si ea fuisse cura, quae simu-*
laretur, tum mittendos legatos fuisse, quum Perseus, in
Thessaliam^{p)} exercitu inducto, per biennium Graecas ur-
bes, alias obsideret, alias denunciatione armorum ter-
reret. Tum nullam pacis ab Rhodiis mentionem fa-
ciam. Postquam superatos saltus transgressosque in
Macedoniam Romanos audierint^{q)}, et inclusum teneri
Persea, tunc Rhodios legationem misisse, non ad ul-
lam aliam rem, quam ad Persea ex imminenti periculo
eripiendum. cuin hoc responso legatos dimissos.

IV. Per eosdem dies et M. Marcellus, ex provin-
cia Hispania decadens, Marcolica nobili urbe capta,
decem pondo auri, et argenti ad summam sestertii de-
cies in aerarium retulit. Paullus, Aemilius consul,
quum castra, ut supra dictum est, ad Siras terrae
Odomanticae haberet, quum literas ab rege Perseo
per ignobiles tres legatos cerneret, et ipse inlacri-
masse dicitur sorti humanae: quod, qui paullo ante,
non contentus regno Macedoniae, Dardanos Illyrios-
que obpugnasset, Bastarnarum excivisset auxilia, is
tum, amissō exercitu, extorris regno, in parvam in-
sulam compulsus, supplex, fani religione, non viri-
bus suis, tutus esset. Sed postquam, *Regem Persea*
consuli Paullo salutem, legit; miserationem omnem
stultitia ignorantis fortunam suam exemit. Itaque
quamquam in reliqua parte literarum minime regiae
preces erant, tamen sine responso ac sine literis ea
legatio dimissa est. Sensit Perseus, cuius nominis
obliviscendum victo esset: itaque alterae literae cum
privati nominis titulo missae, et petiere, et inpetra-
vere, ut aliqui ad eum mitterentur, cum quibus lo-
qui de statu et conditione sua fortunae posset. Mis-
si sunt tres legati, P. Lentulus, A. Postumius Albi-
nus, A. Antonius. Nihil ea legatione perfectum est,

p) *Thessalia* Gron.

q) *audirent* Gron. Crev. c.
Drak.

Perseo regium nōmēn omni vi amplectente, Paullo, U. c. 58.
ut se suaque omnia in fidem et clementiam populi Ro-^{a.} C. 168.
mani permitteret, tendente^r).

V. Dum haec aguntur, classis Cn. Octavii Samothracam est adpulsa. Is quoque, praesenti admoto terrore, modo minis, modo spe perlicere, ut se traduceret, quum conaretur; adiuvit in hoc eum res, seu casu contracta, seu consilio. L. Atilius inlustris adolescens, quum in concione esse populum Samothracum animum advertisset, a magistratibus petiit, ut sibi paucis adloquendi populi potestatem facerent. Permissio, *Utrum nos, hospites Samothraces, vere accepimus, an falso, sacram hanc insulam, et augusti totam atque inviolati soli esse?* Quum creditae sanctitati adsentirentur omnes, *Cur igitur, inquit, pollui eam homicida, * sanguine regis Eumenis violavit, et s), quum omnis praefatio sacrorum eos, quibus non sint purae manus, sacris arceat, vos penetralia vestra contaminari cruento latronis corpore sinetis?* Nobilis fama erat apud omnes Graeciae civitates, Euemenis regis per Euandrum Delphis prope perpetrata caedes. Itaque, praeterquam quod in potestate Romanorum sese insulamque totam et templum cernebant esse, ne inmerito quidem ea sibi exprobrari rati, Theondam, qui summus magistratus apud eos erat, (regem ipsi appellant) ad Persea mittunt, qui nunciaret, *Arguicædis Euandrum Cretensem. esse autem iudicia apud sese more maiorum comparata de iis, qui incestas manus intulisse intra terminos sacratos templi dicantur.* Si consideret Euander, innoxium se rei capitalis argui, veniret ad caussam dicendam: si committere se iudicio non auderet, liberaret religione templum, ac sibimet ipse consuleret. Perseus, evocato Euandro, iudicium subeundi nullo pacto auctor esse: nec caussa, nec gratia

^r) contendente Gron. Crev. c. Drak.

^{s)} pollutam homicida sanguine regis Eumenis violavit? et Eaed. c. Drak.

U. c. 584. *parem fore.* Suberat et ille metus, ne damnatus auctorem se nefandi facinoris protraheret. *reliqui quid esse*^{t)}, *nisi ut fortiter moriatur?* Nihil palam abnuere Euander; sed quum veneno se malle mori, quam ferro, dixisset; occulte fugam parabat. quod quum renunciatum regi esset, metuens, ne, tamquam a se subtracto poenae reo, iram Samothracum in se converteret, interfici Euandrum iussit. Qua perpetrata temere caede, subiit extemplo animum, in se nimirum receptam labem, quae Euandi fuisse: ab illo Delphis vulneratum Eumenem, ab se Samothracae Euandrum occisum. ita duo sanctissima in terris tempula, se uno auctore, sanguine humano violata. Huins rei crimen, corrupto pecunia Theonda, avertitur, ut renunciaret populo, Euandrnm sibi ipsum mortem consisse^{u)}.

VI. Ceterum tanto facinore in unicum relictum aunicum, ab ipso per tot casus expertum, proditumque, quia non prodiderat, omnium ab se abalienavit animos. Pro se quisque transire ad Romanos: fugaque consilium capere solum prope relictum coegerunt: Oroandemque Cretensem, cui nota Thraciae ora erat, quia mercaturas in ea regione fecerat, adpellat, ut se sublatum in lembum ad Cotym deveheret. Deme-trium est portus in promontorio quodam Samothracae: ibi lembus stabat. Sub occasum solis deferuntur, quae ad usum necessaria erant: desertur et pecunia, quanta clani deferri poterat. Rex ipse nocte media, cum tribus consciis fugae, per posticum aedium in propinquum cubiculo hortum, atque inde, maceriam aegre transgressus, ad mare pervenit. Oroandes iam tum, quum^{x)} pecunia deserretur, primis tenebris solverat navem, ac per altum Cretam petebat. Postquam in portu navis non inventa est, vagatus Perseus aliquamdiu in litore, postremo timens lucem iam ad-

t) *esset* Gron. Crev. c. Drak. x) *dum* Eaed. c. Drak.

u) *consciuisse* Gron. Crev.

propinquantem, in hospitium redire non ausus, in U. c. 584.
latere templi prope angulum obscurum delituit. Pue- a. C. 168.
ri regii apud Macedonas vocabantur principum liberi,
ad ministerium electi regis: ea cohors, persecuta ^{y)}
regem fugientem, ne tum quidem abscedebat, donec
iussu Cn. Octavii pronunciatum est per praetorem,
*Regios pueros Macedonasque alios, qui Samothracae
essent, si transirent ad Romanos, incolumitatem, liber-
tatemque et sua omnia servaturos, quae aut secum ha-
berent, aut in Macedonia reliquissent.* Ad hanc vocem
transitio omnium facta est, nominaque dabant ad C.
Postumium tribunum militum. Liberos quoque par-
vos regios Ion Thessalonicensis Octavio tradidit: nec
quisquam, praeter Philippum, maximum natu e filiis,
cum rege relicta. Tum sese filiumque Octavio tra-
didit; fortunam Deosque, quorum templum erat ^{z)},
nulla ope supplicem iuvantes, accusans. In praeto-
riam navem inponi iussus; eodem et pecunia, quae
superfuit, delata est: extemploque classis Amphipo-
lim repetit. Inde Octavius regem in castra ad con-
sulem misit, praemissis literis, ut in potestate eum
esse et adduci sciret.

VII. Secundam eam Paullus, sicut erat, victoriam
ratus, victimas cecidit eo nuncio; et, consilio advo-
cato, literas praetoris quum recitasset, Q. Aelium
Tuberonem obviam regi misit; ceteros manere in
praetorio frequentes iussit. Non alias ad ullum spe-
ctaculum tanta multitudo obcurrerit. Patrum aetate
Syphax rex captus in castra Romana adductus erat:
praeterquam quod nec sua, nec gentis fama comparan-
dus, tunc ^{a)} accessio Punici belli fuerat, sicut Gen-
tius Macedonici. Perseus caput belli erat: nec ipsius
tantum patris avique ^{b)}, quos sanguine ac genere con-

y) prosecuta Gron. Crev.

z) quorum in templo erant
Eaed. c. Drak.

a) add. quoque Eaed. c. Drak.

b) nec ipsius tantum, patris
avique Eaed. c. Drak,

U. c. 584 tinebat, fama conspectum eum efficiebat, sed effulge-
a. C. 163 hant Philippus ac Magnus Alexander, qui summum
imperium in orbe terrarum Macedonum fecerant.

Pullo amictus illo Perseus ingressus est castra, nullo
suorum alio comite, qui socius calamitatis miserabi-
liorem eum ficeret. progreedi p[ro]ae turba obcurrent-
tium ad spectaculum non poterat, donec a consule
lictores missi essent, qui submoto ^{c)} iter ad praetor-
rium facerent. Consurrexit consul, et, iussis sedere
aliis, progressusque paullum, introeunti regi dextram
porrexit. submittente[m]que se ad pedes sustulit: nec
adtingere genua passus, introductum in tabernaculum
adversus advocatos in consilium considere iussit.

VIII. Prima percontatio fuit, *qua subactus iniuria
contra populum Romanum bellum tam infesto animo
suscepisset; quo se regnumque suum ad ultimum discri-
men adduceret?* Quum, responsum exspectantibus
eunctis, terram intuens, diu tacitus sleret, rursum
consul: *Si iuvenis regnum accepisses, minus equidem
mirarer, ignorasse te, quam gravis aut amicus, aut ini-
micus esset populus Romanus. nunc vero, quum et bello
patris tui, quod nobiscum gessit, interfuisse, et pacis
postea, quam cum summa fide adversus eum caluimus,
meminisse, quod consilium, quorum et vim bello, et
fidei in pace expertus essem, cum iis tibi bellum esse,
quam pacem; malle?* Nec interrogatus, nec accusatus
quum responderet; *Utcumque tamen haec, sive errore
humano, seu casu, seu necessitate inciderunt, bonum
animum habe: multorum regum, populorum casibus co-
gnita populi Romani clementia non modo spem tibi, sed
prope certam fiduciam salutis, praebet.* Haec Graeco
sermone Perseo: Latine deinde suis, *Exemplum in-
signe cernitis, inquit, mutationis rerum humanarum.
Vobis hoc praecipue dico, iuvenes. ideo in secundis re-*

c) donec consul lictores misisset, qui submovendo Gron. Crev.
c. Drak.

bus nihil in quemquam superbe ac violenter consulere de- U. c. 584.
cet, nec praesenti credere fortunae; quum, quid vesper^{a)} G. 168.
ferat, incertum sit. Is demum vir erit, cuius animum
neque^{d)} prospera statu suo efferet, nec adversa infrin-
get. Consilio dimisso, tuendi cura regis Q. Aelio
mandatur. Eo die et invitatus ad consulem Perseus,
et alius omnis ei honos habitus est, qui haberi in ta-
li fortuna poterat.

IX. Exercitus deinde in hiberna dimissus est. maximam partem copiarum Amphipolis, reliquas propinquae urbes acceperunt. Hic finis belli, quum quadriennium continuum bellatum esset, inter Romanos ac Persea fuit: idemque finis incliti per Europae plerumque atque Asiam omnem regni. Vicesimum ab Carano, qui primus regnavit, Persea numerabant. Perseus, Q. Fulvio, L. Manlio consulibus, regnum accepit: a senatu rex est appellatus, M. Iunio, A. Manlio consulibus: regnavit undecim annos. Macedonum obscura admodum fama usque ad Philippum Amyntae filium fuit: inde ac per eum crescere quum coepisset, Europae se tamen finibus continuit, Graeciam omnem et^{e)} partem Thraciae atque Illyrici amplexa. Supersudit deinde se in Asiam: et tredecim annis, quibus Alexander regnavit, primum omnia, qua Persarum prope immenso spatio imperium fuerat, suae ditionis fecit. Arabas hinc Indianique, qua terrarum ultimos fines^{f)} Rubrum mare amplectitur, peragravit. tum maximum in terris Macedonum regnum nomenque; inde morte Alexandri distractum in multa regna, dum ad se quisque opes rapiunt, lacerantes suis^{g)} viribus: a summo culmine fortunae ad ultimum finem centum quinquaginta annos stetit.

X. Victoriae Römanae fama quum pervasisset in Asiam, Antenor, qui cum classe lemborum ad Pha-

d) nec Gron. Crev. c. Drak.
 e) ac Gron. Crev.

f) *ultimus finis* Eaed. c. Drak.
 g) *suis* del. Eaed. c. Drak.

U. c. 584^{nas} stabat, Cassandream^{h)} inde traiecit. C. Popillius,
a. C. 168. qui ad Delum praesidio navibus Macedoniae peten-
tibus erat, postquam debellatum in Macedonia, et sta-
tione submotis hostium lembos audivit, dimissis et
ipse Atticis navibus, ad suscep̄ta legationem per-
agendam navigare Aegyptum pergit: ut prius obcur-
rere Antiocho posset, quam ad Alexandreae moenia
accederet. Quum praeterveharentur Asiam legati,
et Loryma venissent, qui portus viginti paullo am-
plius millia ab Rhodo abest, ex adverso urbi ipsi po-
situs; principes Rhodiorum obcurrunt (iam enim eo
quoque victoriae fama perlata erat) orantes, ut Rhodum
deveharentur. pertinere id ad famam salutemque
civitatis, noscere ipsos omnia, quae acta essent, age-
renturque Rhodi, et comperta per se, non vulgata fama,
Romam referre. Diu negantes perpulerunt, ut mor-
ram navigationis brevem pro salute sociae urbis pa-
terentur. Postquam Rhodum ventum est, in concio-
nem quoque eos iidem precibus pertraxerunt. Ad-
ventus legatorum auxit potius timorem civitati, quam
minuit: omnia enim Popillius, quae singuli univer-
sique eo bello hostiliter dixerant, fecerantque, retulit.
et, vir asper ingenio, augebat atrocitatem eorum,
quae dicerentur, vultu truci et accusatoria voce: ut,
quum propriae simultatis nulla caussa cum civitate
esset, ex unius senatoris Romani acerbitate, qualis
in se universi senatus animus esset, coniectarent. C.
Decimii moderatior oratio fuit, qui, in plerisque eorum,
quae commemorata a Popillio essent, culpam non penes
populum, sed penes paucos concitores vulgi esse, dixit.
eos, venalem linguam habentes, decreta plena regiae ad-
sentationis fecisse: et eas legationes misisse, quarum
Rhodios semper non minus puderet, quam poeniteret.
Quae omnia, si ea mēpsⁱ⁾ populo foret, in capita no-

h) Cassandriam Gron. Crev. c. i) si tamen Eaed. c. Drak.

xiorum versura. Cum magno adsensu auditus est, nonU. c. 584.
 magis eo, quod multitudinem noxa levabat ^k), quam^a C. 163.
 quod culpam in auctores verterat. Itaque quum prin-
 cipes eorum Romanis responderent, nequaquam ^l)
 tam grata oratio eorum fuit, qui, quae Popillius ob-
 iecerat, diluere utcumque conati sunt; quam eorum,
 qui Decimio in auctoribus ad piaculum noxae obicien-
 dis adsensi sunt, Decretum igitur extemplo, ut, qui
 pro Perseo adversus Romanos dixisse quid, aut fe-
 cissee, convincerentur, capitis condemnarentur. Ex-
 cesserunt urbe sub adventu Romanorum quidam, alii
 mortem sibi consciverunt. Legati, non ultra quam
 quinque dies Rhodi morati, *Alexandream* ^m) profici-
 scuntur. Nec eo segniss iudicia ex decreto coram his
 facto Rhodi exercebantur: quam perseverantiam in
 exsequenda re Decimii lenitas * ⁿ).

XI. Quum haec gererentur, Antiochus frustra
 tentatis moenibus *Alexandreae* ^o) abscesserat: cete-
 raque Aegypto potitus, relicto Memphi maiore Pto-
 lemaeo, cui regnum quaeri suis viribus simulabat, ut
 victorem mox adgredetur, in Syriam exercitum ab-
 duxit. Nec huius voluntatis eius ignarus Ptolemaeus
 dum conterritum obsidionis metu minorem fratrem
 haberet, posse se recipi *Alexandreae* ^p), et sorore ad-
 iuvante, et non repugnantibus fratri amicis, ratus;
 primum ad sororem, deinde ad fratrem amicosque
 eius, non prius destitit mittere, quam pacem cum iis
 confirmaret. Suspectum Antiochum effecerat, quod,
 cetera Aegypto sibi tradita, Pelusii validum relictum
 erat praesidium. adparebat, claustra Aegypti teneri,
 ut, quum vellet, rursus exercitum induceret: bello

k) *multitudinis noxam eleva-*
 bat Gron. Crev. c. Drak.

l) add. tamen Eaed. c. Drak.

m) *Alexandriam* Eaed. c.
 Drak.

n) *lénitas [ultra accenderat.]*
 Crev.

o) *Alexandriae* Gron. Crev.
 c. Drak. In Gron. post

Antiochus et *Alexandriae*
 minor distinctio posita est.

p) *Alexandriae* Gron. Crev.

^{U. c.} 584: *intestino cum fratre eum exitum fore, ut victor, fessus certainine, nequaquam par Antiocho futurus esset.*
^{a. C.} 168: *Haec, prudenter animadversa a maiore, cum adsensu minor frater, quique cum eo erant, acceperunt: soror pluriū adiuvit, non consilio modo, sed etiam precibus. Itaque, consentientibus cunctis pace facta, Alexandream ⁴⁾ recipitur, ne multitudine quidem adversante: quae in bello, non per obsidionem modo, sed etiam postquam a moenibus abscessum est, quia nihil ex Aegypto subvehebatur, omnium rerum adtenuata inopia erat. His quin laetari Antiochum conveniens esset, si reducendi eius caussa exercitum Aegyptum induxisset, quo specioso titulo ad oīnes Asiae et Graeciae civitates, legationibus recipiendis literisque dimittendis, usus erat, adeo est obsensus, ut multo acrius infestiusque adversus duos, quam ante adversus unum, pararet bellum. Cyprum extemplo classem misit: ipse, primo vere cum exercitu Aegyptum petens, in Coelen Syriam processit. Circa Rhinocilura Ptolemaei legalis agentibus gratias, quod per eum regnum patrium receperisset, petentibusque, ut suum munus tueretur, et diceret potius, quid fieri vellet, quam, hostis ex socio factus, vi atque armis ageret, respondit; Non aliter neque classem revocaturum, neque exercitum reducturum, nisi sibi et tota Cypro, et Pelusio, agroque, qui circa Pelusiacum ostium Nili esset, cederet; diemque praestituit, intra quam de conditionibus peractis responsum acciperet.*

XII. Postquam dies data induciis praeteriit, * navigantibus ⁴⁾ ostio Nili ad Pelusium, per ^{s)} deserta Arabiae * ad ^{t)} Memphim incolebant, et ab ceteris Aegyptiis, partim voluntate, partim metu, ad Alexan-

q) *Alexandriam* Gron. Crev.

r) *paeterit, [praefectis maritimaram virium, quae terrestrem exercitum comitabantur,] navigantibus* Crev.

s) *Pelusium, [ipse] per* Crev.

t) *Arabiae[ingressus] Aegyptum, receptusque ab iis qui] ad* Crev.

dream ^u) modicis itineribus descendit. Ad Eleusi-U. c. 584
 nem ^x) transgresso flumen, qui locus quatuor millia ^a. C. 168.
 ab Alexandria abest, legati Romani obcurrerunt.
 quos quin advenientes salutasset, dextramque Popil-
 lio porrigeret; tabellas ei Popillius senatusconsultum ^y)
 habentes tradit, atque omnium primum id legere
 iubet; quibus perfectis, quum se consideraturum, ad-
 hibitis amicis, quid faciendum sibi esset, dixisset;
 Popillius, pro cetera asperitate animi, virga, quam
 in manu gerebat, circumscripsit regem: ac, *Priusquam*
hoc circulo excedas, inquit, reddē responsum, senatui
quod referam. Obstupefactus tam violento imperio
 parumper quum haesitasset, *Faciam, inquit, quod*
censem senatus. Tum demum Popillius dextram regi,
 tamquam socio atque amico, porrexit. Die deinde si-
 nita quum excessisset Aegypto Antiochus, legati, con-
 cordia etiam auctoritate sua inter fratres firmata, in-
 ter quos vixdum convenerat pax, *Cyprum navigant* ^z):
 et inde, quae iam vicerat proelio Aegyptias naves,
 classem Antiochi dimittunt. Clara ea per gentes lega-
 tio fuit, quod haud dubie ademta Antiocho Aegyptus
 habenti iam, redditumque patrium regnum stirpi Pto-
 lemaei fuerat. Consulum eius anni, sicut alterius
 clarus consulatus insigni victoria, ita alterius obscura
 fama, quia materiam res gerendi non habuit. Iam pri-
 mum quum legionibus ad conveniendum diem dixit,
 non auspicato templum intravit. vitio diem dictam esse
 augures, quum ad eos relatum est, decreverunt. Pro-
 fectus in Galliam circa Macros campos ad montes Si-
 ciminam et Papinum stativa habuit: deinde circa eadem
 loca cum sociis nominis Latini hibernabat: legiones
 Romanae, quod vitio dies exercitui ad conveniendum
 dicta erat, Romae manserant. Et praetores, praeter

^u) *Alexandriam et paullo post*
Alexandria Gron. Crev. c. Drak.

^x) *Leusinem* Eaed. c. Drak.

^y) *scriptum* Eaed. c. Drak.
^z) *convenerat, pars Cyprum*
navigant Eaed. c. Drak.

U. c. 184. C. Papirium Carbonem, cui Sardinia evenerat, in pro-
a. C. 168. vincias iere. eum tum ^{a)} ius dicere Romae (nam eam quoque sortem habebat) inter cives et peregrinos Pa-
tres censuerant.

XIII. Et ^{b)} Popillius et ea legatio, quae missa ad An-
tiochum erat, Romam rediit; retulit, controversias in-
ter reges sublatas esse, exercitumque ex Aegypto in
Syriam reductum. Post ipsorum regum legati vene-
runt: Antiochi legati, referentes, *Omni victoria po-*
tiorem pacem regi, quae senatui placuisset, visam: eum-
que haud secus, quam Deorum imperio, legatorum Ro-
manorum iussis ^{c)} paruisse. Gratulati deinde victoriam
sunt, *quam ^{d)} summa ope, si quid imperatum foret,*
adiuturum ^{e)} regem fuisse. Ptolemai legati, com-
muni nomine regis Cleopatrae, gratias egerunt, *Plus*
eos senatui populoque Romano, quam parentibus suis,
plus, quam Diis inmortibus, debere: per quos
obsidione miserrima liberati essent, *regnum patrium*
prope amissum recepissent. Responsum ab sena-
tu est: *Antiochum recte atque ordine fecisse, quod le-*
gatis paruisse, gratumque id esse senatui populoque
Romano. Regibus Aegypti, Ptolemaeo Cleopatraeque:
si quid per se boni commodique evenisset, id magnopere
senatum laetari: daturumque operam, ut regni sui maxi-
mum semper praesidium positum esse in fide populi Ro-
mani ducant, Munera legatis ut ex iustitu[m]o mittenda
curaret, C. Papirio praetori mandatum. Literae de-
inde ^{f)} Macedonia adlatae, quae victoriae laetitiam
geminarent: *Persea regem in potestatem consulis ve-*
nisse. Dimissis legatis disceptatum inter Pisanos
Lunensesque legatos: Pisani querentibus, agro
se a colonis Romanis pelli; Lunensibus adsimilantibus,
eum, de quo agatur, ^{ab ^{g)} triumviris agrum}

a) tum del. Gron. Crev. c. Drak.

b) ut Gron.

c) iussu Gron.

d) ad quam Gron. Crev. c.
Drak.

e) ad futurum Eaed. c. Drak.

f) e del. Eaed. c. Drak.

g) a Eaed. c. Drak.

sibi adsignatum esse. Senatus, qui de finibus co-U. c. 584.
gnoscerent statuerentque, quinque viros misit, Q. a. G. 168.
Fabium Buteonem, P. Cornelium Blasionem, T.
Sempronium Muscam, L. Naevium Balbum, C.
Appuleium Saturninum. Et ab Eumene et ab At-
talo et ab Athenaeo fratribus, communis legatio de
victoria gratulatum venit. Et Masgabae, regis Masi-
nissae filio, Puteolis nave ^{h)} egresso, praesto fuit,
obviam missus cum pecunia, L. Maulius quaestor, qui
Romam eum publico sumtu perduceret. Advenienti
ex templo senatus datus est. Is adolescens ita locutus
est, ut, quae rebus grata erant, gratiora verbis face-
ret. Commemoravit, *quot pedites equitesque, quot*
elephantos, quantum frumenti eo quadriennio pater su-
*us in Macedoniam misisset*¹⁾. *Sed duas res ei rubori*
fuisse: unam, quod rogasset eum per legatos senatus,
quae ad bellum opus essent, et non imperasset: alteram,
quod pecuniam ei pro frumento misisset. Masinissam
meminisse, regnum a populo Romano partum auctumque
et multiplicatum habere: usui regni contentum scire,
dominium et ius eorum, qui dederint, esse. Sumere ita-
que eosdem, non se rogare, aequum esse, neque emere
ea ex fructibus agri ab se dati, quae^{k)} *ibi proveniant.*
Id Masinissae satis esse, et fore, quod populo Romano
superesset. Cum iis mandatis a patre proiectum postea
consecutos equites, qui devictam Macedoniam nuncia-
rent, gratulatumque senatui iuberent indicare, tantae
eam rem laetitiae patri suo esse, ut Romam venire velit,
Iovique optimo maximo in Capitolio sacrificare, et gra-
tes agere: id, nisi molestum sit, ut ei permittatur, ab
senatu petere.

XIV. Responsum regulo est: *Facere patrem eius Masinissam, quod virum gratum bonumque facere debeat, ut pretium honoremque debito beneficio addat. Et*

h) *navem* Gron. Crev. c. Drak. k) *neque emere ea, ex fructibus agri ab sedati quae* Drak.
i) *misit* Crev.

U. c. 584. *populum Romanum ab eo, bello Punico, forti fidelique*
 a. C. 163. *opera adiutum, et illum, favente populo Romano, re-*
gnum adeptum; aequitate sua postea trium regum bellis
deinceps omnibus eum¹⁾ functum officiis. Victoria vero
populi Romani laetari eum regem mirum non esse, qui
soratem omnem fortunae regnique sui cum rebus^{m)} Roma-
nis inmisiisset. Grates Diis pro populi Romani victo-
ria apud suos penates ageret; Romae filium pro eo actu-
rum. Gratulatum quoque satis suo ac patris nomine
esse. Ipsum relinquere regnum, et Africa excedere,
praeterquam quod illi inutile esset, non esse e republica
populi Romani, senatum censere. Petenti Masgabae, ut
 Hanno Hamilcaris filius obsesⁿ⁾ in locum* exigeret^{o)}.
 Munera ex senatusconsulto emere regulo quaestor ius-
 sus ex centum pondo argenti, et prosequi cum Puteo-
 los, omnemque sumtum, quoad in Italia esset, prae-
 bere, et duas naves conducere, quibus ipse comites-
 que regis in Africam deveherentur: et comitibus
 omnibus, liberis servisque, vestimenta data. Haud
 ita multo post de altero Masinissae filio Misagene li-
 terae adlatae sunt, missum eum ab L. Paullo post devi-
 ctum Persea in Africam cum equitibus suis; navi-
 gantem, dispersa classe in Hadriatico mari, Brundisium
 tribus navibus aegrum delatum. Ad eum cum iisdem
 muneribus, quae data Romae fratri eius erant, L.
 Stertinius quaestor Brundisium missus: iussusque
 curare, ut aedes hospi-

* * *

XV. * * * in quatuor urbanas tribus descripti
 erant libertini, praeter eos, quibus filius quinquenni
 maior ex se natus esset^{p)}). Eos, ubi proximo lustro
 censi essent, censeri iusserunt: et eos, qui praedi-
 um praediave rustica pluris sestertium triginta mil-
 lium haberent, censendi ius factum est. Illoc quum ita

l) *eum* del. Gron. Crev. c. Drak.

m) *rebus* del. Gron. Crev.

n) *hospes* Crev.

o) *in locum exigeret*, omisso
 lacunae signo, Crev.

p) *ex senatusconsulto esset*
 Gron. Crev. c. Drak.

servatum esset, negabat Claudius, suffragii lationem U. c. 534.
 iniussu populi censorem cuiquam homini, nedum^a C. 163.
 ordini universo, adimere posse. Neque enim, si tribu
 mouere posset, quod sit nihil aliud, quam mutare iubere
 tribum, ideo omnibus quinque et triginta tribubus emo-
 vere posse; id est, civitatem libertatemque eripere; non,
 ubi censeatur, finire, sed censu excludere. Haec inter
 ipsos disceptata: postremo eo descensum est, ut ex
 quatuor urbanis tribubus unam palam in atrio Liber-
 tatis sortirentur, in quam omnes, qui servitutem ser-
 vissent, coniicerent. Esquilinae^q) sors exit: in ea
 Ti. Gracchus pronunciavit, libertinos omnes censer
 placere. Magno ea res honori censoribus apud senatum
 fuit. gratiae actae et Sempronio, qui in bene coepito
 perseverasset; et Claudio, qui non impeditisset. Plures,
 quam ab^r) superioribus, et senatu emoti sunt, et equos
 vendere iussi. omnes iidem ab utroque et tribu remo-
 ti, et aerarii facti: neque ullius, quem alter notaret,
 ab altero levata ignominia. Petentibus, ut ex insti-
 tuto ad sarta tecta exigenda, et ad opera, quae locas-
 sent, probanda, anni et sex mensium^s) tempus pro-
 rogaretur, Cn. Tremellius tribunus, quia lectus non
 erat in senatum, intercessit. Eodem anno C. Cicere-
 ius aedem Monetae^t) in monte Albano dedicavit quin-
 quennio post, quam vovit. Flamen Martialis inaugu-
 ratus est eo anno L. Postumius Albinus.

XVI. Q. Aelio, M. Iunio consulibus de provin- U. c. 535.
 ciis referentibus, censuere Patres, duas provincias^a C. 167.
 Hispaniam rursus fieri, quae una per bellum Macedo-
 nicum fuerat: et Macedoniam Illyricumque eosdem,
 L. Paullum et L. Anicum, obtainere, donec de sen-
 tentia legatorum res et bello turbatas, et in statum
 alium ex regno formandas composuissent^u). Consu-

q) Aesquiline Gron.

r) a Gron. Crev. c. Drak.

s) anni et bimensis Eaed. c. Drak.

t) Monetae del. Eaed. c. Drak.

u) et res bello turbatas, et

statum alium eius regni for-
 mando composuissent Eaed.
 c. Drak.

U. c. 585 libus Pisae et Gallia decretae cum binis legionibus qui-
a. C. 167. num millium,^{x)} peditum, et equitum quadringeno-
rum ^{y)}. Praetorum sortes suere, Q. Cassii urbana,
M'. Iuventii ^{z)} Thalnae inter peregrinos, Ti. Claudii
Neronis Sicilia, Cn. Fulvii Hispania citerior, C. Li-
cinii Nervae ulterior. A. Manlio Torquato Sardinia
obvenerat. nequuit ire in provinciam, ad res capitales
quaerendas ex senatusconsulto retentus. De prodigiis
deinde nunciatis senatus est consultus Aedes Deum^{a)}.
Penatium in Velia de coelo tacta erat: et in oppido
Minervio duae portae et muri aliquantum. Anaguiae
terra pluerat; et Lanuvii fax in coelo visa erat; et
Calatiae in publico agro M. Valerius civis Romanus
nunciabat ex ^{b)} foco suo sanguinem per triduum et
duas noctes manasse. Ob id maxime decemviri libros
adire iussi, supplicationem in diem unum populo edixe-
runt, et quinquaginta capris in foro sacrificaverunt.
et aliorum prodigiorum caussa diem alterum suppli-
catio circa omnia pulvinaria fuit, et hostiis maioribus
sacrificatum est, et urbs lustrata. Inde, quod ad ho-
norem Deum immortalium pertiueret, decrevit sena-
tus, Ut, quoniam perduelles superati, Perseus et Gen-
tius reges cum Macedonia atque Illyrico in potestate
populi Romani essent, ut, quanta dona, Ap. Claudio,
M. Sempronio consulibus, ob divictum Antiochum re-
gem data ad omnia pulvinaria essent, tanta Q. Cassius
et M'. Iuventus praetores curarent danda.

XVII. Legatos deinde, quorum de sententia im-
peratores L. Paullus, L. Anicius componerent res,
decreverunt decem in Macedoniam, quinque in Illy-
ricum. In Macedoniam sunt hi nominati, A. Postu-
nius Luscus, C. Cladius, ambo censorii, C. Lici-

^{x)} *quinum millium* del. Gron.
Crev. c. Drak.

^{y)} *quadringentenis* Eaed. c.
Drak.

^{z)} *Manii Iuventii* Gron. Crev.
M. Iuventii Drak.

^{a)} *Deorum* Gron. Crev. c.
Drak.

^{b)} *e* Eaed. c. Drak.

nius Crassus, collega in consulatu Paulli; tum proro-U. c. 585.
gato imperio provinciam Galliam habebat. His con-^{a.} C. 167.
sularibus addidere Cn. Domitium Ahenobarbum ^{c)},
Ser. Cornelium Sullam, L. Iunium, C. Antistium La-
beoneim, T. Numisium Tarquiniensem, A. Terentium
Varronem. In Illyricum autem hi nominati, P. Ae-
lius Ligus consularis, C. Cicereius, et Cn. Baebius
Tampilus, (hic priore anno, Cicereius multis ante
annis praetor fuerat) P. Terentius Tuscivicanus ^{d)}, P.
Manilius. Moniti deinde consules a Patribus, ut,
quoniam alterum ex his succedere C. Licinio, qui le-
gatus nominatus erat, in Galliam oporteret, primo
quoque tempore provincias aut compararent inter se,
aut sortirentur, sortiti sunt. M. Iunio Pisae obve-
nerunt, (quem prius, quam in provinciam iret, lega-
tiones, quae undique Romam gratulatum convene-
runt, introducere in senatum placuit) Q. Aelio Gallia.
Ceterum quamquam tales viri mitterentur, quorum
de consilio sperari posset imperatores nihil indignum
nec clementia nec gravitate populi Romani decreturos
esse, tamen in senatu quoque agitata est summa con-
siliarum, ut inchoata omnia legati ab domo ferre ad
imperatores possent.

XVIII. *Omnium primum liberos esse placebat Ma-*
cedonas atque Illyrios, ut omnibus gentibus adpareret,
arma populi Romani non liberis servitutem, sed contra
servientibus libertatem adserre; ut et in libertate gentes
quae essent, tutam eam sibi perpetuamque sub tutela
populi Romani esse ^{e)}), et quae sub regibus viverent, et
in praesens tempus mitiores eos iustioresque respectu po-
populi Romani habere se, et, si quando bellum cum populo
Romano regibus fuisse suis, exitum eius victoriani Ro-
manis, sibi libertatem adlaturum crederent. Metalli quo-

c) *Aenobarbum* Gron.

d) *Tusciveicanus* Gron. Grev.

c. Drak.

T. Liv. Tom. IV.

e) *sub tutela [populi Romani]*

esse Grev.

U. c. 585. que *Macedonici* quod ^{f)} ingens vinctigal erat, locationes-
a. G. 167. que *praediorum rusticorum* tolli placebat. nam neque
sine publicano exerceri posse; et, ubi *publicanus* esset ^{g)},
ibi aut *ius publicum* vanum, aut libertatem sociis nul-
lam esse. Ne ipsos quidem *Macedonas* idem exercere
posse. ubi in medio *praeda* *administrantibus* esset, ibi
numquam caussas seditionum et certaminis defore.
Commune concilium ^{h)} gentis esset, ne inprobum vul-
gus ab ⁱ⁾ senatu aliquando libertatem salubri moderatio-
ne datam ad licentiam pestilentem traheret. In qua-
tuor regiones describi *Macedoniam*, ut suum quaeque
concilium haberet, placuit; et dimidium tributi, quam
quod regibus ferre soliti erant, populo Romano pendere.
Similia his et in *Illyricum* mandata. cetera ipsis im-
peratoribus legatisque reicta, in quibus praesens
tractatio rerum certiora subiectura erat consilia.

XIX. Inter multas regum gentiumque et populo-
rum legationes Attalus, frater regis Eumenis, maxi-
me convertit in se omnium oculos animosque. exce-
ptus enim est ab his, qui simul eo bello militaverunt,
haud paullo benignius, quam si ipse rex Eumenes ve-
nisset. Adduxerant eum duae in speciem honestae
res: una, gratulatio, conveniens in ea victoria, quam
ipse adiuvisset: altera, querimonia Galici tumultus,
acceptaeque clidis, qua regnum in dubium adductum
esset ^{k)}. Suberat et secreta spes honorum praemio-
rumque ab senatu, quae vix salva pietate eius contin-
gere poterant. erant enim quidam Romanorum quo-
que non boni auctores, qui spe cupiditatem eius eli-
cerent: *Eam opinionem de Attalo et Eumene Romae*
esse, tamquam de altero Romanis certo amico, altero
nec Romanis, nec Persi fido socio. Itaque vix statui
posse, utrum, quae pro se, an, quae contra fratrem pe-

f) *Macedonici*, quod Gron.

Crev. c. Drak.

g) est Eaed. c. Drak.

h) *consilium* Crev.

i) a Gron. Crev. c. Drak.

k) *Advertaeque gladiis re-*

gnum in dubium adductum

esse Eaed. c. Drak.

titurus esset, ab senatu magis inpetrabilia forent: ad- U. c. 585.
eo universos omnia et huic tribuere, et illi vero negare. a. C. 167.
 Eorum hominum (ut res docuit) Attalus erat, qui,
 quantum spes spopondisset, cuperent, ni unius ami-
 ci prudens monitio veluti¹⁾ frenos animo eius, ge-
 stienti secundis rebus, inposuisset. Stratius cum eo
 fuit medicus, ad id ipsum a non seculo Eumene Ro-
 man missus, speculator rerum, quae a fratre ageren-
 tur, monitorque fidus, si decedi fide vidisset. Is, ad
 occupatas iam aures sollicitatimque iam animum
 quum venisset, adgressus tempestivis temporibus rem-
 prope prolapsam restituit, *aliis alia regna creuisse re-
 bus*, dicendo: *regnum eorum novum, nullis vetustis
 fundatum opibus, fraterna stare concordia: quod unus
 nomen regium et praecipuum capitis insigne gerat,
 omnes fratres regnent.* Attalum vero, quia aetate pro-
 ximus sit^{m)}), quis non pro rege habeat? neque eo solum,
 quia tantas praesentes eius opes cernat, sed quod haud
 ambiguum prope diem regnaturum eum infirmitate ae-
 tateque Eumenis esset, nullam stirpem liberum habentis:
 (necduin enim agnoverat eum, qui postea regnavit).
 Quid adtinereⁿ⁾ vim adferre rei, sua sponte ad eum
 mox venturae^{o)}? Accessisse etiam novam tempestatem
 regno tumultus Gallici, cui vix consensu et concordia
 regum resisti queat. Si vero ad externum bellum dome-
 stica seditione adiiciatur, sisti non posse; nec aliud eum,
 quam, ne frater in regno moriatur: sibi ipsi spem pro-
 pinquam regni erepturum. Si utraque gloriosares esset,
 et servasse fratri regnum, et eripuisse; servati tamen
 regni, quae iuncta pietati sit, potiorem laudem fuisse.
 Sed enim vero quum detestabilis altera res et proxima
 parricidio sit, quid ad deliberationem dubii superesse?
 Utrum enim partem regni petiturum esse, an totum
 erepturum? si partem; ambo infirmos, distractis viri-

1) *velut* Gron. Crev. c. Drak.o) *mox ad eum adventurae*m) *sit* del. Eaed. c. Drak.

Eaed. c. Drak.

n) *attineret* Eaed. c. Drak.

U. c. 585. *bus, et omnibus iniuriis probrisque*^{p)} *obnoxios fore: si*
 a. C. 167. *totum; privatumne ergo maiorem fratrem; an exsulem*
illa aetate, illa corporis infirmitate, ad^{q)} *ultimum*
mori iussurum? Egregium enim (ut fabulis traditus in-
piorum fratum eventus taceatur) Persei exitum videri,
qui ex fraterna caede raptum diadema in templo Samo-
thracum, velut praesentibus Diis exigentibus poenas,
ad pedes victoris hostis prostratus posuerit. Eos ipsos,
qui, non illi amici, sed Eumeni infesti, stimulent eum,
pietatem constantiamque laudaturos, si fidem ad ulti-
mum fratri praestitisset.

XX. Haec plus valuere in Attali animo. Itaque introductus in senatum, gratulatus victoriam est^{r)}, et sua merita eo bello fratrisque, si qua erant, et Gallorum defectionem, quae nuper ingenti motu facta erat, exposuit. Petiit, ut legatos mitteret ad eos, quorum auctoritate ab armis avocarentur. His pro regni utilitate editis mandatis, Aenum sibi et Maroneam petiit. Ita destituta eorum spe, qui, fratre accusato, partitionem regni petiturum crediderant, cumiam^{s)} excessit. Ut raro alias quisquam, rex aut privatus, tanto favore tantoque omnium adsensu est auditus; omnibus honoribus muneribusque, et praesens est cultus, et proficiscentem prosecuti sunt. Inter multas Asiae Graeciaeque legationes Rhodiorum maxime legati civitatem converterunt. nam quum primo in veste candida visi essent, quod et^{t)} gratulantes decebat; et, si sordidam vestem habuissent, lugentium Persei casum praebere speciem poterant; postquam consulti ab M. Iunio consule Patres, stantibus in comitio legatis, an locum, lautia, senatumque darent, nullum hospitale ius in iis servandum censuerunt; egressus e curia consul, quum Rhodii, gratulatum se de victoria purgatumque civitatis crimina di-

p) *probrisque* del. Gron. Crev.
c. Drak.

q) *an* Eaed. c. Drak.

r) *est* del. Eaed. c. Drak.

s) *curia* Gron.

t) *et* del. Gron. Crev. c. Drak.

centes venisse, petissent, ut senatus sibi daretur, pro- U. c. 585.
 nunciat: *Sociis et amicis et alia comiter atque hospita-*^{a. C. 167.}
liter praestare Romanos, et senatum dare consuesse:
Rhodios non ita meritos ea bello, ut amicorum socio-
rumque ^{u)} numero habendi sint. His auditis, prostra-
verunt se omnes humi, consulemque et cunctos, qui
aderant, orantes, ne nova falsaque crimina plus ob-
esse Rhodiis aequum censerent, quam antiqua merita,
quorum ipsi testes essent. Exemplo, veste sordida
sumta, domos principum cum precibus ac lacrimis cir-
cumibant, orantes, ut prius cognoscerent caussam;
quam condemnarent ^{x)}.

XXI. M'. Iuuentius Thalna praetor, cuius intercives et peregrinos iurisdictio erat, populum adversus Rhodios incitabat: rogationemque promulgaverat; *Ut Rhodiis bellum indiceretur: et ex magistratibus eius anni deligerent, qui ad id bellum cum classe mitteretur,* se eum sperans futurum esse. Huic actioni M. Antonius et M. Pomponius tribuni plebis adversabantur. Sed et praetor novo maloque exemplo rei ingressus erat, quod, ante non consulto senatu, non consulibus certioribus factis, de sua unius sententia rogationem ferret, *Vellent, iuberentne, Rhodiis bellum indici?* quum antea semper prius senatus de bello consultus esset, deinde ex auctoritate Patrum ^{y)} ad populum latum; et tribuni plebis, quum ita traditum esset, ne quis prius intercederet legi, quam privatis suadendi dissuadendique legem potestas facta esset; eoque persaepe evenisset, ut et ^{z)}, qui non professi essent se intercessuros, animadversis vitiis legis ex oratione ^{u)} dissuadentium, intercederent; et, qui ad intercedendum venissent, desisterent, victi auctoritatibus suadentium legem. Tum inter praetorem tribunosque

u) *sociorum* Gron. Crev. c.
 Drak.

x) *condemnarentur* Eaed. c.
 Drak.

y) *ex auctoritate Patrum del.*
 Eaed. c. Drak.

z) *et del.* Eaed. c. Drak.
 a) *ratione* Eaed. c. Drak

U. c. 585. omnia intempestive agendi certainen erat. Tribuni
a. C. 167. festinationem praetoris ante tempus intercedendo,

* * * * *

in adventum im- ^{b)})

* * * * *

XXII. *** est ^{c)}), peccaverimusne, adhuc dubium
est: poenas, ignominias omnes iam patimur. Antea,
Karthaginiensibus victis, Philippo, Antiocho superatis,
quum Römmam venissemus, ex publico hospitio in curiam
gratulatum vobis, Patres conscripti, ex curia in Capito-
lium ad Deos vestros dona ferentes ^{d)}; nunc ex sordi-
do deversorio ^{e)}), vix mercede recepti, ac prope hostium
more extra urbem manere iussi, in hoc squalore venimus
in curiam Romanam Rhodii, quos provinciis nuper Ly-
cia atque Caria, quos praemiis atque honoribus ampli-
simis donastis. Et Macedonas Illyriosque liberos esse
(ut audimus) iubetis, quum servierint, antequam vobis-
cum bellarent: (nec cuiusquam fortunae invidemus,
immo agnoscamus clementiam populi Romani) Rhodios,
qui nihil aliud quam quieverunt hoc bello, hostes ex
sociis facturi estis? Certe quidem vos estis Romani,
qui ideo felicia bella vestra esse, quia iusta sint, piae
vobis fertis; nec tam exitu eorum, quod vincatis, quam
principitis, quod non sine caussa suscipiatis, gloriambi-
ni. Messana in Sicilia obpugnata Karthaginienses,
Athenae obpugnatae et Graecia in servitutem petita, et
adiutus Hannibal pecunia, auxiliis, Philippum hostem
fecerunt. Antiochus ipse, ultiro ab Aetolis hostibus
vestris arcessitus, ex Asia classe in Graeciam traiecit;
Demetriade, et Chalcide, et saltu Thermopalarum oc-
cupato, de possessione imperii vos deiicere conatus. Cum
Perseo socii vestri obpugnati, alii intersecti reguli prin-
cipesque gentium aut populorum, caussa belli vobis

b) intercedendo in adventum imperatoris, omissolacunae signo, Gron.

c) est del. Gron. Crev. c. Drak.

d) ferentes veniebamus Gron.
ferentes [deducebamur] Crev.

e) diversorio Gron. Crev.

suere. Quem tandem titulum nostra calamitas habitura est, si perituri sumus? Nondum segrego civitatis caussam a Polyarato et Dinone, civibus nostris, et iis, quos, ut traheremus vobis, adduximus. Si omnes Rhodii aequae noxi essemus, quod nostrum in hoc bello crimén esset? Persei partibus favimus; et, quemadmodum Antiochi Philippique bello pro vobis aduersus reges, sic nunc pro rege aduersus vos stetimus. Quemadmodum soleamus socios iuvare, et quam impigre capessere bella, C. Livium, L. Aenilium Regillum interrogate, qui classibus vestris in Aia praefuerunt. Namquam vestræ naues pugnavere sive nobis. nostra classe pugnavimus semel ad Samum, iterum in Pamphylia aduersus Hannibalem imperatorem, quae victoria nobis eo gloriior est, quod, quum ad Simum magnam partem navium adversa pugna et egriciam iuuentutem amissemus, ne tanta quidem clade teriti, iterum ausi sumus regiae classi ex Syria venienti obviam ire. Haec non gloriandi caussa retuli, (neque enim ea nunc nostra est fortuna) sed ut admonerem, quemadmodum adiuvare socios solerent Rhodii.

XXIII. *Praemia, Philippo et Antiocho devictis, amplissima accepimus a vobis. Si, quo vestra nunc est fortuna Deum benignitate et virtute nostra, ea Persei fuisset, et praemia petitum ad victorem regem venissemus in Macedoniam, quid tandem diceamus? Pecuniane a nobis adiutum, an frumento? auxiliis terrestribus, an navalibus? quod praesidium tenuisse nos? ubi pugnasse aut sub illius ducibus, aut per nosipso? Si quaereret, ubi miles noster, ubi navis intra præsidia sua fuisset; quid responderemus? Caussam fortas dicemus apud victorem, quemadmodum apud vos dicimus. Hoc enim legatos utroque de pace mittendo conseuerimus, ut ne ab utraque parte gratiam iniremus; ab altera etiam crimén et periculum esset. Quamquam Perseus vere obiiceret, id quod vos non potestis. Pres conscripti, nos principio belli misisse ad vos legatos, ui-*

U. c. 585. pollicerentur vobis, quae ad bellum opus essent; nava-
a. C. 167. libus, armis^f), iuventute nostra, sicut prioribus bellis,
ad omnia paratos fore. Ne praestaremus, per vos ste-
tit, qui de quacumque caussa tum ad sprnati nostra
auxilia estis. Neque fecimus igitur quidaam tamquam
hostes, neque bonorum sociorum defuimus officio; sed
a vobis prohibiti praestare fuimus. Quid igitur? ni-
hilne factum neque dictum est in civitate vestra, Rhod-
dii, quod nolletis, quo merito offendetur populus Ro-
manus? Hic^g) iam non, quod fatum est, defensurus
sum, (non adeo insanio) sed publam caussam a priva-
torum culpa segregaturus. Nulla enim est civitas,
quae non et improbos cives aliquando, et imperitam mul-
titudinem semper habeat. Etiam apud vos fuisse audivi,
qui adsentando multitudini grassarentur: et secessisse
aliquando a vobis plebem, nec in potestate vestra rem-
publicam fuisse. Si hoc a hac tam bene morata civi-
tate accidere potuit, mari quisquam potest, aliquos
fuisse apud nos, qui regis amicitiam petentes, ple-
bem nostram consiliis lepravarent? qui tamen nihil ul-
tra valuerunt, quam in officio cessaremus. Non uti-
que^h) praeferbo id quod gravissimum est in hoc bello
crimen civitatis nostra. Legatos eodem tempore et ad
vos, et ad Perse, de pace misimus: quod infelix con-
silium furiosus (et postea audivimus) orator stultissimum
fecit: quem si locutum constat, tamquam C. Popillius
legatus Romanus, quem ad submovendos a bello Anti-
ochum et Iolemaeum reges misistis, loqueretur. Sed
tamen ea sive superbia sive stultitia adpellanda est,
eadem, que apud vos, et apud Persea fuit. Tam civi-
tatum, quam singulorum hominum mores sunt: gen-
tes quoque aliae iracundae, aliae audaces, quaedam
timidae in vinum, in Venerem proniores aliae sunt.
Athenensium populum fama est celerem et supra vires

^fnavalibus armis Crev.

^h utique del. Eaed. c. Drak.

^g hinc Gron. Crev. c. Drak.

*audacem esse ad conandum: Lacedaemoniorum cuncta-U. c. 585.
torem, et vix in ea, quibus fudit, ingredientem. Non
negaverim, et totam Asiae regionem inaniora parere in-
genia, et nostrorum tumidiorem sermonem esse, quod excel-
lere inter sinitimas civitates videamus; et id ipsum non
tam viribus nostris, quam vestris honoribus ac iudiciis.
Satis quidem et tunc in praesentia castigata illa le-
gatio erat, cum tam tristi responso vestro dimissa. si
tum parum ignominiae pensum est, haec certe tam mi-
serabilis ac supplex legatio etiam insolentioris, quam
illa fuit, legationis satis magnum piaculum esset. Su-
perbiā, verborum praesertim, iracundi oderunt, pru-
dentes inrident; utique si inferioris adversus superiorem
est: capitali poena nemo umquam dignam iudicavit. Id
enimvero periculum erat, ne Romanos Rhodii contemne-
rent. Etiam Deos aliqui verbis ferocioribus increpant, nec
ob id quemquam fulmine ictum audimus¹).*

XXIV. Quid igitur superat, quod purgemus, si
nec factum hostile ullum nostrum est, et verba tumidiora
legati obfensione aurium non perniciem civitatis meru-
erunt^k)? Voluntatis nostrae tacitae^l) velut litem aesti-
mari vestris inter vos sermonibus audio, Patres con-
scripti: favisse nos regi, et illum vincere maluisse; ideo
bello persequendos esse credunt. Alii vestrum, voluisse
quidem nos hoc, non tamen ob id bello persequendos esse:
neque moribus, neque legibus ullius civitatis ita com-
paratum esse, ut, si qui^m) vellet inimicum perire, si
nihil fecerit, quo id fiat, capit is damnetur. His, qui
nos poena, non criminē, liberant, gratiam quidem
habemus: ipsi nobis hanc dicimus legem: si omnes
voluimus, quod arguimur, non distinguimus voluntate-
m a facto: omnes plectamur. Si alii principum no-
strorum vobis, alii regi faverunt: non postulo, ut pro-

i) audivimus Gron. Crev.

l) tacite Gron. Crev.

k) offensionem aurium, non
perniciem civitatis, meru-
erunt Eaed. c. Drak.

m) quis Eaed. c. Drak.

U. c. 585. pter nos, qui partium vestrarum fuimus, regis fautores
a. C. 167. salvi sint: illud deprecor, ne nos propter illos pereamus.

*Non estis vos illis infestiores, quam civitas ipsa; et
hoc qui sciebant, plerique eorum aut profugerunt, aut
mortem sibi consiverunt. alii, damnati a nobis, in
potestate vestra erunt, Patres conscripti. Ceteri Rhod-
dii, sicut gratiam nullam meriti hoc bello, ita ne poe-
nam quidem sumus. Priorum nostrorum benefactorum
cumulus hoc, quod nunc cessatum in officio est, ex-
pleat. Cum tribus regibus gessistis bella per hos annos.
ne plus obsit nobis, quod uno bello cessavimus, quam
quod duobus bellis pro vobis pugnavimus. Philippum,
Antiochum, Persea, tamquam tres sententias, ponite.
duae nos absolvunt: una autem ⁿ⁾ dubia est, ut gra-
vior sit. Illi de nobis si iudicarent, damnati es-
mus. vos iudicate, Patres conscripti, sit Rhodus in
terrīs, an funditus deleatur. Non enim de bello deli-
beratis, Patres conscripti, quod inferre potestis, gerere
non potestis; quum nemo Rhodiorum arma adversus
vos latus sit. Si perseverabis in ira, tempus, a vobis
petemus, quo hanc funestam legationem domum refera-
mus: omnia libera capita, quidquid Rhodiorum virorum,
seminarum est, cum omni pecunia nostra naves conscen-
demus: ac, relictis penatibus publicis privatisque,
Romam veniemus: et, omni auro et argento, quidquid
publici, quidquid privati est, in comitio, in vestibulo
curiae vestræ, cumulata, corpora nostra coniugimque
ac liberorum vestræ potestati permittemus, hic pas-
suri, quocumque patiendum erit. procul ab oculis no-
stris urbs nostra diripiatur, incendatur. Hostes Rho-
diōs esse, Romani iudicare possunt: est tamen et no-
strum aliquod de nobis iudicium, quod numquam iu-
dicabimus nos vostros hostes: nec quidquam hostile,
etiam si omnia patiemur, faciemus.*

XXV. Secundum talem orationem universi rur-

n) autem del. Gron. Crev. c. Drak.

sus prociderunt, ramosque oleae supplices iactantes, U. c. 585.
 tandem excitati, curia excesserunt. Tunc sententiae^a. G. 167.
 interrogari coeptae. Infestissimi Rhodiis erant, qui
 consules praetoresve aut legati gesserant in Macedo-
 nia bellum. Plurimum caussam eorum adiuvit M.
 Porcius Cato; qui, asper ingenio, tum lenem mi-
 temque senatorem egit. Non inseram simulacrum viri
 copiosi, quae dixerit, referendo: ipsius oratio scripta
 exstat, Originum quinto libro inclusa. Rhodiis respon-
 sum ita redditum est, ut nec hostes fierent, nec socii per-
 manerent. Philocrates et Astymedes principes legatio-
 nis erant. Partem cum Philocrate renunciare Rhodum
 legationem placuit, partem cum Astymede Romae sub-
 sistere, quae, quae^b) agerentur, sciret, certioresque suos
 faceret. In praesentia deducere ante certam diem ex
 Lycia Cariaque iusserunt praefectos. Haec Rhodum
 nunciata. Quae^c) per se tristia fuissent, quia mai-
 oris mali levatus erat timor, quum bellum timuis-
 sent, in gaudium renunciata verterunt. Itaque extem-
 plo coronam viginti millium aureorum decreverunt:
 Theaetetum^d) praefectum classis, in eam legationem
 miserunt. Societatem ab Romanis ita volebant peti,
 ut nullum de ea re scitum populi fieret, aut literis
 inandaretur: quod, nisi inpetrarent, maior a^e) repul-
 sa ignominia esset. Praefecti classis id unius erat ius,
 ut agere de ea re sine rogatione ulla perlata posset.
 nam ita per tot annos in amicitia fuerant, ut sociali
 foedere se cum Romanis non inligarent ob nullam ali-
 am caussam, quam ne spem regibus abscederent auxilii
 sui, si quid^f) opus esset, neu sibi ipsis fructus ex
 benignitate et fortuna eorum percipiendi. Tunc utique
 petenda societas videbatur; non quae tutiores eos ab
 aliis faceret, (nec enim timebant quemquam, praeter

^{a)} subsistere, quae Gron. c. Drak.
 Drak. subsistere, [ut] quae Crev.

q) Theodotum Eaed. c. Drak.
 r) maior repulsis Eaed. c.
 Drak.

p) nunciata, quae Gron. Crev.
 c. Drak.

s) cui Eaed. c. Drak.

U. c. 585. Romanos) sed quae ipsis Romanis minus suspectos.
 a. C. 167. Sub idem fere tempus et Cannii descivere ab his, et Mylasenses ^{t)} Euromensium oppida occuparunt. Non ita fracti animi civitatis erant, ut non sentirent, si Lycia et Caria ademtae ab Romanis forent, cetera aut se ipsa per defectionem liberarent, aut a finitimis occuparentur, includi se insulae parvae et sterilis agri litoribus, quae nequaquam alere tantaे urbis populum posset. missa igitur iuventute, propere et Caunios, quinquam Cibyrtarum adsciverant auxilia, coegerunt imperio parere; et Mylasenses Alabandeno-que, qui, Euromensium provincia ademta, ad ipsos coniuncto exercitu venerunt, circa Orthosiam acie vicerunt.

XXVI. Dum haec ibi, alia in Macedonia, alia Romae geruntur; interim in Illyrico L. Anicius rege Gentio, sicut ante dictum est, in potestatem redacto, Scodrae, quae regia fuerat, praesidio inposito Gabinium praefecit, Rhizoni et Olcinio ^{u)} urbibus opportunis C. Licinium. Praepositis his Illyrico, cum reliquo exercitu in Epirum est profectus. ubi prima Phanota ei dedita, tota multitudine cum infulis obviam effusa. hinc ^{x)}, praesidio inposito, in Molossidem transgressus: cuius omnibus oppidis, praeter Passaronem, et Tecmonem, et Phylacem, et Horreum, receptis, primum ad Passaronem ducit. Antinous et Theodotus principes eius civitatis erant, insignes et favore Persei, et odio adversus Romanos: iidem universae genti auctores desciscendi ab Romanis. Hi conscientia privatae noxae, quia ipsis nulla spes veniae erat, ut communi ruina patriae obprimerentur, clauerunt portas, multitudinem, ut mortem servituti praeponerent, hortantes. Nemo adversus praepotentes viros hiscere audebat. Tandem

t) *Mylassenses* Gron. Crev.

u) *Olcino* Gron.

x) *hic* Gron. Crev. c. Drak.

Theodotus quidam, nobilis et ipse adolescens, quum U. C. 585.
 maior a Romanis metus timorem a principibus suis vi-^{a.}
 cisset, Quae vos rabies, inquit, agitat, qui duorum
hominum noxae civitatem^{y)} accessionem facitis? Equi-
 dem pro patria qui letum obpetissent, saepe fando au-
 divi: qui patriam pro se perire aequum censerent, hi
 primi inventi sunt. Quin aperimus portas, et imperium
 accipimus, quod orbis terrarum accepit? Haec dicen-
 tem quum multitudo sequeretur, Antinous et Theo-
 dotus in primam stationem hostium intruperunt, atque
 ibi, obserentes se ipsi vulneribus, interfecti. Urbs de-
 dita est Romanis. Simili pertinacia Cephalii princi-
 pis clausum Tecmonem, ipso intersecto, per ditionem
 recepit. Nec Phylace, nec Horreum, obpugnationem
 tulerunt. Pacata Epiro, divisisque in hiberna copiis
 per opportunas urbes, regressus ipse in Illyricum,
 Scodrae, quo quinque legati ab Roma venerant, evo-
 catis ex tota provincia principibus, conventum habuit.
 Ibi pro tribunali pronunciavit de sententia consilii:
Senatum populumque Romanum Illyrios esse liberos iu-
bere. praesidia ex omnibus oppidis, arcibus, et castel-
lis sese deducturum. Non solum liberos, sed etiam in-
munes fore Issenses, et Taulantios, Dassaretorum Pi-
rustas, Rhizonitas^{z)}, *Olciniatas, quod, incolumi Gen-*
tio, ad Romanos defecissent. Daorseis quoque immuni-
tatem dare, quod, relicto Caravantio cum armis ad Ro-
manos transissent. Scodrenibus, et Dassarensibus, et
Selepitanis, ceterisque Illyriis, vectigal dimidium eius
inpositum^{a)}, *quod regi pependissent*^{b)}. Inde in tres
 partes Illyricum divisit. unam eam fecit, quae supra
 dicta est; alteram Labeatas omnes; tertiam Agravon-
 itas, et Rhizonitas, et Olciniatas, adcolasque eorum.
 hac formula dicta in Illyrico, ipse in Epiri Passaronem
 in hiberna rediit.

y) *civitatis* Gron. Crev. c. Drak.

z) *Rhizonitas* Gron.

a) *inpositum* del. Gron. Crev. c. Drak.

b) *pendissent* Eaed. c. Drak.

U. c. 585. XXVII. Dum haec in Illyrico geruntur, Paullus
a. C. 167 ante adventum decem legatorum Q. Maximum filium,
iam ab Roma regressum, ad Aeginium et Agassas di-
ripiendas mittit: Agassas, quod, quum Marcio consuli
tradidissent urbem, petita ultiro societate Romana,
desecerant rursus ad Persea: Aeginiensium novum
crimen erat. famae de victoria Romanorum fidem non
habentes, in quosdam milium, urbem ingressos,
hostiliter saevierant. Ad Aeniorum quoque^{c)} urbem
diripiendam L. Postuinium misit, quod pertinacius,
quam finitimae civitates, in armis fuerant. Autumni
fere tempus erat; cuius temporis initio circumeundam
Graeciam, visendaque, quae nobilitata fama maiora^{d)}
auribus accepta sunt, quam oculis noscuntur, ut sta-
tuit, praeposito castris C. Sulpicio Gallo, profectus
cum haud magno comitatu, tegentibus latera Scipione
filio et Athenaeo Eumenis regis fratre, per Thessa-
liam Delphos petit, inclitum oraculum: ubi, sacrificio
Apollini facto, inchoatas in vestibulo columnas,
quibus inposituri statuas regis Persei fuerant, suis sta-
tuis victor destinavit. Lebadiae quoque templum Io-
vis Trophonii adiit. ubi^{e)} quum vidisset os specus,
per quod oraculo utentes sciscitatum Deos descendunt,
sacrificio Iovi Hercynaeque^{f)} facto, quorum ibi tem-
plum est, Chalcidem ad spectaculum Euripi Euboeae-
que insulae^{g)}; ponte continenti iunctae, descendit.
A Chalcide Aulidem rate^{h)} traiicit, trium millium
spatio distante, portum inclitum statione quandam
mille navium Agamemnoniae classis, Diauaeque tem-
ploⁱ⁾, ubi navibus cursum ad Troiam, filia victima
aris admota, rex ille regum petiit. Inde Oropum

c) add. hostiliter Gron. Crev.

c. Drak.

d) magis Eaed. c. Drak.

e) ibi Eaed. c. Drak.

f) Hercynaeque Eaed. c.

Drak.

g) Euripi * aevoque ante in-

sulae Gron. c. Drak. Eu-
ripi, aevoque ante insulae

Crev.

h) rate del. Gron. Crev. c.

Drak.

i) templum Eaed. c. Drak.

Atticae ventum est; ubi pro Deo vates antiquus ^{k)} U. c. 585. colitur, templumque vetustum est, fontibus rivisque ^{a)} C. 167. circa amoenum. Athenas inde plenas quidem et ipsas vetustate famae, multa tamen visenda habentes: arcem, portus, muros Piraeum urbi iungentes, nava- lia magnorum imperatorum, simulacra Deorum hominumque, omni genere et materiae et artium insignia.

XXVIII. Sacrificio Minervae praesidi arcis in urbe facto profectus, Corinthum altero die pervenit. urbs erat tunc praeclara ante excidium, arx quoque et Isthmus praebuere spectaculum: arx intra moenia ^{l)} in inmanem altitudinem edita, scatens fontibus: Isthmus duo maria, ab occasu et ortu solis finitima, artis fauibus dirimens. Sicyonem inde et Argos nobiles urbes adit: inde haud parem opibus Epidaurum, sed inclitam Aesculapii nobili templo; quod, quinque milibus passuum ab urbe distans, nunc vestigiis revulorum donorum, tum donis dives erat, quae remediiorum salutarium aegri mercedem sacraverant Deo. Inde Lacedaemonem adit, non operum magnificentia, sed disciplina institutisque memorabilem, ac Pallantium ^{m)}: unde per Megalopolim ⁿ⁾ Olympiam escendit ^{o)}. Ubi et alia quidem spectanda visa, et, Iovem velut praesentem intuens, motus animo est. Itaque, haud secus quam si in Capitolio immolaturus esset, sacrificium amplius solito adparari iussit. Ita peragrata Graecia, ut nihil eorum, quae quisque Persei bello privatin aut ^{p)} publice sensisset, inquireret, ne cuius metu sollicitaret animos sociorum, Demetriadem quum revertitur ^{q)}, in itinere sordidata turba Aetolorum obcurrit; mirantique et percunctanti, quid esset, defertur, quingentos quinquaginta principes ab

k) *vates Amphilochus* Gron.
Grev. c. Drak.

l) *inter omnia* Eaed. c. Drak.
m) *ac Pallantium* del. Eaed.
c. Drak.

n) *Megalopolin* Gron. Crev.

o) *adscendit* Eaed. c. Drak.

p) *ac* Gron. Crev.

q) *revertit* Eaed. c. Drak.

U. c. 585. Lycisco et Tisippo, circumsesso senatu per milites
a. C. 167. Romanos, missos a Baebio praefecto praesidii^r), interfectos; alios in exsilium actos esse: bonaque eorum, qui interfecti essent; et exsulum possidere, qui arguebant. Iussis Amphipoli^s) adesse, ipse, convento Cn. Octavio Demetriade, postquam fama accidit, traiecerisse iam mare decem legatos, omnibus aliis omissis, Apolloniam ad eos pergit. quo quum Perseus obviam Amphipoli nimis soluta curis^t) custodia processisset, (id diei iter est) ipsum quidem benigne adlocutus est: ceterum, postquam in castra ad Amphipolim venit, graviter increpuisse traditur C. Sulpicium: priuum, quod Persea tam procul a se vagari per provinciam passus esset^u): deinde, quod adeo indulsisset militibus, ut nudare tegulis muros urbis ad tegenda hibernacula sua pateretur. referrique tegulas et resarciri tecta, sicut fuerant, iussit. Et Persea quidem cum maiore filio Philippo, traditos A. Postumio, in custodiam misit: filiam cum minore filio, a Samothrace ad citos Amphipolim, omni liberali cultu habuit.

XXIX. Ipse, ubi dies venit, quo adesse Amphipoli denos principes civitatum iusserat, literasque omnes, quae ubique depositae essent, et pecuniam regiam conferri, cum decem legatis, circumfusa omni multitudine Macedonum, in tribunali consedit. Adsuetis regio imperio tamen novum formam terribilem praebuat tribunal, submoto^x) aditus, praeco, accensus, insueta omnia oculis auribusque; quae vel socios, nem dum hostes victos, terrere possent. Silentio per praeconem facto, Paullus Latine, quae senatui, quae sibi ex consilii sententia visa essent, pronunciavit: ea Cn. Octavius praetor (nam et ipse aderat) interpretata ser-

^r) a Baebio praeside Gron.
Crev. c. Drak.

^s) Amphipolim Eaed. c. Drak.

^t) curis del. Eaed. c. Drak.

^u) est Crev.

^x) submotor Gron. Crev. c. Drak.

mone Graeco referebat. *Omnium primum liberos esse*^{U. c. 585.} *iubere Macedonas, habentes urbes easdem agrosque,*^{a.} *G. 167.* *utentes legibus suis, annuos creantes magistratus: tributum dimidium eius, quod pependissent regibus, pendere populo Romano. Deinde in quatuor regiones dividere Macedoniam. unam fore et primam partem, quod agri inter Strymonem et Nessum amnem sit: accessum huic parti trans Nessum, ad orientem versus, qua Perseus tenuisset vicos, castella, oppida, praeter Aenum, et Maroneam, et Abdra; trans Strymonem autem vergentia ad occasum, Bisalticam omnem cum Heraclea, quam Sinticen appellant. Secundam fore regionem, quam ab ortu Strymo amplectetur amnis, praeter Sinticen Heracleam et Bisaltas: ab occasu qua Axius terminaret fluvius, additis Paeonibus, qui prope Axium flumen ad regionem orientis colerent. Tertia pars facta, quam Axius ab oriente, Peneus amnis ab occasu, cingunt: ad septentrionem Bora mons obiicitur. adiecta huic parti regio Paeoniae, qua ab occasu praeter Axium amnem porrigitur: Edessa quoque et Beroca eodem concesserunt. Quarta regio trans Boram montem, una parte confinis Illyrico, altera Epiro. Capita regionum, ubi concilia fierent, primae regionis Amphipolim, secundae Thessaloniken, tertiae Pellam, quartae Pelagoniam fecit. Eo concilia suae cuiusque regionis indici, pecuniam conferri, ibi magistratus creari iussit. Pronunciavit deinde, neque connubium, neque commercium agrorum aedificiorumque inter se placere cuiquam extra fines regionis suae esse. Metalla quoque auri atque argenti non exerceri: ferri et aeris permitti. vectigal excentibus dimidium eius impossum, quod pependissent regi. Et sale invento uti vetuit. Dardanis repetentibus Paeoniam, quod et sua fuisse, et continens esset finibus suis, omnibus dare libertatem pronunciavit, qui sub regno Persei fuissent. Post non inpetratam Paeoniam, salis commercium dedit: tertiae regioni imperavit, ut Stobos*

T. Liv. Tom. IV.

P

U. c. 585. Paeoniae deveharent, pretiumque statuit. Navalem
a. C. ¹⁶⁷ materiam et ipsos caedere, et alios pati vetuit. Regionibus, quae ad fines barbaris essent, (excepta autem tertia, omnes erant) permisit, ut praesidia armata in finibus extremis haberent.

XXX. Haec, pronunciata primo die conventus, varie adfecerunt animos. Libertas praeter spem data adrexit, et levatum annum vectigal. Regionatim commercia^{y)} interruptis ita videri lacerata, tamquam animalia in artus, alterum alterius indigentes, distracta: adeo, quanta Macedonia esset, quam divisi facilis, et ut ^{z)} se ipsa quaeque contenta^{a)} pars esset, Macedones quoque ignorabant. Pars prima Bisaltas habet, fortissimos viros, (trans Nessum amne incolunt et circa Strymonem) et multas frugum proprietates, et metalla, et opportunitatem Amphipolis: quae obiecta claudit omnes ab oriente sole in Macedoniam aditus. Secunda pars celeberrimas urbes, Thessalonicen et Cassandream^{b)}, habet; ad hoc Pallenem^{c)}, fertilem ac frugiferam terram: maritimas quoque opportunitates ei praebent portus ad Toronen^{d)} ac montem Atho, (Aeneae vocant hunc) alii ad insulam Euboeam, alii ad Hellespontum opportune versi. Tertia regio nobiles urbes, Edessam et Beroeam et Pellam, habet, et Vettiorum bellicosam gentem: incolas quoque permultos Gallos et Illyrios, in pigros cultores. Quartam regionem Eordaei et Lyncestae et Pelagones incolunt; iuncta his Atintania, et Stymphalis, et Elimiotis. frigida haec omnis, duraque cultu, et aspera plaga est: cultorum quoque ingenia terrae similia habet. ferociores eos et adcolae barbari faciunt; nunc bello exercentes, nunc in pace miscentes ritus suos. Divisae itaque Macedoniae, partium^{e)} usibus separatis,

y) *commerciis* Gron. Crev. c.
Drak.

z) a Eaed. c. Drak.

a) *contenta* Eaed. c. Drak.

b) *Cassandram* Eaed. c. Drak.

c) *Pallenem* Gron.

d) *Toronen* Gron. Crev.

e) *Macedoniae partium* Eaed.

c. Drak.

quanta universos teneat Macedonas, formula dicta,^{U. c 585.}
quum leges quoque se daturum ostendisset. ^{a. C 167.}

XXXI. Aetoli deinde citati: in qua cognitione magis, utra pars Romanis, utra regi favisset, quae- situm est, quam utri fecissent iniuriam, aut accepis- sent. Noxa liberati interfectores: exsillum pulsis aequo ratum fuit, ac mors interfectis. A. Baebius unus est damnatus, quod milites Romanos praebuis- set ad ministerium caedis. Illic eventus Aetolorum caussae in omnibus Graeciae gentibus populisque eo- rum, qui partis Romanorum fuerant, inflavit ad in- tolerabilem superbiam animos; et obnoxios pedibus eorum subiecit, quos aliqua parte suspicio favoris in regem contigerat. Tria genera principum in civitatibus erant: duo, quae adulando aut Romanorum imperium, aut amicitiam regum, sibi privatim opes obpressis faciebant civitatibus, medium unum, utriusque generi ad- versum, libertatem et leges tuebatur. His ut maior apud suos caritas, ita minor ad^f externos gratia erat. Secundis rebus elati Romanorum partis eius fautores, soli tum in magistratibus, soli in legationibus erant. Hi quum fre-quentes et ex Peloponneso, et ex Boeotia, et ex aliis Graeciae conciliis adessent, inplevere aures decem legatorum: *Non eos tantum, qui se propalam per vanita- tem iactassent, tamquam hospites et amicos Persei, sed multo plures alios ex occulto favisse. reliquos per speciem tuendae libertatis in conciliis adversus Romanos omnia in- struxisse. nec aliter eas mansuras in fide gentes, nisi, fractis animis partium, aleretur confirmareturque auctoritas eorum, qui nihil praeter imperium Romanorum spe- ctarent^g.* Ab his editis nominibus, evocati literis impe- ratoris ex Aetolia, Acarnaniaque, et Epiro, et Boeotia, qui Romam ad caussam dicendam sequerentur: in Achiam ex decem legatorum numero profecti duo, C. Claudius et Cn. Domitius, ut ipsi edicto evocarent.

f) *apud* Gron. Crev. c. Drak. g) *exspectarent* Crev.

U. c. 585. Id duabus de caassis factum: una, quod fiduciae plus
 a. C. 167. animorumque esse Achaeis ad non parendum crede-
 bant, et forsitan etiam in periculo fore Callicratem et
 ceteros criminum auctores delatoresque: altera, cur
 praesentes evocarent, caussa erat, quod ex aliis gen-
 tibus principum literas deprensas ^{h)} in commen-
 tariis regiis habebant: in Achaeis caecum erat cri-
 men, nullis eorum literis inventis. Aetolis dimissis,
 Acarnanum citata gens: in his nihil novatum, nisi
 quod Leucas exenta est Acarnanum concilio. Quae-
 rendo deinde latius, qui publice aut privatim partium
 regis fuissent, in Asiam quoque cognitionem exten-
 dere: et ad Antissam ⁱ⁾ in Lesbo insula diruendam,
 traducendos Methymnam Antissaeos, Labeonem mi-
 serunt; quod Antenorem, regium praefectum, quo
 tempore cum lembis circa Lesbum est vagatus, portu
 receptum comineatisbus iuvissent. Duo securi percus-
 si viri insignes; Andronicus Andronici filius Aetolus,
 quod, patrem secutus, arma contra populum Roma-
 num tulisset: et Neo Thebanus, quo auctore societa-
 tem cum Perseo iunxerant.

XXXII. His rerum externarum cognitionibus in-
 terpositis, Macedonum rursus advacatum concilium:
 pronunciatum, *Quod ad statum Macedoniae pertinebat,*
senatores, quos Synedros vocant, legendos esse, quorum
consilio respublica administraretur. Nomina deinde
 sunt recitata principum Macedonum, quos cum liberis,
 maioribus quam quindecim annos natis, praecedere
 in Italiam placeret. Id, prima specie saevum, mox
 adparuit multitudini Macedonum pro libertate sua esse
 factum. nominati sunt enim regis amici purpuratique,
 duces exercituum, praefecti navium aut praesidiorum;
 servire regi humiliter, aliis superbe imperare adsueti:
 praedivites alii, alii, quos fortuna non aequarent,

^{h)} *deprehensas* Gron. Crev. c. Drak.
ⁱ⁾ *Antissan* Eaed. c. Drak.

his sumtibus pares: regius omnibus victus vestitusque: U. c. 585.
 nulli civilis animus, neque legum neque libertatis ae-^{a.} C. 167.
 que patiens. Omnes igitur, qui in aliquibus ministeriis
 regiis, etiam qui in minimis legationibus fuerant, iussi
 Macedonia excedere, atque in Italiā ire: qui non pa-
 ruissest imperio, mors denunciata. Leges Macedoniae
 dedit cum tanta cura, ut non hostibus victis, sed sociis
 bene meritis, dare videretur: et quas ne usus quidem
 longo tempore (qui unus est legum corrector) experien-
 do argueret. Ab seriis rebus ludicrum, quod ex multo
 ante praeparato, et in Asiae civitates, et ad reges missis,
 qui denunciarent, et quum circumiret ipse Graeciae
 civitates, indixerat principibus, magno adparatu Am-
 philopi fecit. Nam et artificum omnis generis, qui
 ludicram artem faciebant, ex toto orbe terrarum mul-
 titudo, et athletarum, et nobilium equorum convenit:
 et legationes cum victimis, et quidquid aliud Deorum
 hominumque caussa fieri magnis ludis in Grae-
 cia solet. Ita factum est, ut non magnificentiam tan-
 tum, sed prudentiam in dandis spectaculis, ad quae
 rudes tum Romani erant, admirarentur. Epulae quo-
 que legationibus paratae et opulentia et cura eadem.
 Vulgo dictum ipsius serebant, et convivium instruere,
 et ludos parare eiusdem esse, qui vincere bello sciret.

XXXIII. Edito ludicro omnis generis, clipeisque
 aereis in naves impositis, cetera omnis generis arma,
 cumulata in ingentem acervum, precatus Martem, Mi-
 nervam, Luamque matrem, et ceteros Deos, quibus
 spolia hostium dicare ius fasque est, ipse imperator,
 face subdita, succendit. deinde circumstantes tribuni
 militum pro se quisque ignes conicerunt. Notata est
 in illo conventu Europae Asiaeque, undique partim
 ad gratulationem, partim ad spectaculum contracta
 multitudine, tantis navalibus terrestribusque exerci-
 tibus, ea copia rerum, ea vilitas annonae; ut et pri-
 vatis, et civitatibus, et gentibus, dona data pleraque
 eius generis sint ab imperatore, non in usum modo

U. c. 585. praesentem, sed etiam quod domos aveherent. Specta-
a. C. 167. culo fuit ei, quae venerat, turbae non scenicum magis
ludicrum, non certamina hominum, aut curricula equo-
rum, quam praeda Macedonica omissis, ut viseretur, ex-
posita statuarum, tabularumque, textilium, et vasorum
ex auro et argento et aere et ebore factorum ingenti cu-
ra inea regia: ut non in praesentem modo speciem,
qualibus reserta regia Alexandriae erat, sed in perpetu-
um usum fierent. Haec, in classem inposita, devehen-
da Romam Cn. Octavio data. Paullus, benigne lega-
tis dimissis, transgressus Strymonem, mille passuum
ab Amphipoli castra posuit: inde profectus, Pellam
quinto die pervenit. Praetergressus urbem, ad Spe-
laeum, quod vocant, biduum moratus, P. Nasicam,
et Q. Maximum filium cum parte copiarum ad depo-
pulandos Illyrios, qui Persea iuverant bello, misit,
iussos ad Oricum sibi obcurrere: ipse, Epirum petens,
quintis decimis castris Passaronem pervenit.

XXXIV. Haud procul inde Anicii castra aberant.
ad quem literis missis, ne quid ad ea, quae fierent,
moveretur; *senatum praedam Epiri civitatum, quae*
ad Persea defecissent, exercitui dedisse, submissis cen-
turionibus in singulas urbes, qui se dicerent ad praesi-
dia deducenda venisse, ut liberi Epirotae, sicut
Macedones, essent, denos principes ex singulis evoca-
vit civitatibus: quibus, quum denunciasset, ut aurum
atque argentum in publicum proferretur, per om-
nes civitates cohortes dimisit. ante in ulteriores,
quam in propiores, profecti, ut uno die in om-
nes perveniretur. Edita tribunis centurionibusque
erant, quae agerentur: mane aurum omne argen-
tumque conlatum: hora quarta signum ad diripiendas
urbes datum est militibus: tantaque praeda fuit, ut
in equitem quadrigeni denarii, peditibus ducenti di-
viderentur, centum quinquaginta millia capitum hu-
manorum abducerentur.. Muri deinde direptarum ur-
bium diruti sunt: ea fuere oppida circa septuaginta.

Vendita praeda omnium, de ea summa militi nume-U. c. 585.
ratum est. Paullus ad mare Oricum descendit, ne-a. C. 167.
quaquam, ut ratus erat, expletis militum animis: qui,
tamquam nullum in Macedonia gessissent bellum, ex-
pertes regiae praedae esse indignabantur. Orici
quum missas cum Scipione Nasica Maximoque filio
kopias invenisset, exercitu in naves inposito, in Ita-
lianam traiecit. Et post paucos dies Anicius, conven-
tu reliquorum Epirotarum Acarnanumque acto, ius-
sisque in Italianam sequi principibus, quorum cognitio-
nem caussae reservarat, et ipse, navibus exspectatis,
quibus usus Macedonicus exercitus erat, in Italianam
traiecit. Quum haec in Macedonia Epiroque gesta
sunt, legati, qui cum Attalo ad finiendum bellum
inter Gallos et regem Eumenem missi erant, in Asiam
pervenerunt. Induciis per hiemem factis, et Galli do-
mos abierant ^{k)}, et rex in hiberna concesserat Per-
gamum, gravique morbo aeger fuerat. Ver primum
ex domo excivit: iamque Synnada pervenerant, quum
Eumenes ad Sardes undique exercitum contraxerat. Ibi
et Romani Solovettium ducem Gallorum Synnadis ad-
locuti, et Attalus cum eis profectus; sed castra Gallorum
intrare eum non placuit, ne animi ex disceptatione
irritarentur. P. Licinius cuin regulo Gallorum est
locutus, retulitque, ferociorem eum deprecando factum.
ut mirum videri posset, inter tam ^{l)} opulentos reges,
Antiochum Ptolemaeumque, tantum legatorum Roma-
norum verba valuisse, ut extemplo pacem facerent;
apud Gallos nullius momenti fuisse.

XXXV. Romam primum reges captivi, Perseus
et Gentius, in custodiam cum liberis abducti; dein turba
alia captivorum: tum quibus Macedonum denunciatum
erat, ut Romam venirent, principumque Graeciae.
nam hi quoque non solum praesentes exciti erant, sed
etiam, si qui apud reges esse dicebantur, literis arces-

^{k)} abierunt Gron.

^{l)} tam del. Gron. Crev.

U. c. 585. siti sunt. Paullus ipse post dies paucos regia nave
a. C. ^{167.} ingentis magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant, ornata Macedonicis spoliis, nou insignium tantum armorum, sed etiam regiorum textilium, adverso Tiberi ad urbem est subvectus, completis ripis obviam effusa multitudine. Paucos post dies Anicius et Octavius classe sua advecti. Tribus iis omnibus decretus est ab senatu triumphus: mandatumque Q. Cassio praetori, cum tribunis plebis ageret, ex auctoritate Patrum rogationem ^{m)} ad plebem ferrent, ut iis, quo die urbem triumphantes inveharentur, imperium esset. Intacta invidia media sunt: ad summa ferme tendit. nec de Anicii, nec de Octavii triumpho dubitatum est: Paullum, cui ipsi quoque se comparare erubuisserent, obtrectatio carpsit. Antiqua disciplina milites habuerat; de praeda parcus, quam speraverant ex tantis regiis opibus, dederat nihil relicturus ⁿ⁾, (si aviditati indulgeretur) quod ^{o)} in aerarium deferret. Totus Macedonicus exercitus imperatori erat neglegenter adfuturus comitiis ferendae legis. Sed eos Ser. Sulpicius Galba, qui tribunus militum secundae legionis in Macedonia fuerat, privatim imperatori inimicus, prensando ipse, et per suae legionis milites sollicitando, stimulaverat, ut frequentes ad suffragium adessent: *Imperiosum ducem et malignum antiquando rogationem, quae de triumpho eius ferretur, ulciscerentur. plebem urbanam secuturam esse militum iudicia. Pecuniam illum dare non potuisse? Militem^{p)} honorem dare posse! ne ^{q)} speraret ibi fructum gratiae, ubi non meruisset.*

XXXVI. His incitatis, quum in Capitolio rogationem eam Ti. Sempronius tribunus plebis ferret, et

m) cum tribunis plebis ex auctoritate Patrum ageret,
rogationem etc, Gron. Crev.

c. Drak.

n) dederat; nihil relicturus
Gron. Crev.

o) si aviditati indulgeretur,
quod, signis parentheseos
omissis, Eaed.

p) potuisse, militem Eaed. c.
Drak.

q) posse? ne Eaed. c. Drak.

privatis de ^{r)} lege dicendi locus esset, sed ad ^{s)} sua-U. c. 585.
dendum, ut in re iniuste dubia, haud ^{t)} quisquam ^{a)}. C. 167.
procederet; Ser. Galba repente processit, et a tri-
bunis ^{u)} postulavit, *Ut, quoniam hora iam octava diei
esset, nec satis temporis ad demonstrandum haberet,
cur L. Aemilium non iuberent triumphare, in poste-
rum diem different, et mane eam rem agerent. Inte-
gro sibi die ad caussam eam orandam opus esse.* Quum
tribunus dicere eo die, si quid vellet, iuberet, in
noctem rem dicendo extraxit, referendo admonendoque,
*Exacta acerbe munia militiae; plus laboris, plus periculi;
quam desiderasset res, iniunctum; contra in praemiis,
in honoribus, omnia artata, militiamque, si talibus
succedat ducibus, horridorem asperioremque bellanti-
bus: eamdem victoribus inopem atque inhonoratam fu-
turam. Macedonas in meliore fortuna, quam milites
Romanos, esse. Si frequentes postero die ad legem an-
tiquandam adessent, intellecturos potentes viros, non
omnia in ducis, aliquid et in militum manu esse. His
vocibus incitati, postero die milites tanta frequentia
Capitolium compleverunt, ut aditus nulli praeterea ad
suffragium ferendum esset. Intro vocatae primae tri-
bus quum antiquarent, concursus in Capitolium prin-
cipum civitatis factus est, *Indignum facinus esse, cla-
mitantium, L. Paullum, tanti belli victorem dispoli-
ari ^{x)} triumpho. obnoxios imperatores tradi licentiae at-
que avaritiae militari: nunc nimis saepe per ambitio-
nem peccari^{y)}. Quid, si domini milites imperatoribus in-
ponantur? In Galbam pro se quisque probra ingerere.
Tandem, hoc tumultu sedato, M. Servilius, qui consul et
magister equitum fuerat, ut de integro eam rem age-
rent, ab tribunis petere, dicendique sibi ad populum**

^{r)} de del. Gron. Crev. c. Drak.
^{s)} esset, nec ad Gron. c. Drak.
esbet, [nec] ud Crev.
^{t)} haud del. Gron. Crev. c.
Drak.

^{u)} tribuno Eaed. c. Drak.
^{x)} despoliari Gron. Crev.
^{y)} militari: in uno nimir
se per ambitionem peccare
Eaed. c. Drak.

U. c. 585. potestatem facerent. Tribuni, quum ad deliberandum
a. C. ¹⁶⁷ secessissent, victi auctoritatibus principum, de integro agere coeperunt, revocaturosque se easdem tribus renunciarunt, si M. Servilius aliquique privati, qui dicere vellent, dixissent.

XXXVII. Tum Servilius: *Quantus imperator L. Aemilius fuerit, Quirites, si ex alia re nulla aestimari possit, vel hoc satis erat, quod, quum tam seditiosos et leves milites, tam nobilem, tam temerarium, tam eloquentem ad instigandam multitudinem inimicum in castris haberet, nullam in exercitu seditionem habuit. Eadem severitas imperii, quam nunc oderunt, tunc eos continuit. Itaque, antiqua disciplina habitu, * neque fecerunt^{z)}. Ser. quidem Galba, si in L. Paullo accusando tirocinium ponere, et documentum eloquentiae dare voluit, non triumphum impedire debuit, quem, si nihil aliud, senatus iustum esse iudicaverat: sed postero die, quam triumphatum est, privatum eum^{a)} visurus esset, nomen deferret, et legibus interrogaret; aut serius paullo, quum primum magistratus ipse cepisset, diem diceret, inimicum ad populum accusaret. Ita et pretium recte facti triumphum haberet L. Paullus pro egregie bello gesto; et poenam, si quid et vetere gloria sua et nova indignum fecisset. Sed videlicet, cui crimen nullum, nullum^{b)} probrum dicere poterat, eius obtrectare laudes voluit. Diem integrum hesterno die ad accusandum L. Paullum petiit: quatuor horas, quantum supererat diei, dicendo absumsит. Quis unquam tam nocens reus fuit, cuius virtus vitae tot horis expromi non possent? Quid interim obiecit, quod L. Paullus, si caussam dicat, negatum velit? Duas mihi aliquis conciones parumper faciat: unam militum Macedonicorum; puram alteram, interrioris iudicij et^{c)} a favore et odio, universo iudicante*

^{z)} *habitu, neque fecerunt,*
omisso lacunae signo, Gron.
Crev. c. Drak.

^{a)} *quum Gron. Crev.*
^{b)} *nullum [nullum] Gron. Crev.*
^{c)} *iudicij, et Gron. c. Drak.*

*populo Romano. Apud concionem togatam et urbanam^{U.} c. 585.
 prius reus agatur. Quid apud Quirites Romanos, Ser.^{a.} C. 167.
 Galba, dices? illa enim tibi tota abscisa oratio esset:
 „in statione severius et intentius institisti; vigiliae a-
 cerbius et diligentius circumitaes sunt; operis plus, quam
 „antea, fecisti, quum ipse imperator et exactor circum-
 iret^d); eodem die et iter fecisti, et in aciem ex itinere
 „ductus es^e). Ne victorem quidem te adquiescere passus
 „est: statim ad persecundos hostes duxit. Quum te
 „praeda partienda locupletem facere posset, pecuniam
 „regiam translaturus in triumpho est, et in aerarium
 „laturus.“ Haec sicut ad militum animos stimulandos
 aliquem aculeum habent, qui parum licentiae, parum
 avaritiae suae inservitum censem; ita apud populum
 Romanum nihil valuissent: qui, ut vetera atque audita a
 parentibus suis non repetat, quae ambitione imperatorum
 clades acceptae sint, quae severitate imperii victoriae
 partae, proximo certe Punico bello, quid inter M. Mi-
 nucium magistrum equitum et Q. Fabium dictatorem
 interfuerit, meminit. Itaque accusatorem id scire potu-
 isse, et supervacanam defensionem Paulli fuisse. Trans-
 eatur ad alteram concionem: nec Quirites vos, sed mi-
 lites videor appellaturus, si nomen hoc saltem ruborem
 incutere, et verecundiam aliquam imperatoris violandi
 adferre possit.*

XXXVIII. *Equidem ipse aliter affectus animo
 sum, qui apud exercitum mihi loqui videar, quam
 paullo ante eram, quum ad plebem urbanam spectabat
 oratio. Quid etiam dicitis, milites? Aliquis est Ro-
 mae, praeter Persea, qui triumphari de Macedonibus
 nolit? et eum non iisdem manibus discerpitis, quibus
 Macedonas vicistis? Vincere vos prohibuisset, si po-
 tuisset, qui triumphantes urbem inire prohibet. Erra-
 tis, milites, si triumphum imperatoris tantum, et non*

^{d)} circumires Gron. Crev. c. ^{e)} duxisti Eaed. c. Drak.
 Drak.

U. c. 585. *militum quoque et universi populi Romani, esse decus a. C. 167. censem.* Non unius hoc Paulli. Multi etiam, qui ab senatu non impetrarunt triumphum, in monte Albano triumpharunt. Nemo L. Paullo magis eripere decus perfecti belli Macedonici potest, quam C. Lutatio primi Punici belli, quam P. Cornelio secundi, quam illis, qui post eos triumphaverunt ^{f)}). Nec L. Paulum minorem aut maiorem imperatorem triumphus faciet. militum magis in hoc universique populi Romani fama agitur. primum ne invidiae et ingrati animi adversus clarissimum quemque civem opinionem habeat, et imitari in hoc populum Atheniensem, lacerantem invidia principes suos, videatur. Satis peccatum in Camillo a maioribus vestris est, quem tamen ante receptam per eum a Gallis urbem violarunt: satis insuper a vobis in P. Africano. Literni domicilium et sedem fuisse domitoris Africae! Literni sepulcrum ostendi! Erubescanus, gloria si par illis viris L. Paullus, iniuria vestra exaequetur. Haec igitur primum infamia deleatur, foeda apud alias gentes, damnosa apud nostros. Quis enim aut Africani, aut Paulli, similis esse in ingrata et inimica bonis civitate velit? Si infamia nulla esset, et de gloria tantum ageretur, qui tandem triumphus non communem nominis Romani gloriam habet? Tot de Gallis triumphi, tot de Hispanis, tot de Poenis, ipsorum tantum imperatorum, an populi Romani, dicuntur? Quemadmodum non de Pyrrho modo, nec de Hannibale, sed de Epirotis Karthaginensibusque triumphi acti sunt; sic non M'. Curius tantum, nec P. Cornelius, sed Romani triumpharunt. Militum quidem propria est caussa, qui et ipsi laureati, et quisque donis, quibus donati sunt, insignes, triumphum nomine cident, suasque et imperatoris laudes canentes per urbem incedunt. Si quando non deportati ex provincia milites ad triumphum sint, tremunt: et tamen tum quoque se absentes, quod suis

^{f)} quam [decora cuique sua] illis qui [ante postve eos] triumphaverunt. Crev.

*manibus p̄t̄ta victoria sit, triumphare credunt. Si quis U. c. 585.
vos interroget, milites, ad quam rem in Italiam depor-*^a *C. 167.*
*tati, et non statim, confecta provincia, dimissi sitis?
quid Romam frequentes sub signis veneritis, quid mo-
remini hic, et non diversi domos quisque abeatis vestras?
quid aliud respondeatis, quam vos triumphantes videri
velle? Vos certe victores conspici velle debebatis.*

XXXIX. *Triumphatum nuper de Philippo, patre
huius, et de Antiocho est. ambo regnabant, quum de
his triumphatum est. De Perseo capto, in urbēm cum libe-
ris abducto, non triumphabitur? Quod si in curru scan-
dentes Capitolium, auratos purpuratosque, ex inferiore
loco L. Paullus in turba togatorum unus privatus in-
terroget: L. Anici, Cn. Octavi, utrum vos digniores
triumpho esse, an me, censem? currum ei cessuri, et
prae pudore videntur insignia ipsi sua tradituri. Et
vos Gentium, quam Persea, duci in triumpho ^{g)} ma-
vultis, Quirites, et de accessione potius belli, quam de
bello, triumphari? Et legiones ex Illyrico laureatae
urbem inibunt, et navales socii? Macedonicae legiones,
suo abrogato, triumphos alienos spectabunt? Quid de-
inde tam opimae praedae, tam opulentiae victoriae spo-
liis siet? Quonam addentur illa tot millia armorum,
detracta corporibus hostium? an in Macedonia remit-
tentur? Quo signa aurea, marmorea, eburnea, tabu-
lae pictae, textilia, tantum argenti caelati, tantum auri,
tanta pecunia regia? An noctu, tamquam furtiva, in
aerarium deportabuntur? Quid? illud ^{h)} spectaculum
maximum, nobilissimus opulentissimusque rex captus,
ubi victori populo ostendetur? Quos Syphax rex captus,
accessio Punici belli, concursus fecerit, plerique me-
minimus. Perseus rex captus, Philippus et Alexander
filii regis, tanta nomina, subtrahentur civitatis oculis?
Ipsum L. Paullum, bis consulem, domitorem Graeciae,*

^{g)} *triumphum* Gron. Crev. c. ^{h)} *quid illud* Eaed. c. Drak. Drak.

U. c. 585. omnium oculi conspicere urbem curru ingredientem avert.
 a. C. 167. Ad hoc fecimus consulem, ut bellum, per quadriennium
 ingenti etiam pudore nostro tractum, perficeret. cui sortito
 provinciam, cui proficiscenti praesagientibus ani-
 mis victoriam triumphumque destinavimus, ei victori
 triumphum negatur? et quidem non homines tantum,
 sed Deos etiam suo honore fraudatur? Diis quoque
 enim, non solum hominibus, debetur triumphus. Ma-
 ioresⁱ⁾ vestri omnium magnarum rerum et principia
 exorsi ab Diis sunt, et finem statuerunt^{k)}. Consul,
 proficiscens, praetorve, paludatus cum lictoribus^{l)} in
 provinciam et ad bellum, vota in Capitolio nuncupat:
 victor, perpetrato eodem, in Capitolio triumphans ad
 eosdem Deos, quibus vota nuncupavit, merita dona po-
 puli Romani transvehit^{m)}. pars non minima triumphi
 est victimae praecedentes; ut adpareat, Diis grates agen-
 tem imperatorem ob rempublicam bene gestam redire.
 Omnes illas victimas, quas traducendas in triumpho
 vindicavit, alias alio caedente, mactabit? Quid? il-
 lasⁿ⁾ epulas senatus, quae nec privato loco, nec pu-
 blico profano, sed in Capitolio eduntur, (utrum hominum
 voluptatis caussa, an Deorum hominumque?) auctore^{o)}
 Ser. Galba, turbaturi estis? L. Paulli triumpho por-
 tae claudentur? Rex Macedonum Persus cum liberis et
 turba alia captivorum, spolia Macedonum, citra flu-
 men relinquentur? L. Paullus privatus, tamquam rure
 rediens, a porta domum ibit? Et tu^{p)}, centurio, mi-
 les, quid de imperatore Paullo senatus decretit^{q)} po-
 tius, quam quid Ser. Galba fabuletur, audi: et hoc di-
 cere me potius, quam illum, audi. Ille nihil, praeter-

i) debetur. Utrum maiores
 Gron. Crev. c. Drak.

k) et finem eum statuerunt?
 Eaed. c. Drak.

l) paludatus lictoribus Eaed.
 c. Drak.

m) traducit Eaed. c. Drak.

n) mactate. illas quidem Eaed.
 c. Drak.

o) eduntur, utrum hominum
 voluptatis caussa, an Deo-
 rum hominumque, auctore
 Eaed. c. Drak.

p) domum ibit. Et tu Drak.

q) decrevit Gron. Crev.

quam loqui, et id^r) ipsum maledicē ac maligne, didicit: U. c. 584.
a. C. 168.
ego ter et vicies cum hoste per provocationem pugnavi:
ex omnibus, cum quibus manum conserui, spolia re-
tulī. insigne corpus honestis cicatricibus, omnibus ad-
verso corpore exceptis, habeo. Nudasse deinde se di-
citur, et, quo quaeque bello vulnera accepta essent,
retulisse. quae dum ostentat, adapertis forte, quae
velanda erant, tumor inguinum proximis risum mo-
vit. Tum, Hoc quoque, quod ridetis, inquit, in equo
dies noctesque persedendo habeo: nec magis me eius, quam
cicatricum harum, pudet poenitetque; quando numquam
mihi impedimento ad rempublicam bene gerendam domi
militiaeque fuit. Ego hoc ferro saepe vexatum corpus
vetus miles adolescentibus militibus ostendi. Galba ni-
tens et integrum denudet. Ilevocate, si videtur, tri-
buni, ad suffragium tribus; ego ad vos, milites,

*

*

XL. Summam omnis captivi auri argentique translati sestertia millies ducenties fuisse, Valerius Antias tradit: quae haud dubie maior aliquanto summa ex numero plastrorum ponderibusque auri, argenti, generatim ab ipso scriptis, efficitur. Alterum tantum aut in bellum proximum absumtum, aut in fuga, quum Samothracen peteret, dissipatum tradunt: eoque id mirabilius erat, quod tantum pecuniae intra triginta annos post bellum Philippi cum Romanis, partim ex fructu metallorum, partim ex vectigalibus aliis, coacervatum fuerat. Itaque admodum inops pecuniae Philippus, Perseus contra praedives, bellare cum Romanis coepit. Ipse postremo Paullus in curru magnam, quum dignitate alia corporis, tum senecta ipsa, maiestatem prae se ferens: post currum inter alios inlustres viros filii duo, Q. Maximus et P. Scipio: deinde equites turmatim, et cohortes peditum suis quaeque ordinibus. Pediti in singulos dati denarii^s) cen-

^r) *id del. Gron. Crev. c. Drak.* ^s) *denarii del. Eaed. c. Drak.*

U. c. 585. teni, duplex centurioni, triplex equiti. tantum pe-
a. C. 167. diti daturum suisse credunt, et pro rata aliis, si aut
non refragati honori eius fuissent, aut benigne, hac
ipsa summa pronunciata ^{t)}, adclamassent. Sed non
Perseus tantum per illos dies documentum humanorum
casuum fuit, in catenis ante currum victoris ducis per
urbem hostium ductus; sed etiam victor Paullus, au-
ro purpuraque fulgens. Nam duobus e filiis, quos,
duobus datis in adoptionem, solos nominis, sacro-
rum, familiaeque haeredes retinuerat domi, minor,
ferme duodecim annos natus, quinque diebus ante
triumphum, maior, quatuordecim annorum, triduo
post triumphum decessit: quos praetextatos curru vehi
cum patre, sibi ipsos similes praedestinantes trium-
phos, oportuerat. Paucis post diebus, data a M. An-
tonio tribuno plebis concione, quum de suis rebus ge-
stis more ceterorum imperatorum disseruisse, memo-
rabilis eius oratio et digna Romano principe fuit.

XLI. *Quamquam et quam feliciter rempublicam ad-
ministraverim, et quod duo fulmina domum meam per-
hos dies perculerint, non ignorare vos, Quirites, ar-
bitror, quum spectaculo vobis nunc triumphus meus,
nunc funera liberorum meorum fuerint; tamen paucis,
quaeso, sinatis me cum publica felicitate comparare eo,
quo debo, animo privatam meam fortunam. Profectus
ex Italia, classem a Brundisio ^{u)} sole orta solvi; nona
diei hora cum omnibus meis navibus Corcyram tenui. In-
de quinto die Delphis Apollini pro me, exercitibusque,
et classibus lustrandis ^{x)} sacrificavi. A Delphis quinto
die in castra perveni: ubi exercitu accepto, mutatis qui-
busdam, quae magna impedimenta victoriae erant, pro-
gressus inde ^{y)}, quia inexpugnabilia castra hostium
erant, neque cogi pugnare poterat rex, inter praesidia
eius saltum ad Petram evasi, et, ad pugnam rege coacto,*

^{t)} nunciata Gron. Crev. c. Drak.

^{u)} Brundusio Crev.

^{x)} lustra Gron. Crev. c. Drak.

^{y)} inde del. Eaed. c. Drak.

acie vici: Macedoniam in potestatem populi Romani red.^{U.} c. 585.
^{a.} C. 167.
 egi, et, quod bellum per quadriennium quatuor ante me
 consules ita gesserunt, ut semper successori traderent
 gravius, id ego quindecim diebus perfeci. Aliarum dein-
 de secundarum rerum velut proventus secutus. civitates
 omnes Macedoniae se dediderunt; gaza regia in pote-
 statem venit; rex ipse, tradentibus prope ipsis Diis, in
 templo Samothracum cum liberis est captus. Mihi quo-
 que ipsi nimia iam fortuna mea videri, eoque suspecta
 esse. Maris pericula timere coepi, in tanta pecunia re-
 gia in Italiam traiicienda, et victore exercitu transpor-
 tando. Postquam omnia secundo navium cursu in Ita-
 liam pervenerunt, neque erat, quod ultra precarer, il-
 lud optavi, ut, quum ex summo retro volvi fortuna con-
 suisset, mutationem eius domus mea potius, quam res-
 publica, sentiret. Itaque defunctam esse fortunam publi-
 cam mea tam insigni calamitate spero; quod triumphus
 meus, velut ad ludibrium casuum humanorum, duobus
 funeribus liberorum meorum est interpositus. Et, quum
 ego et Perseus nunc nobilia maxime sortis mortalium
 exempla spectemur, ille, qui ante se captivos, capti-
 vus ipse, duci liberos vidit, incolumes tamen eos ha-
 bet: ego, qui de illo triumphavi, ab alterius funere filii
 curru in [Capitolium, ad alterum] ex Capitolio pro-
 pe^{z)} iam expirantem veni: neque ex tanta stirpe li-
 berum superest, qui L. Aemilii Paulli nomen ferat.
 Duos enim, tamquam ex magna progenie liberorum in
 adoptionem datos, Cornelia et Fabia gens habent; Paul-
 li in domo, praeter senem^{a)}, nemo superest. Sed hanc
 cladem domus meae vestra felicitas et secunda fortuna
 publica consolatur.

XLII. Haec, tanto dicta animo, magis confudere
 audientium animos, quam si miserabiliter orbitatem
 suam deflendo locutus esset. **Cn. Octavius Kalendis De-**

^{z)} curru ex Capitolio ad al-
 terum prope Gron. curru in

[Capitolium] ex Capitolio
 [ad alterum] prope Crev.
 a) se Gron. Crev. c. Drak.

U. c. 585. cembribus de rege Perseo navalem triumphum egit.
 a. C. 167. Is triumphus sine captivis fuit, sine spoliis. Dedit sociis navalibus in singulos denarios septuagenos quinos; gubernatoribus, qui in navibus fuerant, duplex; magistris navium quadruplex. Senatus deinde habitus est. Patres censuerunt, ut Q. Cassius Persea regem cum Alexandro filio Albam in custodiam duceret; comites, pecuniam, argentum, instrumentum quod haberet. Bithys^{b)}, regis Thracum filius, cum obsidibus in custodiam Carseolos est missus. Ceteros captivos, qui in triumpho ducti erant, in carcerem condi placuit. Paucos post dies, quam haec acta, legati ab Cotye rege Thracum venerunt, pecuniam ad redimendum filium aliosque obsides adportantes. Eis, in senatum introductis, et id ipsum argumenti praetendentibus orationis, non sua voluntate Cotyn bello iuvisse Persea, quod obsides dare coactus esset, orantibusque, ut eos pretio, quantum ipsi statuissent Patres, redimi patrentur, responsum ex auctoritate senatus est: *Populum Romanum meminisse amicitiae, quae cum Cotye, maioribusque eius, et gente Thracum fuisset. Obsides datos crimen, non criminis defensionem, esse: quem Thracum genti ne quietus quidem Perseus, nedum bello Romano occupatus, timendus fuerit. Ceterum, etsi Cotys Persei gratiam praetulisset amicitiae populi Romani magis, quid se dignum esset, quam quid merito eius fieri posset, aestimaturum: filium atque obsides ei remisurum. Beneficia gratuita esse populi Romani: pretium eorum malle relinquere in accipientium animis, quam praesens exigere. Legati tres^{c)} nominati, T. Quintius Flamininus, C. Licinius Nerva, M. Caninius Rebilus, qui obsides in Thraciam reducerent: et Thracibus munera data in singulos binum millium aeris. Bithys, cum ceteris obsidibus ab^{d)} Carseolis arcessitus, ad*

b) *Bitis* hic et infra Gron.
 Crev. c. Drak.

c) *tres* del. Eaed. c. Drak.
 d) *a* Eaed. c. Drak.

patrem cum legatis missus. Naves regiae, captae deU. c. 585.
Macedonibus, invisitatae^{e)} ante magnitudinis, in cam-^{a.} G. 167.
po Martio subductae sunt.

XLIII. Haerente adhuc, non in animis modo, sed pene in oculis, memoria Macedonici triumphi, L. Anicius Quirinalibus triumphavit de rege Gentio Illyriisque. Similia omnia magis visa hominibus, quam paria. minor ipse imperator, et nobilitate Anicius cum Aemilio, et iure imperii praetor cum consule conlatus: non Gentius Perseo, non Illyrii Macedonibus, non spolia spoliis, non pecunia pecuniae, non dona donis comparari poterant. Itaque sicut prae fulgebat huic triumphus recens; ita adparebat ipsum perse intuentibus nequaquam esse contempendum. Perdomuerat intra paucos dies, terra marique ferocem, locis munimentisque^{f)} fretam, gentem Illyriorum: regem regiaeque omnes stirpis ceperat: tanstulit in triumpho^{g)} multa militaria signa, spoliaque alia, et supellectilem regiam: auri pondo^{h)} viginti et septem, argenti decem et novem pondo: denarium decem etⁱ⁾ tria millia, et centum viginti millia Illyrii argenti. Ante currum ducti Gentius rex cum coniuge et liberis, et Caravantius frater regis et aliquot nobiles Illyrii. De praeda militibus in singulos quadragenos quinos denarios, duplex centurioni, triplex equiti, sociis nominis Latini quantum civibus, et sociis navalibus dedit quantum militibus. Laetior hunc triumphum est secutus miles, multisque dux ipse carminibus celebratus. sestertium ducenties ex ea praeda redactum esse, auctor est Antias, praeter aurum argentumque, quod in aerarium sit latum: quod quia unde redigi potuerit, non adparebat, auctorem pro re posui. Rex Gentius cum liberis, et coniuge, et fratre Spoletium in custodiam ex senatusconsulto ductus,

e) *inusitatae* Gron. Crev. c.
Drak.

g) *triumphum* Eaed. c. Drak.
h) *pondo* del. Gron. Crev.

f) *locisque munitis* Eaed. c.
Drak.

i) *decem et* del. Eaed. c. Drak.

U. c. 585, ceteri captivi Romae in carcerem coniecti: recusan-
a. C. 167. tibusque custodiam Spoletinis, Iguvium ^{k)} reges tra-
ducti. Reliquum ex Illyrico praedae ducenti viginti
lembi erant; de Gentio rege captos eos Corcyraeis ^{l)},
et Apolloniatis, et Dyrrachiniis Q. Cassius ex se-
natusconsulto tribuit.

XLIV. Consules eo anno, agro tantum Ligurum
populato, quum hostes exercitus numquam eduxis-
sent, nulla re memorabili gesta, Romam ad ma-
gistratus subrogandos redierunt; et primo comi-
tiali die consules crearunt M. Claudium Marcellum,
C. Sulpicium Gallum. Deinde praetores postero die
L. Iulium ^{m)}, L. Appuleium Saturninum, A. Licinium
Nervam, P. Rutilium Calvum, P. Quintilium Varum,
M. Fonteium. His praetoribus duae urbanae provin-
ciae sunt decretae, duae Hispaniae, Sicilia ac ⁿ⁾ Sar-
dinia. Intercalatum eo anno: postridie Terminalia
Kalendae ^{o)} intercalares fuerunt. Augur eo anno mor-
tuus est C. Claudius: in eius locum augures legerunt
T. Quinctium Flamininum. et flamen Quirinalis mor-
tuus Q. Fabius Pictor. Eo anno rex Prusias venit
Romam cum filio Nicomede. Is, magno comitatu nr-
bem ingressus, ad forum a porta tribunalque Q. Cassii
praetoris perrexit: concursuque undique facto, *Deos,*
qui urbem Romam incolerent, senatumque et populum
Romanum salutatum se dixit venisse: et gratulatum,
quod Persea Gentiumque reges vicissent; Macedonibus-
que et Illyriis in ditionem redactis, auxissent imperium.
Quum praetor senatum ei, si velit, eo die daturum
dixisset; biduum petiit, quo tempa Deum urbemque
et hospites amicosque viseret. Datus, qui circumdu-
ceret eum, L. Cornelius Scipio quaestor; qui et Ca-
puam ei obviam missus fuerat: et aedes, quae ipsum
comitesque eius benigne reciperen, conductae. Ter-

k) *Igiturvium* Gron. Crev. c.
Drak.

l) *Corcyreis* Gron. Crev.

m) *Livium* Eaed.

n) *et* Eaed.

o) *Kalendae* del. Eaed.c.Drak.

tio post die senatum adiit^{p)}; gratulatus victoriam est; ^{U. c. 585.}
merita sua in eo bello commemoravit; petiit, ^{a. G. 167.} Ut *votum sibi solvere*, *Romae in Capitolio decem maiores hostias*, et *Praeneste unam Fortunae*, liceret. ea vota pro *victoria populi Romani esse*. Et ut societas secum renovaretur; *agerque sibi, de rege Antiocho captus, quem nulli datum a populo Romano Galli possiderent, daretur*. Filium postremo Nicomedem senatui commendavit. Omnium, qui in Macedonia imperatores fuerant, favore est adiutus. Itaque cetera, quae petebat, concessa: de agro responsum est, *Legatos ad rem inspiciendam missuros*. Si *is^{q)} ager populi Romani fuisse*, nec cuiquam datus esset, dignissimum eo dono *Prusiam habituros esse*. Si autem *Antiochi non fuisse*, eo ne populi quidem Romani factum adparere: aut, si datus Gallis esset, ignoscere *Prusiam debere*, si ex nullius iniuria quidquam ei datum vellet *populus Romanus*. Ne cui^{r)} detur quidem, *gratum esse donum posse*, quod eum, qui det, ubi vellet, ablaturum esse sciatur. Facile Nicomedis commendationem accipere. Quanta cura regum amicorum liberos tueatur *populus Romanus*, documento Ptolemaeum Aegypti regem esse. Cum hoc responso Prusias est dimissus. Munera ei ex *sestertiis iussa dari^{s)}, et vasorum argenteorum pondo quinquaginta. et filio regis Nicomedi ex ea summa munera dari censuerunt, ex qua Masgabae filio regis Masinissae data essent: et ut victimae aliaque, quae ad sacrificium pertinerent, seu Romae, seu Praeneste immolare vellet, regi ex publico, sicut magistratibus Romanis, praeberentur: et ut ex classe, quae Brundisii esset, naves longae viginti adsignarentur, quibus uteatur, donec ad classem, dono datam ei, rex pervenisset. L. Cornelius Scipio ne ab eo abscederet, sumtumque ipsi et comitibus praeberet, donec navem con-

p) *adit* Gron. Crev. c. Drak.s) *ex sestertiis * iussa dari*q) *is del.* Eaed. c. Drak.Gron. *ex sestertiis iussa*r) *quod* Eaed. c. Drak.*dari* Crev.

U. c. 585. scendisset^t). Mire laetum^u) ea benignitate in se pos-
 a. C. 167 puli Romani regem fuisse, ferunt: munera sibi ipsi
 emi non sisse^x); filium iussisse donum populi Ro-
 mani accipere. Haec de Prusia nostri scriptores. Polybius, eum regem indignum maiestate nominis tan-
 ti, tradit; pileatum, capite raso, obviam ire legatis
 solitum, libertumque se populi Romani ferre; et ideo
 insignia ordinis eius gerere. Romae quoque, quin
 veniret in curiam, submisisse se, et osculo limen cur-
 riae contigisse: et Deos servatores suos senatum ad-
 pellasse, aliamque orationem, non tam honorificam
 audientibus, quam sibi deformem, habuisse. Mora-
 tus circa urbem triginta haud amplius dies in regnum
 est profectus, actumque in Asia bellum ***^y).

t) concendissent Gron.

u) add. et Gron. Crev. c. Drak.

x) sibi ipsum emisse Eaed. c.
Drak,


y) actumque in Asia bellum del.

Eaed. c. Drak,

E P I T O M A E

L I B R O R U M

DEPERDITORUM.



EPITOME XLVI.

Eumenes rex Romam venit: qui, quia Macedonico bello 1) medium egerat, ne aut hostis iudicatus videretur, si exclusus esset, aut liberatus crimine, si admitteretur; in commune lex lata est, ne cui regi Romam venire liceret. Claudius Marcellus consul Alpinos Gallos, C. Sulpicius Gallus consul Ligures subegit. Legati Prusiae regis conquesti sunt de Eumene, quod fines suos popularetur 2): dixeruntque, eum conspirasse cum Antiocho contra populum Romanum. Societas cum Rhodiis deprecantibus 3) iuncta est. Lustrum a censoribus conditum est. Ceusa sunt civium capita trecenta viginti septem millia viginti duo. Princeps senatus lectus M. Aemilius Lepidus. Ptolemaeus Aegypti 4) rex, pulsus regno a minore fratre 5), missis ad eum legatis, restitutus est. Ariarathes Cappadociae rege mortuo, filius eius Ariarathes regnum accepit 6), et amicitiam cum populo Romano per legatos renovavit 7). Res praeterea adversus Ligures, et 8) Corsos, et Lusitanos, vario eventu gestas, et motus Syriae, mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat, continet. Hunc Antiochum puerum cum Lysia tutore 9) Demetrius, Selunci filius, qui Romae obses fuerat 10), clam, quia non dimittebatur a Romanis, interemit; et ipse in regnum receptus. L. Aemilio Paullo 11), qui Persen vicerat, mortuo, tanta eius 12) abstinentia fuit, ut, quum ex Hispania et ex 13) Macedonia immensas 14) opes retulisset, vix ex auctione 15) eius redactum sit, unde uxori eius dos solvere-
tur 16). Pomptinas paludes a Cornelio Cethego consule, cui ea provincia evenerat, siccatae, agerque ex iis factus,

1) add. se Gron. Crev.

2) depopularetur Eaed.

3) deprecantibus Rhodiis Crev.

4) Aegyptiorum Gron.

5) a minore fratre e regno pul-
sus Gron.

6) accepit regnum Crev.

7) per legatos cum populo Ro-
mano renovavit Crev.

8) et del. Gron. Crev.

9) add. eius Gron.

10) qui Romam obses missus
fuerat Gron. Crev.

11) L. Aemilius Paullus Eaed.

12) mortuus, cuius tanta Eaed.

13) ex del. Eaed.

14) maximæ Eaed.

15) add. honorum Eaed.

16) unde dos uxori eius red-
eretur Eaed.

XLVII.

Cn. Tremellio tribuno plebis multa dieta est, quod cum M. Aemilio Lepido pontifice maximo iniuriose contenderat; sacrorumque, quam magistratum 1), ius potentius fuit. Lex de ambitu lata. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta triginta 2) octo millia, trecenta quatuordecim. Princeps senatus lectus Aemilius Lepidus. Inter Ptolemaeos fratres, qui dissidebant, foedus ictum, ut alter in Aegypto, alter Cyrenis regnaret. Ariarathes, Cappadociae rex, consilio Demetrii, regis Syriae, et viribus pulsus regno, a senatu restitutus est. Missi a senatu, qui inter Masinissam et Karthaginienses de agro iudicarent. G. Marcius consul adversus 3) Dalmatas parum prospere primum, postea feliciter pugnavit; cum quibus bello configendi caussa fuit, quod Illyrios, populi Romani socios, vastaverant; eamdemque gentem Cornelius Nasica consul demuit. Q. Opimius consul Transalpinos Ligures, qui Massiliensium oppida, Antipolim et Nicaeam, vastabant, subegit. Praeterea res in Hispania a compluribus parum prospere gestas continet. Consules anno quingentesimo nonagesimo octavo ab urbe condita magistratum, peractis comitiis, inequentisque anni consulibus creatis, inire coeperunt. Mutandi comitia caussa fuit, quod Hispani rebellabant. Legati, ad disceptandum inter Masinissam et Karthaginienses missi, renunciaverunt 4), vim navalis materiae se Karthagine deprehendisse. Aliquot praetores, a provinciis avaritiae nomine accusati, damnuati sunt.

- | | |
|--|--|
| 1) <i>sacrorumque magistratum</i>
Crev. | 3) <i>adversum Eaēd.</i>
4) <i>nunciaverunt Eaēd.</i> |
| 2) <i>viginti</i> Gron. Crev. | |

XLVIII.

Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta viginti quatuor millia. Semina tertii belli Punici referuntur. Quum in finibus Karthaginiensium ingens 1) Numidarum exercitus, duce Ariobarzane 2), Syphacis nepote, diceretur esse, M. Porcius Cato suasit, ut Karthaginiensibus, quum Ariobarzanem 3), specie contra Masinissam regem, sed re vera contra Romanos, adcitum in finibus haberent, bellum indiceretur. Contradicente P. Cornelio Nasica, placuit, legatos mitti Karthaginiēm, qui specularentur, quid ageretur. Castigato senatu Karthaginiensium, quod contra foedus et 4) exercitum et navales materias haberent, pacem inter eos et Masinissam facere voluerunt, Masinissa agro, de quo lis erat,

cedente. sed Gisgo, Hamilcaris filius, homo seditiosus, qui tunc in magistratu erat, quum senatus pariturum se iudicio legatis 5) dixisset, ita bellum adversus Romanos suadendo concitavit, ut legatos, quo minus violarentur, fuga explicuerit. Id nunciantes, infestum iam senatum Karthaginiensibus, infestorem fecerunt. M. Porcius Cato filii, in praetura mortui, funus tenuissimo 6), ut valuit, (nam pauper erat) sumtu fecit. Andrius, qui se Persei filium, regis quondam Macedoniae, ingenti adseveratione mentiretur, Romam missus. M. Aemilius Lepidus, qui princeps senatus ab sextis iam censoribus erat electus, antequam exspiraret, praecepit filiis, lecto se strato sine linteis, sine purpura efferrent; in reliquum funus ne plus, quam aeris denos 7), consumerent; imaginum specie, non sumtibus, nobilitari magnorum virorum funera solere. De beneficiis quaesitum. Publicia et Licinia, nobiles feminae, quae viros suos consulares necasse insimulabantur, cognita caussa, quum praetori pro se vades dedissent 8), cognatorum decreto necatae sunt. Gulussa, Masinissae filius, denunciavit, Karthagine delectus agi, classem comparari, et haud dubium bellum strui. Quum Cato suaderet, ut iis bellum indiceretur, P. Cornelio Nasica dicente, nihil temere faciendum, placuit, decem mitti legatos exploratum. L. Licinius Lucullus, A. Postumius Albinus consules, quuin delectum severe agerent, nec quemquam gratia dimitterent, ab 9) tribunis plebis, qui pro amicis suis vacationem impetrare non poterant, in carcerem coniecti sunt. Quum Hispaniense bellum 10), parum prospere aliquoties gestum, ita confudisset civitatem Romanam, ut ne ii quidem inventirentur, qui aut tribunatum exciperent, aut legati ire vellet, P. Cornelius Aemilianus processit, et excepturum se militiae genus, quodcumque imperatum esset, professus est. quo exemplo omnes ad studium militandi 11) concitavit 12). L. Lucullus consul, qui M. Claudio Marcelllo successerat 13), quum lassessere omnes Celtiberiae populi viderentur, Vaccaeos 14), et 15) Cantabros, et alias adhuc incognitas 16) nationes in Hispania subegit. Ibi P. Cornelius Scipio Africanus 17) Aemilianus, L. Pauli filius, Africani nepos, sed adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit: et in obpugnatione Intercatiae urbis, maius 18) etiam periculum adiit. nam murum primus 19) transcendit. Ser. Sulpicius Galba praetor male adversus Lusitanos pugnavit. Quum legati ex Africa cum oratoribus Karthaginiensium 20), et Gulussa Masinissae filio, redissent, dicerentque, et exercitum se et classem Karthagine deprehendisse, perrogari sententias placuit. Catone et aliis

principibus senatu*1)* suadentibus, ut in Africam confestim transportaretur exercitus, quod *22)* P. *23)* Cornelius Nasica dicebat, nondum sibi iustum caussam belli videri, placuit, ut bello abstinerent *24)*, si Karthaginienses classem exuissent, et exercitum dimisissent: sin *25)* minus, proximi consules de Punico bello *26)* referrent. Quum locatum a censoribus theatrum extrueretur; P. Cornelio Nasica auctore, tamquam inutile et nocitum publicis moribus, ex senatusconsulto destructum est, populusque aliquamdiu stans ludos spectavit. Karthaginienses quum adversus *27)* foedus bellum Masinissae intulissent, victi ab eo, annos habente nonaginta duos, et sine pulpamine mandere et gustare panem tantum *28)* solito, insuper Romanum bellum meruerunt.

- | | |
|---|--|
| <i>1) maximus Gron. Crev.</i> | <i>omnes Celtiberiae populos</i> |
| <i>2) Archobarzane duee Eaed.</i> | <i>quum videretur) Vaccaeos</i> |
| <i>3) ut Carthaginiensibus, qui</i> | <i>Crev.</i> |
| <i>exercitum Eaed.</i> | <i>15) et del. Crev.</i> |
| <i>4) et del. Eaed.</i> | <i>16) incognitas adhuc Gron.</i> |
| <i>5) legatorum Eaed.</i> | <i>Crev.</i> |
| <i>6) funus mortui filii in praetura, tenuissimo Crev.</i> | <i>17) Africanus Scipio Eaed. c.</i> |
| <i>7) aeris decus Gron.</i> | <i>Drak.</i> |
| <i>8) quum praetori praedes vadescue dedissent Gron. Crev.</i> | <i>18) add. multo Gron. Crev.</i> |
| <i>9) a Crev.</i> | <i>19) add. omnium Eaed.</i> |
| <i>10) Hispaniense bellum quum Crev.</i> | <i>20) Carthaginiensium oratoribus Crev.</i> |
| <i>11) militandi studium Gron.</i> | <i>21) senatus Gron. Crev.</i> |
| <i>12) ad militandi studium omnes incitavit Crev.</i> | <i>22) exercitus. quia vero Eaed.</i> |
| <i>13) cum Claudio Marcello, cui successerat Gron.</i> | <i>23) P. del. Eaed.</i> |
| <i>14) consul (Claudius Marcellus, cui successerat, pacasse</i> | <i>24) desisteretur Gron. abstineretur Crev.</i> |
| | <i>25) si Crev.</i> |
| | <i>26) bello Punico Crev.</i> |
| | <i>27) adversum Gron. Crev.</i> |
| | <i>28) tantummodo Eaed.</i> |

XLIX.

Tertii Punici belli *1)* initium altero et sexcentesimo anno ab urbe condita, intra quintum annum, quam erat coepitum, consummati. Inter M. Porcium Catonem et Scipionem Nasicam, quorum alter sapientissimus vir in civitate habebatur, alter etiam vir optimus a senatu iudicatus erat *2)*, diversis certatum sententiis est *3)*; Catone suadente bellum, et ut tolleretur delereturque Karthago; Nasica dissuadente. Placuit tamen, quod *4)* contra foedus naves haberent, quod exercitum extra fines duxissent *5)*, quod socio populi Romani et amico Masinissae arma intulissent, quod filium eius Gulus-

sami, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum non receperunt, bellum iis iudici. Priusquam ulla copiae in naves inponerentur, Uticenses legati Romani venerunt, se suaque omnia dedentes. Ea legatio, veluti omen, grata Patribus, acerba Karthaginensibus fuit. Diti patri ludi ad Terentum, ex praecepto librorum Sibyllinorum, facti: qui ante annum centesimum 6), primo Punico bello 7), quingentesimo et altero anno ab urbe condita, facti erant 8). Legati triginta Romani venerunt; per quos se Karthaginenses debant. Catonis sententia pervicit, ut in decreto perstaretur, et ut consules quam primum ad bellum proficiserentur 9). Qui ubi in Africam transierunt, acceptis, quos imperaverant, trecennis obsidibus, et armis, omnibusque instrumentis bellicis 10), si qua Karthagine erant; tunc, quum ex auctoritate Patroni iuberent, ut in alium locum, dum 11) a mari decem millia passuum, ne minus 12), remotum, oppidum facerent, indignitate rei ad rebellandum 13) Karthaginenses compulerunt. Obsideri obpugnarique coepta est Karthago ab 14) L. Marcio, M'. Manilio consulibus. In qua obpugnatione quum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus suis 15) intrupissent, et ab oppidanis graviter caederentur, a Scipione Africano expliciti sunt: per quem et castellum Romanorum, quod nocte expugnabant 16), paucis equitibus iuvantibus, liberatum est: castrorumque, quae Karthaginenses, omnibus copiis ab urbe pariter egressi 17), obpugnabant, liberatorum is ipse praecipuam gloriam tulit. Praeterea, quum ab irrita obpugnatione Karthaginis consul (alter enim Romani ad comitia ierat) exercitum duceret adversus Hasdrubalem, qui cum altera manu iniquum saltum insederat, suasit primo consuli, ne tam iniquo loco confligeret. victus deinde complurium, qui et prudentiae eius et virtuti invidebant, sententiis et ipse saltum ingressus est. quumque, sicut praedixerat, fatus fugatusque esset Romanus exercitus, et duas cohortes ab hoste obsiderentur, cum exignis equitum turmis in saltum reversus, liberavit eas, et incolumes reduxit. Quam virtutem eius et Cato, vir promotoris ad vituperandum linguae, in senatu sic prosecutus est, ut diceret, *reliquos, qui in Africa militarent, umbras militare, Scipionem vigere;* et populus Romanus eo favore 18) complexus, ut comitiis plurimae eum tribus consulem scriberent, quum hoc per aetatem non liceret. Quum L. Scribonius tribunus plebis rogationem promulgasset, ut Lusitani, qui, in fidem populi Romani 19) dediti, a Ser. Galba in Galliam 20) venissent, in libertatem restituerentur, M. Cato acerrime suasit. exstat oratio in Annalibus eius inclusa. Q. Fulvius Nobilior, et

saepe ab eo in senatu laceratus, respondit pro Galba. ipse quoque Galba, quum se damnari videret, complexus duos filios praetextatos, et Sulpicii Galli filium²¹⁾, cuius tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur. exstant tres orationes eius: duas adversus²²⁾ Libonem tribunum plebis rogationemque eius, habitae²³⁾ de Lusitanis: una contra L. Cerneium Gethegum, in qua Lusitanos propter sese castra habentes caesos fatetur, quod compertum habuerit, equo atque homine suo ritu immolatis, per speciem pacis adoriri exercitum suum in animo habuisse. Andriscus quidam, ultimae sortis homo, Persei regis se filium ferens, et mutato nomine Philip-pus vocatus, quum ab urbe Romana²⁴⁾, quo illum Demetrius Syriae rex ob hoc ipsum mendacium miserat, clam profugisset, multis ad falsam eius fabulam, velut ad veram, coeuntibus, contracto exercitu, totam Macedoniam aut voluntate incolentium, aut armis occupavit. Fabulam autem talem²⁵⁾ finxerat. Ex pellice se et Perseo rege ortum, traditum educandum Cretensi cuidam esse, ut in belli casus, quod ille cum Romanis gerret, aliquod velut semen regiae stirpis²⁶⁾ exstaret. Perseo demortuo, Adramyttei²⁷⁾ se educatum usque ad duodecimum annum aetatis, patrem eum esse credentem, a quo educaretur, ignarum generis fuisse sui. affecto deinde eo, quum prope ad vitae finem ultimum esset²⁸⁾, detectam tandem ibi²⁹⁾ originem suam, falsaeque matri libellum datum, signo Persei regis signatum, quem sibi traderet, quum ad puberem aetatem venisset: obtestationesque ultimas adiicias, ut res in occulto ad id tempus servaretur. pubescenti libellum traditum: in quo relicti sibi duo thesauri a patre dicerentur, tum scienti³⁰⁾ mulierem subditum se esse³¹⁾, veram stirpem ignorant, edidisse genus: atque obtestata, ut prius, quam manaret ad Eumenem res³²⁾, Perseo inimicum, excederet iis locis, ne interficeretur. eo se exterritum, simul sperantem aliquod a Demetrio auxilium³³⁾, in Syriam se contulisse: atque ibi primum, quis esset, palam expromere ausum.

1) *belli Punici* Gron.

2) *alter optimus vir etiam iudicatus a senatu erat*
Gron.

3) *est sententiis* Crev.

4) *eo quod* Gron. Crev.

5) *extra fines exercitum duxisserunt* Crev.

6) *qui anno centesimo* Gron.
Crev. c. Drak.

7) *bello Punico* Crev.

8) *fuerant* Gron. Crev.

9) *proficiscerentur ad bellum*
Crev.

10) *et armis omnibus, instrumentisque belli* Gron. *et armis, omnibusque instrumentis belli* Crev.

11) *add. procul* Gron. Crev.

12) *nee minus* Gron.

13) *bellandum* Gron. Crev. c. Drak,

- 14) *a* Crev.
 15) *suis del.* Gron. Crev.
 16) *oppugnabant* Gron.
 17) *pariter ab urbe egressi* Crev.
 18) *add. illum* Crev.
 19) *populo Romano* Gron.
 20) *in Gallia* Gron. Crev.
 21) *filium Sulpicii Galli* Gron.
 22) *adversum* Gron. Crev.
 23) *habitam* Gron.
 24) *Roma* Crev.
 25) *huiusmodi* Gron.
 26) *stirpis regiae* Crev.
 27) *Adramytti* Gron. Crev.
 28) *quum prope ultimum finem
vitae esset* Gron. *quum pro-
pe vitae finem ultimum esset*
Crev.
 29) *sibi tandem* Gron. Crev.
 30) *scientem Eaed. c. Drak.*
 31) *se subditum esse* Gron.
 32) *quam ad Eumenem mana-
ret res* Crev.
 33) *auxilium a Demetrio* Crev.

L.

Thessalia, quum et illam invadere armis atque occupare Psendophilippus vellet, per legatos Romanorum 1) auxiliis Achaeorum defensa est. Prnsias rex Bithyniae, omniumque humillimorum vitiorum, a Nicomede filio, adiuvante Attalo rege Pergami, occisus est. Habebat alium 2) filium, qui, pro superiore ordine dentium, enatum habuisse unum os continens dicitur. Quum tres 3) legatos ad pacem inter Nicomedem et Prusiam faciendam Romani misissent, et unus ex iis multis cicatricibus sparsum caput haberet 4), alter pedibus aeger esset, tertius ingenio socors haberetur; dixit Cato, eam legationem nec caput, nec pedes, nec cor habere. In Syria, quae eo tempore stirpe generis parem regi Macedonum 5), inertia socordiaque similem Prusiae regem habebat, iacente eo in ganea 6) et lustris, Ammonius regnabat; per quem et amici omnes regis, et Laodice regina, et Antigonus, Demetrii filius, occisi. Masinissa, Numidiae rex, maior nonaginta annis decessit, vir insignis. Inter cetera opera invenilia, quae ad ultimum edidit, adeo, etiam versus in senectam, vignit, ut post sextum et octagesimum annum filium genuerit. Inter tres liberos eius, maximum natu Micipsam, Gulussam, Mastanabalem 7), qui etiam Graecis literis eruditus erat, P. Scipio Aemilianus (quum communie eis pater regnum reliquisset, et dividere eos arbitro Scipione iussisset) partes administrandi regni divisi. Item Phamaeae 8) Himilconi 9), praefecto equitum Karthaginiersium, viro forti, et cuius praecipua opera Poeni utebantur, persuasit, ut ad Romanos cum equitatu suo transiret 10). Ex tribus legatis, qui ad Masinissam missi fuerant, Claudius Marcellus, coorta tempestate, fluctibus obrutus est. Karthaginenses Hasdrubalem, Masinissae nepotem, quem praetorem habebant, proditioni suspectum, in curia occiderunt 11): quae

suspicio inde emanavit, quod propinquus esset Gulussae, Romanos auxilio iuvantis 12). P. Scipio Aemilianus, quum aeditatam peteret, consul a populo dictus, quoniam per annos consulem fieri non licebat, cum magno certamine suffragantibus plebis 13), et repugnantibus aliquamdiu Patribus, legibus solitus, et consul creatus est. M'. Manilius aliquot urbes circumpositas Karthagini expugnavit. Pseudophilippus in Macedonia, caeso cuni exercitu P. Iuventio praetore, a Q. Gaeilio victus captusque est, et recepta Macedonia.

- | | |
|---|--|
| 1) <i>Romanorum legatos</i> Crev. | 8) <i>Phameae Gron.</i> |
| 2) <i>alterum Gron.</i> Crev. | 9) <i>Himilconis Gron.</i> Crev. |
| 3) <i>tres del.</i> Eaed. c. Drak. | 10) <i>ut cum equitatu suo ad Romanos transiret</i> Crev. |
| 4) <i>caput multis cicatricibus sparsum haberet</i> Crev. | 11) <i>interemerunt Gron.</i> Crev. |
| 5) <i>ex stirpe generis Persei, regis Macedonum</i> Gron. | 12) <i>Romanorum auxilia iuvantis</i> Eaed. c. Drak. |
| Crev. c. Drak. | 13) <i>cum maximo certamine suffragantibus plebeis</i> Crev. |
| 6) <i>ganeo</i> Gron. Crev. | |
| 7) <i>Manastabalem</i> Eaed. | |

LI.

Karthago, in circuitu millia viginti tria 1) passuum 2) patens, magno labore obsessa, et per partes capta est; primum a Mancino legato, deinde a Scipione consule, cui extra sortem provincia Africa data erat. Karthaginenses, portu novo (quia vetus obstructus a Scipione erat) 3) facto, et contracta clam exiguo tempore ampla classe, infeliciter navalii proelio pugnaverunt 4). Hasdrubalis quoque ducis eorum 5) castra, ad Nephelim oppidum loco difficulti 6) sita, cum exercitu deleta sunt a Scipione; qui tandem urbem expugnavit septingentesimo anno, quam erat condita. spoliorum maior pars Siculis, quibus ablata erant, reddit. Ultimo urbis excidio, quum se Hasdrubal Scipioni dedisset, uxor eius, quae paucis ante diebus de marito inpetrare non potuerat, ut ad victorem transfugerent 7), in medium se flagrantis urbis incendium, duabus cum liberis, ex arce precipitavit. Scipio exemplo patris sui naturalis Aemilii Paulli, qui Macedoniam vicerat, ludos fecit, transfugasque 8) ac fugitivos bestiis obiecit. Belli Achaei semina referuntur hacc: quod legati populi Romani ab Achaeis 9) pulsati sint Corinthi, missi 10), ut eas civitates, quae subdivisione Philippi fuerant, ab Achaeo concilio secernerent.

- | | |
|-------------------------------------|--|
| 1) <i>viginti tria millia</i> Gron. | 3) <i>a Scipione erat obstructus</i> Crev. |
| <i>Crev.</i> | <i>Crev.</i> |
| 2) <i>passus</i> Gron. | |

- | | |
|--------------------------------------|------------------------------------|
| 4) <i>navali proelio infeliciter</i> | 8) <i>transfugas</i> Crev. |
| <i>pugnaverunt</i> Crev. | 9) <i>Achaicis</i> Gron. Crev. c. |
| 5) <i>eorum datus</i> Crev. | <i>Drak.</i> |
| 6) <i>difficillimo</i> Gron. Crev. | 10) <i>pulsati sint; Corinthum</i> |
| 7) <i>transfugeret</i> Eaed. | <i>missi</i> Gron. Crev. |

LII.

Cum Achaeis, qui in auxilio Boeotos et Chalcidenses habebant, Q: Caecilius Metellus ad Thermopylas bello 1) conflixit: quibus victis, dux eorum Critolaus veneno sibi mortem concivit. in cuius locum Diaeus, Achaici motus primus auctor, ab Achaeis dux creatus, ad Isthmon a L. Mummio consule victus est. qui, omni Achaia in deditioinem accepta, Corinthon 2) ex senatusconsulto diruit, quia ibi legati Romani violati erant. Thebae quoque et Chalcis, quae auxilio fuerant, dirutae. Ipse L. Mummius abstinentissimum virum egit. nec quidquam ex iis opibus ornamentisque, quae praedives Corinthos 3) habuit, in domum eius pervenit. Q. Caecilius Metellus de Andrisco triumphavit; P. Cornelius Scipio Africanus Aemilianus 4) de Karthagine et de 5) Hasdrubale. Viriathus 6) in Hispania primum ex pastore venator, ex 7) venatore latro, mox iusti quoque exercitus dux factus, totam 8) Lusitaniam occupavit; C. Veturium 9) praetorem, fuso eius exercitu, cepit: post quem C. Plantius praetor nihil felicius rem gessit: tantumque terroris 10) is hostis intulit, ut adversus eum consulari opus esset et duce, et exercitu. Praeterea motus Syriae, et bella inter reges gesta referuntur. Alexander, homo ignotus et incertae stirpis, occiso (sicut ante dictum est) Demetrio rege, in Syria regnabat. hunc Demetrius, Demetrii filius, qui a patre quondam ob incertos belli casus ablegatus Gnidon fuerat, contemta socordia inertiaque eius, adiuvante Ptolemaeo Aegypti rege, cuius filiam Cleopatram in matrimonium acceperat 11), bello interemit. Ptolemaeus, in caput graviter vulneratus, inter curationem, dum ossa medici terebrare contendunt, exspiravit: atque in locum eius frater minor Ptolemaeus, qui Cyrenis regnabat, successit. Demetrius ob crudelitatem, quam per tormenta in suos exercebat, a Diodoto quodam, uno ex subiectis, qui Alexandri filio, bimulo admodum, regnum adserebat, bello superatus, Seleuciam confugit. L. Mummius de Achaeis triumphavit. signa aerea, marmorea, et tabulas pictas in triumpho tulit.

1) *bello del.* Grou.2) *Corinthum* Crev.

T. Liv. Tom. IV.

- 3) *Corinthus*. Crev.
 4) *Aemilianus Africanus* Gron.
 5) *de del.* Gron. Crev.
 6) *Virius* Gron.
 7) *e* Gron. Crev.
 8) *universam* Eaed.
- 9) *M. Vitilium* Gron. *M. Ve-*
tilibrium Drak.
 10) *terrorem* Gron. Crev.
 11) *aceperat in matrimonium*
Crev.

LIII.

Ap. Claudius consul Salassos, gentem Alpinam, domuit. Alter Pseudophilippus in Macedonia a L. Tremellio quaestore cum exercitu caesus est. Q. Caecilius Metellus proconsul Celtileros cecidit. a Q. Fabio proconsule pars magna 1) Lusitaniae, expugnatis aliquot urbibus, recepta est. C. Iulius senator Graece res Romanas scribit.

1) *maxima* Gron. Crev.

LIV.

Q. Pompeius consul in Hispania Termestinos subegit. cum eisdem et Numantinis pacem a populo Romano infirmatam fecit 1). Lustrum a censoribus conditum est. Gensa 2) ci-vium capita trecenta viginti octo millia, quadringenta 3) quadraginta duo. Quum Macedonum legati conquestum 4) de D. Junio Silano praetore 5) venissent 6), quod acceptis pecuniis provinciam spoliasset, et senatus de querelis eorum vellet cognoscere; T. Manlius Torquatus, pater Silani 7), petiit, impetravitque, ut sibi cognitio mandaretur: et, domi causa cognita, filium condemnavit, abdicavitque; ac ne funeri quidem eius (quum suspendio vitam finisset) interfuit; sedensque domi potestatem consultantibus ex instituto fecit. Q. Fabius proconsul rebus in Hispania prospere gestis labem inposuit, pace cum Viriatho aequis conditionibus facta. Viriathus a proditoribus, consilio Servilii Caepionis, imperfectus est 8), et ab exercitu suo multum comploratus, ac nobiliter 9) sepultus; vir duxque magnus, et per quatuordecim annos, quibus cum Romanis bellum gessit, frequentius superior.

- 1) *pacem ab infirmitate fecit* 5) add. *Romam* Gron.
Gron. Crev. c. Drak. 6) *venissent del.* Crev.
 2) add. *sunt* Crev. 7) *Silani pater* Crev.
 3) *trecenta* Gron. Crev. 8) *intereremtus est* Gron. Crev.
 4) add. *venissent* Crev. 9) *nobilissime* Eaed.

LV.

P. Cornelio Nasica, cui cognomen Serapion¹⁾ fuit ab in-
ridente Curiatio tribuno plebis impositum, et D. Iunio Bruto
consulibus delectum habentibus, in conspectu tironum res sa-
luberrimi exempli facta est: nam C. Matienus accusatus est
apud tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset:
damnatusque, sub furca diu virgis caesus est, et sestertio num-
mo veniit. Tribuni plebis, quia non impetrarent²⁾, ut sibi
denos, quos vellet, milites eximere liceret, consules in car-
cerem duci iusserunt. Iunius Brutus consul in Hispania iis, qui
sub Viriatho militaverant, agros et oppidum³⁾ dedit, quod
Valentia vocatum est. M. Popillius a Numantinis, cum qui-
bus pacem factam senatus irritam fieri censuerat, cum exer-
citum fusus fugatusque est⁴⁾. C. Hostilio Mancino consule sa-
cificante, pulli ex cavea evolaverunt. concidenti deinde na-
vim⁵⁾, ut in Hispaniam proficiseretur, accidit vox, *Mane,*
*Mancine*⁶⁾: quae auspicia tristia fuisse, eventu probatum est.
Victus enim a Numantinis et castris exutus, quum spes nulla
servandi exercitus esset, pacem cum eis fecit ignominiosam,
quam ratam esse senatus vetuit. Triginta millia Romanorum
a Numantinorum millibus quatuor victa erant. D. Iunius Lu-
sitaniam, triginta urbium expugnationibus, usque ad occasum
et oceanum perdomuit; et, quum fluvium Oblivionem transire
nollent milites, ereptum signifero signum ipse transtulit, et sic,
ut transgredierentur, persuasit. Alexandri filius, rex Syriae, de-
cem annos admodum habens, a⁷⁾ Diodoto, qui Tryphon co-
gnominabatur, tute suo, per fraudem occisus est; corruptis
medicis, qui, eum⁸⁾ calculi dolore consumi ad populum inen-
titi, dum secant, occiderunt.

1) *Serapioni* Gron. Crev.6) *accidit audiri, Mane, ma-*2) *impetrarant* Eaed.*ne Mancine* Eaed.3) *agros oppidumque* Eaed.7) *ab* Gron.4) *est del.* Eaed.8) *ipsum* Gron. Crev.5) *in navim* Eaed.

LVI.

D. Iunius Brutus in Hispania ulteriore feliciter adversus
Gallaecos pugnavit. dissimili eventu M. Aemilius Lepidus pro-
consul adversus Vaccaeos rem gessit, clademque similem Nu-
mantinae passus est. Ad exsolvendum Numantini foederis¹⁾
religione populum, Mancinus, quum huius rei auctor fuisset,
deditus Numantinis, non est receptus. Lustrum a censoribus

conditum est. Censa sunt 2) civium capita trecenta viginti tria millia, nongenta viginti tria 3). Fulvius Flaccus consul Vardaeos 4) in Illyrico subegit. M. Cosconius praetor in Thracia cum Scordiscis prospere pugnavit. Quum bellum Numantinum vitio ducum 5) non sine pudore publico 6) duraret, delatus est ultro Scipioni Africano a senatu populoque Romano consulatus: quem quum illi capere ob legem, quae vetabat, quemquam iterum consulem fieri, non liceret, sicuti priori consulatu, legibus solutus est. Bellum servile, in Sicilia ortum, quum obprimi a praetoriibus non potuisset, C. Fulvio consuli mandatum est. Iuuius belli initium fuit Eunus servus, natione Syrus; qui, contracta a-grestium servorum manu, et solutis ergastulis, iusti exercitus numerum inplevit. Cleon quoque, alter servus, ad se-ptyuaginta millia servorum contraxit; et, copiis iunctis, contra populum Romanum exercitumque eius bellum saepe gesserunt.

1) foederis Numantini Gron.

4) Vardeos Crev.

2) sunt del. Gron.

5) vitio ducum bellum Nu-

3) nongenta viginti tria del.

mantinum Crev.

Gron. Crev. c. Drak.

6) publico pudore Crev.

LVII.

Scipio Africanus Numantium obsedit, et corruptum licentia luxuriaque exercitum ad severissimam militiae disciplinam revocavit. omnia deliciarum instrumenta recidit; duo millia scortorum a 1) castris eiecit; militem quotidie in opere habuit, et triginta dierum frumentum ad septenos vallos ferre cogebat, aegre propter onus incidenti dicebat, *Quum gladio te vallare scieris, vallum ferre desinito.* Alii, scutum parvum habiliter ferenti, scutum amplius iusto ferre iussit: neque id se reprehendere, quando melius scuto, quam gladio, uteretur. Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus; si extraneus, fustibus 2) cecidit. Iumenta omnia, ne exonerarent militem, vendidit. Saepe adversus eruptiones hostium feliciter pugnavit. Vaccae iussi, liberis coniugibusque 3) trucidatis, ipsi se interemerunt. Scipio amplissima numero, missa sibi ab Antiocho rege Syriae 4) quum celare aliis imperatoribus regum munera mos esset, pro tribunali acceptum se esse dixit, omniaque ea 5) referre quaestorem in publicas tabulas iussit: ex iis se viris fortibus dona 6) daturum. Quum undique Numantium obsidione clausisset, et obsessos 7) fame videret urgeri; hostes, qui pabulatum exierant, vetuit

occidi 8); quod diceret, velocius eos absumturos, frumenti quod haberent, si plures fuissent.

- | | |
|--|---------------------------------|
| 1) <i>a del.</i> Gron. Crev. | 5) <i>eaque omnia</i> Crev. |
| 2) <i>virgis</i> Crev. | 6) <i>add. se</i> Crev. |
| 3) <i>et coniugibus</i> Gron. Crev. | 7) <i>oppressos</i> Gron. Crev. |
| 4) <i>sibi ab Antiocho rege Syriae missa</i> Crev. | 8) <i>interimi</i> Eaed. |

LVIII.

Ti. Sempronius Gracchus tribunus plebis, quum legem agrariam 1) ferret adversus voluntatem senatus et equestris ordinis, ne quis ex publico agro plus, quam quingenta iugera, possideret, in eum furorem exarsit, ut M. Octavio collegae, causam diversae partis defendant, potestatem lege lata abrogaret: seque, et C. 2) Gracchum fratrem 3), et Ap. Claudium soecrum, triumviro ad dividendum agrum crearet. Promulgavit et aliam legem agrariam, qua sibi latius agrum patefaceret, ut iidem triumviri iudicarent, qua publicus ager, qua privatus esset. deinde, quum minus agri esset, quam quod dividi posset sine obfensa etiam plebis, (quoniam eos ad cupiditatem amplum modum sperandi incitaverat) legem se promulgaturum ostendit, ut iis, qui Sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia, quae regis Attali fuisse, divideretur. Haeredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami, Eumenis filius. Tot indignitatibus commotus graviter senatus, ante omnes T. Anninius consularis 4), qui, quum in senatu in Gracchum perorasset, raptus ab eo ad populum, delatusque plebi, rursus in eum pro rostris concionatus est. Quum iterum tribunus plebis creari vellet Gracchus, auctore P. Cornelio Nasica, in Capitolio ab optimatibus occisus est, ictus primum fragmentis subselliorum, et inter alios, qui in eadem seditione occisi erant, inseptus in flumen projectus. Res praeterea in Sicilia vario evenitu adversus 5) fugitivos gestas continet.

- | | |
|--|----------------------------------|
| 1) <i>agrariam legem</i> Crev. | 4) <i>P. Mucius consul</i> Gron. |
| 2) <i>C. del.</i> Gron. Crev. c. Drak. | <i>Crev.</i> |
| 3) <i>fratrem Caium</i> Crev. | 5) <i>adversum</i> Eaed. |

LIX.

Numantini, fame coacti, ipsi se per vicem tradentes trucidaverunt. Captam urbem Scipio Africanus delevit, et de ea triumphavit, quarto decimo anno post Karthaginem deletam.

P. Rupilius consul in Sicilia cum fugitivis debellavit. Aristonicus, regis Eumenis filius, Asiam occupavit; quum testamento Attali regis legata populo Romano, libera esse deberet. Adversus eum P. Licinius Crassus consul, quum, idem pontifex maximus esset, (quod numquam antea factum erat) extra Italiam profectus, proelio victus et occisus est 1). M. Perperna consul victimum Aristonicum in deditio[n]em accepit. Q. Pompeius et Q. Metellus, tunc primi 2) uterque ex plebe facti censores 2), lustrum condiderunt. Censa sunt civium capita trecenta septemdecim 3) millia, octingenta viginti tria, praeter pupilos et viduas. Q. Metellus censor censuit, ut omnes coegerentur ducere uxores, liberorum creandorum caussa. exstat oratio eius, quam Augustus Caesar, quum de maritandis ordinibus ageret, velut in haec tempora scriptam in senatu recitavit. G. Atinius Labeo tribunus plebis Q. Metellum censem, a quo in senatu legendō praeteritus erat, de saxo deiici iussit: quod ne fieret, ceteri tribuni plebis auxilio fuerunt. Quum Carbo tribunus plebis rogationem tulisset, ut eundem tribunum plebi 4), quoties vellet, creare 5) liceret; rogationem eius P. Africanus gravissima oratione dissuasi: in qua dixit, *Ti. Gracchum iure caesum videri.* Gracchus contra suasit rogationem: sed Scipio tenuit. Bella inter Antiochum Syriae, et Phraatem Parthorum regem gesta, nec magis quietae res Aegypti referuntur. Ptolemaeus, Euergetes cognominatus, omniam crudelitatem suis inquisi, incensa a populo regia, clam Cypron profugit. et, quum sorori eius Cleopatrae, quam (filia eius virgine per vim compressa, atque in matrimonium ducta) repudiaverat, regnum a populo datum esset, infensus filium, quem ex illa habebat, Cypri occidit, caputque eius et manus, et pedes matri misit. Seditio[n]es a triumviris Fulvio Flacco, et C. Graccho, et C. Papirio 6) Carbone, agro dividendo creatis, excitatae: quibus quum P. Scipio Africanus adversaretur: fortisque ac validus de die 7) domum se recepisset, mortuus in cubiculo inventus est. Suspecta fuit, tamquam ei venenum dedisset, Sempronia uxor, hinc maxime, quod soror esset Gracchorum; cum quibus simultas Africano fuerat. de morte tamen eius nulla quaestio acta. Eo defuncto, seditiones triumvira[les] acris exarserunt 8). C. Sempronius consul contra Iapydas primo rem male gessit: mox Victoria cladem acceptam emendavit virtute D. Iunii Bruti, eius, qui Lusitaniam subegerat.

1) *interemptus est* Gron. Crev.

2) *censores facti* Crev.

3) *tredecim* Gron. Crev.

4) *plebis* Eaed. c. Drak.

- 5) *creari* Gron. Crev.
6) *Papirio* del. Eaed.
7) *pridie* Gron.

- 8) *acrius seditiones triumvi-
rales exarserunt* Gron.

LX.

L. Aurelius consul rebellantes Sardos subegit. M. Fulvius Flaccus primus 1) Transalpinos Ligures bello domuit, missus in auxilium Massiliensibus adversus Salluvios 2) Gallos, qui fines Massiliensium populabantur 3). L. Opimius praetor Fre-gellanos, qui defecerant, in deditio[n]em accepit, Fregellas di-ruit. Pestilentia in Africa ab ingenti locustarum multitudine 4), et deinde necatarum strage, fuisse traditur. Lustrum a cen-soribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta 5) nonaginta millia septingenta 6) triginta sex. C. Gracchus, Ti-berii frater, tribunus plebis, eloquentior quam frater, perni-ciosas aliquot leges tulit: inter quas frumentariam, *ut semisse et triente frumentum plebi daretur*: alteram legem agrariam, quam et frater eius tulerat: tertiam, qua equestrem ordinem, tunc cum senatu consentientem, conrumperet, *ut sexcenti ex equitibus in curiam sublegerentur*: et quia illis temporibus trecenti tantum senatores erant, sexcenti equites trecentis senatoribus ad-mi-scerentur: id est, ut equester ordo bis tantum virium in senatu haberet. et, continuato in alterum annum tribunatu, legibus agrariis latis effecit, ut complures coloniae in Italia deduce-rentur, et una in solo dirutae Karthaginis; quo ipse triu-mvir creatus coloniam deduxit. Praeterea res a Q. Metello ad-versus Baliares 7) gestas continet: quas Graeci Gymnesias ad-pellant, quia aestatem nudi exigant: Baliares a teli missu ad-pellati, aut 8) a Baleo, Herculis comite, ibi relicto tunc, quum Hercules ad Geryonem navigaret. Motus quoque Syriae re-feruntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum suum et Se-leucum filium, indignata quod, occiso patre eius a se, in-iussu suo diadema sumisset, interermit.

- 1) add. *omnium* Gron. Crev.
2) *Salvios* Eaed.
3) *qui populabantur fines Mas-
siliensium* Crev.
4) *multitudine locustarum* Crev.

- 5) *trecena* Gron.
6) *septingena* Gron.
7) *Baleares hic et paullo post*
Gron. Crev.
8) *vel Eaed.*

LXI.

C. Sextius proconsul, victa Salluviorum 1) gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam e calidis frigi-disque fontibus 2), atque a nomine suo ita adpellatas. Cn. Do-mitius proconsul adversus Allobrogas 3) ad oppidum Vinda-

lium feliciter pugnavit. Quibus bellum inferendi causa fuit, quod Teutomalium, Salluviorum regem, fugientem receperissent, et omni ope iuvisserent; quodque Aeduorum agros, sociorum populi Romani, vastassent 4). C. Gracchus, seditione tribunatu acto, quum Aventinum quoque armata multitudine occupasset 5), a L. Opimio consule, ex senatusconsulto vocato ad arma populo, pulsus et occisus est 6); et cum eo Fulvius Flaccus consularis, socius eiusdem furoris. Q. Fabius Maximus consul, Paulli nepos, adversus Allobrogas 7) et Bituitum, Arvernorum regem, feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitu caesa millia hominum centum viginti. Ipse, quum 8) ad satisfaciendum senatui Romam profectus esset, Albam 9) custodientius datus est, quia contra pacem videbatur, ut in Galliam remitteretur. Decretum quoque est, ut Congentiatus, filius eius, comprehensus Romam mitteretur. Allobroges in dedicationem accepti. L. Opimius, accusatus apud populum a Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos cives in carcerem coniecerat, absolutus est.

- | | |
|--|---|
| 1) <i>Salviorum hic et paullo post Gron. Crev.</i> | 5) <i>occupavisset Gron. Crev.</i> |
| 2) <i>et calidis et frigidis fontibus Eaed.</i> | 6) <i>pulsus, interemitus est Eaed.</i> |
| 3) <i>contra Allobroges Eaed.</i> | 7) <i>Allobroges Eaed.</i> |
| 4) <i>vastavissent Crev.</i> | 8) <i>et quum ipse Eaed.</i> |
| | 9) <i>Albae Gron.</i> |

LXII.

Q. Marcius consul Stoenos 1), gentem Alpinam, expugnavit. Micipsa, Numidarum rex, mortuus regnum tribus filiis reliquit, Adherbali²⁾, Hiempali, et Iugurtha, fratris filio, quem adoptaverat. L. Caecilius Metellus Dalmatas subegit. Iugurtha Hiempalem fratrem bello petiit, quem victimum occidit 3): Adherbalem regno expulit: is a senatu restitutus est. L. Caecilius Metellus, Cn. Domitius Ahenobarbus, censores, duos et triginta senatu moverunt. Praeterea motus Syiae regum continet.

- | | |
|-------------------------------------|---------------------------------|
| 1) <i>Stenos Gron. Crev.</i> | 3) <i>interemit Gron. Crev.</i> |
| 2) <i>Atherbali et infra Ather-</i> | <i>balem Crev.</i> |

LXIII.

Cato Porcius consul in Thracia male adversus Scordiscos pugnavit. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt

civium capita trecenta nonaginta quatuor millia, trecenta triginta sex. Aemilia, Licinia, Marcia, virgines Vestales, incesti damnatae sunt: idque incestum quemadmodum et commissum, et deprehensum, et vindicatum sit, refertur. Cimbri, gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt: ab iis Papirius Carbo consul cum exercitu fusus est. Livius Drusus consul adversus Scordiscos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit 1).

1) add. *magnumque honorem tulit* Gron. Crev.

LXIV.

Adherbal 1), bello petitus a Iugurtha, et in oppido Cirta 2) obsessus, contra denunciationem senatus ab eo occisus est. Ob hoc ipsi Iugurthae bellum indictum: idque Calpurnius Bestia consul gerere iussus, pacem cum Iugurtha iniussu populi et senatus fecit. Iugurtha, fide publica evocatus ad indicandos auctores consiliorum suorum, quod multos pecunia in senatu conrupisse dicebatur, Romanum venit: et, propter caudem, admissam in regulum quendam, nomine Massivam, qui regnum eius populo Romano invisi affectabat 3), Romae interfectum, quum periclitaretur, caussam capitis dicere iussus, clam profugit, et, cedens urbe, fertur dixisse: *O urbem veniam, et cito perituram, si emtorem invenerit!* A. Postumius legatus infeliciter proelio adversus Iugurtham gesto pacem quoque adiecit ignominiosam, quam non esse servandam senatus censuit.

1) *Atherbal* Crev.

2) *Cirtha* Gron.

3) *appetebat* Gron. Crev.

LXV.

Q. Caecilius Metellus consul duobus proeliis Iugurtham fudit, totamque Numidiam vastavit. M. Iunius Silanus consul adversus 1) Cimbros infeliciter pugnavit. legatis Cimbrorum sedem et agros, in quibus consistenterent 2), postulantibus senatus negavit. M. Minucius proconsul adversus 3) Thracas prospere pugnavit. L. 4) Cassius consul a Tigrinoris Gallis, pago Helvetiorum, quia a civitate secesserant, in finibus Allobrogum cum exercitu caesus est. milites, qui ex ea clade superaverant 5), obsidibus datis, et dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt.

- | | |
|--------------------------------|------------------------------------|
| 1) <i>adversum</i> Gron. Crev. | 4) <i>L. del.</i> Crev. |
| 2) <i>considerent</i> Eaed. | 5) <i>superaverunt</i> Gron. Crev. |
| 3) <i>contra</i> Eaed. | c. Drak. |

LXVI.

Iugurtha, pulsus a C. Mario 1) Numidia, auxilio Bocchi, Maurorum regis, adiutus est: et, caesis proelio Bocchi quoque copiis, nolente Bocco bellum infeliciter susceptum diutius sustinere, vinctus ab eo et Mario traditus est: in qua re praecipua opera L. Cornelii Sullae, quaestoris Marii, fuit.

- 1) add. ex Gron. Crev.

LXVII.

M. Aurelius Scaurus, legatus consulis, a Cimbris fuso exercitu, captus est: et, quum, in consilium ab iis evocatus, deterret eos, ne Alpes transirent Italiam petituri, eo quod diceret, Romanos vinci non posse, a Boiorige 1), feroci 2) iuvene, occisus est. Ab iisdem hostibus Cn. Manlius 3) consul et Q. Servilius Caepio proconsul, victi proelio castrisque binis exuti sunt. militum millia octoginta occisa 4) calonum et lixarum quadraginta, secundum Arausionem. Caepionis 5), cuius temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt, primi post regem Tarquinium; imperiumque ei abrogatum. in triumpho C. Marii ductus ante currum eius Iugurtha cum duobus filiis, et in carcere necatus est. Marius triumphali veste in senatum venit, quod nemo ante eum fecerat: eique propter Cimbrici belli metum continuatus per complures annos magistratus est. Secundo 6) et tertio absens consul creatus, quartum consulatum dissimulanter captans consequens est. Cn. Domitius pontifex maximus populi suffragio creatus est. Cimbri, vastatis omnibus, quae inter Rhodanum et Pyrenaeum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi, ibique multa loca populati, a Celtiberis fugati sunt: reversique in Galliam, bellicosis se Teutonis coniunxerunt.

- | | |
|------------------------------------|--|
| 1) add. <i>rege</i> Drak. | 5) <i>quadraginta</i> . Secundum <i>p-</i> |
| 2) <i>feroce</i> Gron. | <i>puli Romani iussionem, Cae-</i> |
| 3) <i>Mallius</i> Grev. | <i>pionis</i> Gron. Crev. c. Drak. |
| 4) <i>octoginta millia militum</i> | 6) <i>consulatu secundo</i> Gron. |
| <i>occisa</i> Crev. | Crev. |

LXVIII.

M. Antonius praetor in Ciliciam maritimos praedones persecutus est. C. Marius consul summa vi obpugnata a Teutonis et

Ambronibus castra defendit. duobus deinde proeliis circa Aquas Sextias eos hostes delevit, in quibus caesa traduntur hostium ducenta millia, capta nonaginta. Marius absens quintum consul creatus est, triumphum oblatum, donec et Cimbros vinceret, distulit. Cimbri, repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconsule, qui fances Alpium obsederat, et ad flumen Athesim castellum editum insederat, reliqueratque, quum, virtute sua expliciti, fugientem proconsulem exercitumque consecuti, in Italiam traiecerint, iunctis eiusdem Catuli et C. Marii exercitibus, proelio victi sunt ab eis: in quo caesa traduntur hostium centum quadraginta millia, capta sexaginta. Marius, totius civitatis consensu exceptus, pro duabus triumphis, qui obferebantur, uno contentus fuit. Primo res civitatis, qui aliquamdiu ut novo homini, ad tantos honores evecto, inviderant, conservatam ab eo rempublicam factebantur. Publicius Malleolus, matre occisa 1), primus 2) insutus culeo 3), in mare praecipitatus est. Ancilia cum strepitu mota esse, antequam Cimbricum bellum consummaretur, referuntur. Bella praeterea inter Syiae reges continet,

1) *intererinta* Gron. Grev.3) *culleo* Gron.2) add. *omnium* Eaed.

LXIX.

L. Appuleius 1) Saturninus, adiuvante C. Mario, et per milites occiso A. Nonio competitore, tribunus plebis per vim creatus, non minus violenter tribunatum, quam petierat, gesit; et, quum legem agrariam per vim tulisset, Metello Numidico, eo quod in eam non iuraverat, diem dixit: qui quum a bonis civibus defenderetur, ne caussa 2) certaminum esset, in exsilium voluntarium 3) Rhodum profectus est: ibique legendō et audiendis magnis viris avocabatur 4). Profecto C. Marius, seditionis auctor, qui sextum consulatum per tribus sparsa pecunia emerat, aqua et igni interdixit. Idem Appuleius Saturninus tribunus plebis C. Memmīum candidatum consulatus 5), quem maxime adversarium auctionibus suis timebat, occidit 6). quibus rebus concitato senatu, (in cuius causam et C. Marius, homo varii et mutabilis ingenii consiliique 7) semper secundum fortunam, transierat, quum eum tueri minime posset) oppressus armis cum Glaucia praetore, et aliis eiusdem furoris sociis, bello 8) quodam imperfectus est. Q. Caecilius Metellus ab exsilio, ingenti totius civitatis favore 9), reductus est. M'. Aquillius 10) preconsul in Sicilia bellum servile excitatum confecit.

- 1) *Apuleius* hic et paullo
post Crev.
2) add. *maiorum* Gron. Crev.
3) *voluntarium exsilium* Crev.
4) *vacabat* Crev.
5) add. *petitorem* Gron,
- 6) *interemit* Gron. Crev.
7) *consilii ingeniique* Crev.
8) *a Rabirio* Gron. Crev.
9) *favore civitatis* Crev.
10) *Aquilius* Gron.

LXX.

Quum M'. Aquillius 1) de pecuniis repetundis caussam diceret, ipse iudices rogare noluit. M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam a pectore eius discidit, ut honestas cicatrices ostenderet: quibus conspectis, indubitanter absolutus est. Cicero eius rei solus auctor. T. Didius proconsul adversus 2) Celtiberos feliciter pugnavit. Ptolemaeus, Cyrenarum rex, cui cognomentum Apioni fuit, mortuus haeredem populum Romanum reliquit, et eius regni civitates senatus liberas esse iussit. Ariobarzanes in regnum Cappadociae a 3) L. Cornelio Sulla reductus est. Parthorum legati, a 4) rege Ar-sace missi, venerunt ad Sullam 5), ut amicitiam populi Romani peterent. P. Rutilius, vir summae innocentiae, quoniam legatus Q. Mucii proconsulis a publicanorum iniuriis Asiam defendebat, invisus equestri ordinis, penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus, in exsilium missus est. C. Sentius 6) praetor contra Thracas infeliciter pugnavit. Senatus, quum impotentiam equestris ordinis in iudiciis exercendis ferre nollet, omni vi niti coepit, ut ad se iudicia transferrentur, sustinente caussam eius M. Livio Druso tribuno plebis: qui, ut vires sibi adquireret, perniciosa spe largitionum plebem concitatavit. Praeterea motus Syriae regum continet.

- 1) *Aquilius* Gron.
2) *adversum* Gron. Crev.
3) *ab* Gron.
4) *ab* Gron.
5) *ad Sullam* *venerunt* Crev.
6) *Geninius* Crev.

LXXI.

M. Livius Drusus, tribunus plebis, ut maioribus viribus senatus caussam susceptam tueretur, socios et Italicos populos spe civitatis Romanae sollicitavit: iisque adiuvantibus, per vim legibus agrariis frumentariisque latis, iudicariam quoque pertulit; ut *aequa parte* iudicia penes senatum et equestrem ordinem essent. Quum deinde promissa sociis civitas praestari non posset, irati Italici defectionem agitare cooperunt. Eorum coitus, coniurationesque, et orationes in conciliis principum referuntur. propter quae Livius Drusus, invisus etiam senatui factus, velut socialis belli auctor, incertum a quo, domi occisus est.

LXXII.

Italici populi defecerunt, Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani, initio belli a Picentibus moto 1). Q. Servilius proconsul in oppido Asculo cum omnibus civibus Romanis, qui in eo 2) oppido erant, occisus est. saga populus sumsisit. Ser. Galba, a Lucanis comprehensus, unius feminae opera, ad quam devertebatur 3), captivitate exemptus est. Aesernia et Alba coloniae ab Italicis obsessae sunt. Auxilia deinde Latini nominis externarumque gentium missa populo Romano, et expeditiones invicem expugnationesque urbium 4) referuntur.

1) *orto* Gron. Crev.2) *eo* del. Eaed.3) *divertebatur* Eaed.4) *urbiumque expugnationes*

Crev.

LXXIII.

L. Iulius Cæsar consul male adversus Samnites pugnavit. Nola colonia in potestatem Samnitum venit cum L. Postumio praetore, qui ab iis interfectus est 1). Complures populi ad hostes defecerunt. Quum P. Rutilius consul male adversus 2) hostes Marsos pugnasset, et in proelio cecidisset, C. Marius, legatus eius, meliore eventu cum hostibus conflixit. Ser. Sulpicius Pelignos proelio fudit. Q. Caepio, legatus Rutilii, quum obcessus prospere in hostes erupisset, et ob eum successum aequatum ei cum G. Mario esset imperium, temerarius factus, et circumventus insidiis, fuso exercitu cecidit. L. Iulius 3) Cæsar consul feliciter aduersus 4) Samnites pugnavit. ob eam victoriam Romae saga posita sunt. et, ut varia belli fortuna esset, Aesernia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitum venit. Sed C. Marius proelio Marsos fudit, Herio Asinio, praetore Marrucinorum, occiso. C. Caecilius in Gallia Transalpina Salluvios 5) rebellantes vicit.

1) *interemptus est* Gron. Crev. 4) *contra* Eaed.2) *parum prospere contra* Eaed. 5) *Salvios* Eaed.3) *Iulus* del. Eaed.

LXXIV.

Cn. Pompeius Picentes proelio fudit, et obsedit: pròpter quam victoriam Romae praetextae et alia 1) magistratum insignia sumita sunt. C. Marius cum Marsis dubio eventu pugnavit. Libertini tum primum militare cooperunt. A. Plotius

legatus Umbros, L. Porcius praetor Marsos, quum uteisque populus defecisset, proelio vicerunt. Nicomedes in Bithyniae, Ariobarzanes in Cappadociae regna reducti sunt. Cn. Pompeius consul Marsos acie vicit. Quum aere alieno obpressa es- set civitas, A. Sempronius Asellio praetor, quoniam secundum debitores ius dicebat, ab iis, qui foenerabantur, in foro occisus est. Praeterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.

1) *aliaque* Crev.

LXXV.

A. Postumius Albinus legatus, quum classi praeesset, infamis crimine proditionis, ab exercitu suo interfectus est. L. Cornelius Sulla legatus Samnites proelio vicit, et bina castra eorum expugnavit. Cn. Pompeius Vestinos in deditioem accepit. L. Porcius consul, rebus prospere gestis, fusisque aliquoties Marsis, dum castra eorum expugnat, cecidit. ea res hostibus victoriam eius proelii dedit. Cosconius et Lucceius¹⁾ Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium, nobilissimum hostium ducem, occiderunt, compluraque eorum oppida in deditioem acceperunt. L. Sulla Hirpinos domuit, Samnites multis proeliis fudit, aliquot populos recepit: quantisque raro quisquam alias ante consulatum rebus gestis, ad petitionem consulatus Romani est profectus.

1) *Luceius* Crev.

LXXVI.

A. Gabinius legatus, rebus adversus¹⁾ Lucanos prospere ge- stis, et plurimis²⁾ oppidis expugnatis, in obsidione castrorum hostilium cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecidit, totamque³⁾ eam regionem recepit. Cn. Pompeius proconsul Ve- stinos et Pelignos in deditioem accepit. Marsi quoque, a L. Mu- rema, et Caecilio Pinna⁴⁾ legatis aliquot proeliis fracti, pacem petie- runt. Asculum a Cn. Pompeio captum est, caesis et a Mam. Aemilio legato Italicis. Silo Pompaedius⁵⁾, dux Marsorum, auctor huius rei, in proelio cecidit. Ariobarzanes Cappadociae, Ni- comedes Bithyniae regno a Mithridate Ponti rege pulsi sunt. Praeterea incursiones Thracum in Macedoniam populationes- que continet.

1) *adversum* Gron. Crev.

2) *pluribus* Eaed.

- 3) *universamque Eaed.* 5) *Popaedius Gron.*
 4) *Pio Crev.*

LXXVII.

Quum P. Sulpicius tribunus plebis, auctore G. Mario, perniciousas leges promulgasset, *ut exsules revocarentur, et novi cives libertinique distribuerentur in tribus, et ut C. 1) Marius adversus Mithridatem Ponti regem dux crearetur*, et adversantibus consulibus Q. Pompeio et L. Sulla vim intulisset, occiso Q. Pompeio consulis filio, genero Sulla; L. Sulla consul cum exercitu in urbem venit, et adversus factionem Sulpicij et Mairii in ipsa urbe pugnavit, eamque expulit. ex qua duodecim a senatu hostes, inter quos C. Marius pater et filius, indicati sunt. P. Sulpicius, quum in quadam villa lateret, indicio servi sui retractus et occisus est. servus, ut praemium promissum indici haberet, manumissus 2), et ob scelus proditi domini de saxo deiectus est. C. Marius filius in Africam traxicet. C. Marius pater, quum in paludibus Minturnensium lateret, extractus est ab oppidanis: et, quum missus ad occidendum eum servus 3), natione Gallus, maiestate tanti viri perterritus recessisset, inpositus publice in navim 4) delatus est in Africam. L. Sulla civitatis statum ordinavit: exinde colonias deduxit. Q. Pompeius consul, ad accipiemendu a Cn. Pompeio proconsule exercitum profectus, consilio eius occisus est. Mithridates, Ponti rex, Bithynia et Cappadocia occupatis, et pulso Aquillio 5) legato, Phrygiām, provinciam populi Romani, cum ingenti exercitu intravit.

- 1) *C. del. Gron. Crev. c. Drak.* missus servus Crev.
 2) add. est Gron. Crev. 4) publicae navi Gron.
 3) *quum ad occidendum eum* 5) *Aquilio Gron.*

LXXVIII.

Mithridates Asiam occupavit: Q. Oppium proconsulem, item Aquillium 1) legatum, in vincula coniecit: iussuque eius, quidquid civium Romanorum in Asia fuit, uno die trucidatum est. Urbem Rhodium, quae sola in fide permanserat, obpugnavit, et aliquot proeliis navalibus victus recessit. Archelaus, prefectus regis, in Graeciam cum exercitu venit; Athenas occupavit. Praeterea trepidationem urbium insularumque, aliis ad Mithridatem, aliis ad populum Romanum civitates suas trahentibus, continet.

LXXIX.

L. Cornelius Cinna, quum perniciose leges per vim atque arma ferret, pulsus urbe a Cn. Octavio collega, cum sex tribunis plebis: imperioque ei abrogato, corruptum Ap. Claudii exercitum in potestatem suam rededit; et bellum urbi intulit, arcessito C. Mario ex Africa cum aliis exsilibus: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeii exercitu, alter ex Ginnae, ignorantes concurrerunt: et, quum vixor spoliaret occisum, agnito fratre, ingenti lamentatione edita, rogo ei exstructo, ipse supra rogum se transfodit, et eodem igni consumptus est. Et quum obprimi inter initia potuissent 1), Cn. Pompeii fraude, qui, utramque partem fovendo, vires Ginnae dedit; nec nisi profligatis optimatum rebus auxilium tulit, et consulis segnitie confirmati Cinna et Marius quatuor exercitibus, ex quibus 2) duo Q. Sertorio et Carbōni dati sunt, urbem circumcederunt. Ostiam coloniam Marius expugnavit, et crudeliter diripuit.

1) *potuisset* Gron.

2) *quorum* Gron. Crev.

LXXX.

Italicis populis a senatu civitas data est. Samnites, qui soli arma retinebant, Cinnae et Mario se coniunxerunt, ab iis Plautius cum exercitu caesus est. Cinna et Marius cum Carbōne et Sertorio Ianiculum occupaverunt, et fugati ab Octavio consule recesserunt. Marius Antium, et Ariciam, et Lanuvium colonias devastavit. Quum nulla spes esset optimatibus resistendi propter segnitiem et perfidiam et dncum et militum, qui corrupti aut pugnare nolebant, aut ad diversas partes transibant, Cinna et Marins in urbem recepti sunt: qui, velut captam, eam caedibus et rapinis vastarunt, Cn. Octavio consule occiso, et omnibus adversae partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonio eloquentissimo viro, L. et G. Caesare, quorum capita in rostris posita sunt. Crassus filius ab equitibus Fimbriae occisus 1). pater Crassus, ne quid indignum virtute sua pateretur, gladio se transfixit. Et citra ulla comitia consules in sequentem annum se ipsos renunciaverunt: eodemque die, quo magistratum inierant, Marius Sex. Licinum senatorem de saxo deiici iussit; editisque multis sceleribus, Idibus Ianuariis decessit: vir, cuius si examinentur cum virtutibus virtutia, haud facile sit dictu, utrum bello melior, an pace per-

niciosior fuerit. adeo, quam rempublicam armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter evertit.

1) *interemtus* Gron. Crev.

LXXXI.

L. Sulla Athenas, quas Archelaus, praefectus Mithridatis, occuparat, circumcidit, et cum magno 1) labore expugnavit. urbi libertatem, et civibus, quae habuerant, reddidit. Magnesia, quae sola in Asia civitas in fide manserat, summa virtute adversus Mithridatem defensa est. Praeterea Thracum in Macedonia continet gesta 2).

1) *maximo* Gron. Crev.

cum in Macedoniam conti-

2) *praeterea transitus*. Thra-

net Eaed.

LXXXII.

Sullā copias regis, quae, Macedonia occupata, in Thessaliam venerant, proelio vicit, caesis hostium centum millibus, et castris quoque expugnatis. Renovato deinde bello, iterum exercitum regis fudit ac delevit. Archelaus cum classe regia Sullae se tradidit. L. Valerius Flaccus consul, collega Cinnae, missus, ut Sullae succederet, propter avaritiam invisus exercitui suo, a 1) C. Fimbria legato ipsius, ultimae audaciae homine, occisus est, et imperium ad Fimbriam translatum. Praeterea expugnatae in Asia urbes a Mithridate, et crudeliter direpta provincia 2), incursionesque Thracum in Macedonia, referuntur.

1) *ab* Gron.

2) *pecunia* Crev.

LXXXIII.

C. Fimbria in Asia fusis proelio aliquot praefectis Mithridatis, urbem Pergamum cepit, obsessumque regem, non inultum abfuit, quin caperet. Urbem Ilion, quae se potestati Sullae reservabat, expugnavit ac delevit, et magnam partem Asiae recepit. Sulla multis proeliis Thracas cecidit. Quum L. Cinna et Gn. Papirius Carbo, ab se ipsis consules per biennium creati, bellum contra Sullam pararent, effectum est per L. Valerium Flaccum principem senatus, qui orationem T. Liv. Tom. IV.

S

in senatu habuit, et per eos, qui concordiae studebant, ut legati ad Sullam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu suo, quem invitum cogebat naves concendere, et adversus Sullam proficisci, imperfectus est 1). Consulatuni Carbo solus gessit. Sulla, quum in Asiam traieisset, pacem cum Mithridate fecit; ita ut is cederet provinciis 2) Asia, Bithynia, Cappadocia. Fimbria, desertus ab exercitu, qui ad Sullam transierat, ipse se percussit: impetravitque de servo suo, praebens cervicem, ut se occideret 3).

1) *interemtus* est Gron. Crev. 3) *interficeret* Eaed.
2) *provinciis* del. Eaed.

LXXXIV.

Sulla legatis, qui a 1) senatu missi erant, futurum se in potestate senatus respondit, si cives, qui pulsi a Cinna 2) ad se confugerant, restituerentur. quae conditio quum iusta senatus videretur, per Carbonem factionemque eius, cui bellum videbatur utilius, ne conveniret, effectum est. Idem Carbo, quum ab omnibus oppidis Italiae coloniisque obsides exigere vellet, ut fidem eorum 3) contra Sullam obligaret, consensu senatus prohibitus est. Novis civibus senatusconsulto suffragium datum est. Q. Metellus Pius, qui partes 4) optimatum securus erat, quum in Africa bellum moliretur, a C. Fabio praetore pulsus est: senatusque consultum per factionem Carbonis et Marianarum partium factum est, ut omnes ubique exercitus dimitterentur. Libertini in quinque et triginta tribus distributi sunt. Praeterea belli adparatum, quod contra Sullam excitabatur, continet.

1) ab Gron.
2) a *Cinna pulsi* Crev.

3) *illorum* Crev.
4) *partem* Crev.

LXXXV.

Sulla in Italiam cum exercitu traxerat, missisque legatis, qui de pace agerent, a 1) consule C. Norbano violatis, eumdem Norbanum proelio vicit. Et quum L. Scipionis alterius consulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem iungeret, nec potuerat, castra obpugnaturus esset, universus exercitus consulis, sollicitatus per emissos a 2) Sulla milites, signa ad Sullam transtulit. Scipio, quum occidi 3) posset, dimissus est. Cn. Pompeius, Cn. F. eius, qui Ascu-

lum ceperat, conscripto voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Sullam venerat; ad quem se nobilitas omnis conferebat, ita ut deserta urbe ad castra veniretur. Praeterea expeditiones per totam 4) Italiam utriusque partis duorum referuntur.

1) *ab* Gron.
2) *ab* Gron.

3) *interimi* Gron. Crev.
4) *universam* Crev.

LXXXVI.

Quum C. Marius, C. Marii filius, consul ante annos viginti per vim creatus esset, C. Fabius in Africa propter crudelitatem et avaritiam in praetorio suo vivus exustus est. L. Philippus legatus Sullae Sardiniam, Q. Antonio praetore pulso et occiso, occupavit. Sulla cum Italicis populis, ne timeretur ab iis, velut erupturus civitatem et suffragii ius nuper datum, foedus percussit. Idemque, ex fiducia iam certae victoriae, litigatores, a quibus adibatur, vadimonia Romam differre fuisse, quum a parte diversa urbs adhuc teneretur. L. Damasippus praetor, ex voluntate C. Marii consulis quum senatum contraxisset, omnem, quae in urbe erat, nobilitatem trucidavit. ex cuius 1) numero Q. Mucius Scaevola pontifex maximus fugiens in vestibulo aedis Vestae occisus est. Praeterea bellum a 2) L. Murena 3) adversus Mithridatem in Asia renovatum continet.

1) add. *quidem* Crev.
2) *ab* Gron.
3) *Muraena* Gron. Crev.

LXXXVII.

Sulla C. Marium, exercitu eius fuso deletoque ad Sacriportum, in oppido Praeneste obsedit. urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere tentantem repulit. Praeterea res a 1) legatis eius, eadem ubique fortuna partium, gestas continet.

1) *ab* Gron.

LXXXVIII.

Sulla Carbōnēm, exercitu eius fuso ad Clusium, ad Faventiam Fidentiamque caeso, Italia expulit: cum Samnitibus, qui soli

ex Italicis populis 1) nondum arma posuerant, iuxta urbem Romanam 2) ante portam Collinam debellavit: recuperataque republica, pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum 3) fuit, inquinavit. Octo millia deditorum in villa publica trucidavit: tabulam proscriptionis proposuit 4): urbem ac totam Italiam caedibus replevit: inter quas omnes Praenestinos inermes concidi iussit: Marium, senatorii ordinis virum, cruribus brachiisque fractis, auribus praesectis, et effossis oculis 5), necavit. G. Marius, Praeneste obsessus a 6) Lucretio Ofella, Sullanarum partium viro, quem per cuniculum captaret evadere, septus ab exercitu, mortem sibi conscivit. id est, in ipso cuniculo, quem sentiret se evaderet non posse, cum Pontio Telesino, fugae comite, stricto utrumque gladio, concurrit: quem quem occidisset, ipse saucius impetravit a servo, ut se occideret.

1) *Italicorum populorum* Crev.

4) *posuit* Gron. Crev. c. Drak.

2) *Romam* Crev.

5) *oculis effossis* Gron.

3) add. *unquam* Crev.

6) *ab* Gron.

LXXXIX.

M. 1) Brutus a Cn. Papirio Carbone, qui Cossuram adpulerat, missus nave piscatoria Lilybaeum, ut exploraret, an ibi Pompeius esset, et circumventus a 2) navibus, quas Pompeius misserat, in se mucrone verso, ad transtrum navis obnixus corporis pondere, ei 3) incubuit. Cn. Pompeius, in Siciliam cum imperio a 4) senatu missus, Cn. Carbonem, qui flens muliebriter mortem tulit, captum occidit. Sulla, dictator factus, quod nemo umquam fecerat, cum fascibus viginti quatuor processit. Legibus 5) novis reipublicae statum confirmavit, tribunorum plebis potestatem minuit, et omne ius legum ferendarum ademit. Pontificum augurumque collegium ampliavit, ut essent quindecim; senatum ex equestri ordine subplevit: proscriptorum liberis ius petendorum honorum eripuit, et bona eorum vendidit: ex quibus plurima primo rapiuit, redactum est sestertium ter millies quingenties. Q. Lucretium Ofellam, consulatum adversus 6) voluntatem suam petere ausum, iussit occidi 7) in foro: et, quem hoc indigne ferret populus Romanus, concione advocata, se iussisse dixit. Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium proscriptum et Hiarbani, regem Numidia, bellum molientes, victos occidit 8); et, quatuor et vigineti annos natus, adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat,

ex Africa triumphavit. C. 9) Norbanus consularis proscriptus, in urbe Rhodo quum comprehendenderetur, ipse se occidit 10). Multus, unus ex proscriptis, clam capite adoperto ad posticas aedes Bastiae uxoris quum accessisset, admissus non est, quia illum proscriptum diceret, itaque se transfodit, et sanguine suo fores uxoris respersit. Sulla Nolam a Samnitibus 11) recepit. quadraginta septem legiones in agros captos deduxit, et eos iis divisit. Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat, obsessum, in ditionem accepit. Mitylenae quoque in Asia, quae sola urbs post victum Mithridatem arma retinebat, expugnatae dirutaeque sunt.

- | | |
|--|-------------------------------------|
| 1) <i>L.</i> Crev. | 7) <i>interimi</i> Eaed. |
| 2) <i>a</i> del. Gron. | 8) <i>interemit</i> Eaed. |
| 3) <i>ei</i> del. Gron. Crev. c. Drak. | 9) <i>Cn.</i> Gron. c. Drak. |
| 4) <i>ab</i> Gron. | 10) <i>interemit</i> Gron. Crev. |
| 5) <i>rebus</i> Gron. Crev. c. Drak. | 11) <i>in Samnio</i> Eaed. c. Drak. |
| 6) <i>contra</i> Gron. Crev. | |

XC.

Sulla decessit, honosque ei a 1) senatu habitus est, ut in campo Martio sepeliretur. M. Aemilius Lepidus, quum acta Sullae tentaret rescindere, bellum excitavit: et a Q. Catulo collega Italia pulsus est: et in Sardinia, frustra bellum molitus, perit. M. Brutus, qui Cisalpinam Galliam obtinebat 2), a Cn. Pompeio occisus est. Q. Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitavit. L. Manlius 3) proconsul et L. 4) Domitius legatus ab Hirtuleio 5) quaestore proelio victi sunt. Praeterea res a P. Servilio proconsule adversus Cilicas gestas continet.

- | | |
|-------------------------------|------------------------------------|
| 1) <i>ab</i> Gron. | 4) <i>M.</i> Eaed. c. Drak. |
| 2) <i>tenebat</i> Gron. Crev. | 5) <i>Herculeio</i> Eaed. c. Drak. |
| 3) <i>Manilius</i> Eaed. | |

XCI.

Cn. Pompeius, quum adhuc eques 1) esset, cum imperio consulari adversus Sertorium missus est. Sertorius aliquot urbes expugnavit, plurimasque civitates in potestatem suam redigit. Ap. Clandius proconsul Thracas pluribus proeliis vicit. Q. Metellus proconsul L. Hirtuleium 2), quaestorem Sertorii, cum exercitu 3) cecidit.

- | | |
|-------------------------------------|-----------------------------------|
| 1) <i>equester</i> Gron. Crev. | 3) <i>omni cum exercitu</i> Gron. |
| 2) <i>Herculeium</i> Eaed. c. Drak. | Crev. |

XCII.

Cn. Pompeius dubio eventu cum Sertorio pugnavit, ita ut singula ex utraque parte cornua vicerint, Q. Metellus Sertorium et Perpernam cum duobus exercitibus proelio fudit: omnis victoriae partem cupiens ferre Pompeius parum prospere pugnavit. Obsessus deinde Cluniae Sertorius, adsiduis eruptionibus non leviora damnata obsidentibus intulit. Praeterea ab 1) Curione proconsule in Thracia res gestas adversus Dardanos, et Q. Sertorii multa crudelia in suos facta continet; qui plurimos ex amicis et secum proscriptis, crimine proditionis insimulatos, occidit 2).

1) a Crev.

2) *interemit* Gron. Crev.

XCIII.

P. Servilius proconsul in Cilicia Isauros domuit, et aliquot urbes piratarum expugnavit. Nicomedes, Bithyniae rex, moriens populum Romanum fecit haeredem, regnumque eius in provincia formam redactum est. Mithridates, foedere cum Sertorio icto, bellum populo Romano intulit. Adparatus deinde regiarum copiarum pedestrium navaliumque, et 1), occupata Bithynia, M. 2) Aurelius Cotta consul ad Chalcedonem proelio a 3) rege victus, resque 4) a Pompeio et 5) Metello adversus 6) Sertorium gestae 7); qui omnibus belli militiaeque a^rtibus par fuit. quos etiam, ab obsidione Calagurris 8) oppidi depulsos, coagit diversas regiones petere, Metellum ulteriore Hispaniam, Pompeium Galliam.

- | | |
|------------------------------------|--|
| 1) <i>navaliumque: et</i> Gron. c. | 5) <i>a del.</i> Eaed. c. Drak. |
| <i>Drak.</i> | 6) <i>adversum</i> Gron. Crev. |
| 2) <i>Bithynia, M.</i> Crev. | 7) <i>gestas continet</i> Eaed. c. |
| 3) <i>ab</i> Gron. | <i>Drak.</i> |
| 4) <i>victus est. resque</i> Gron. | 8) <i>Calaguri<i>ş</i></i> Gron. Crev. |
| <i>Crev. c. Drak.</i> | |

XCIV.

L. Licinius Lucullus consul adversus Mithridatem equestribus proeliis feliciter pugnavit, et expeditiones aliquot 1) prosperas fecit, poscentesque pugnam milites a seditione inhibuit. Deiotarus, Gallograeciae tetrarches, praefectos Mithridatis, bellum

in Phrygia moventes, cecidit. Praeterea res a Cn. Pompeio in Hispania contra Sertorium prospere gestas continet.

1) *aliquot expeditiones* Gron.

XCV.

C. Curio proconsul Dardanos in Thracia domuit. Quatuor et septuaginta gladiatores Capuae ex Indo Lentuli profugerunt: et, congregata servitorum ergastulorumque multitudine, Crixo et Spartaco ducibus bello excitato, Claudiu Pulchrum legatum et P. Varinium 1) praetorem proelio vicerunt. L. Lucullus proconsul ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit; pulsumque Eithynia regem, variis belli ac naufragiorum casibus fractum, coegit in Pontum profugere.

1) *Varenum* Gron. Crev. c. Drak.

XCVI.

Q. Arrius praetor Crixum, fugitivorum ducem, cum viginti millibus hominum cecidit. Cn. Lentulus consul male adversus Spartacum pugnavit. Ab eodem L. Gellius consul et Q. Arrius praetor acie victi sunt. Sertorius a M'. Antonio, et M. Perperna, et aliis coniuratis in convivio interfectus est, octavo ducatus sui anno: magnus dux, et adversus duos imperatores, Pompeium et Metellum, saepe par, vel frequentius vixit 1): ad ultimum desertus et proditus. Imperium partium ad M. Perpernam 2) translatum est: quem Cn. Pompeius victimum captumque interfecit 3), ac recepit Hispanias decimo fere anno, quam coeptum erat 4) bellum. C. Cassius proconsul et 5) Cn. Manlius praetor male adversus Spartacum pugnaverunt: idque bellum M. Crasso praetori mandatum est.

1) *superior* Crev.

2) *ad Marcum* Gron. Crev.
c. Drak.

3) *interemit* Gron. Crev.

4) *coeptum est* Eaed.
5) *et del.* Eaed.

XCVII.

M. Crassus praetor primum cum parte fugitivorum, quae ex Gallis Germanisque constabat, feliciter pugnavit, caesis hostium triginta quinque millibus, et duce eorum Gannico 1). Cum Spartaco deinde debellavit 2), caesis cum ipso millibus sexa-

ginta 3). M. Antonius praetor bellum adversus Cretenses, pa-
rum prospere gestum 4), morte sua finivit. M. Lucullus procon-
sul Thracas subegit. L. Lucullus in Ponto adversus Mithridatem
feliciter pugnavit, caesis hostium amplius quam sexaginta mil-
libus. M. Crassus et Cn. Pompeius consules facti (sed 5)
Pompeius, antequam quaesturam gereret, ex equite Romano
tribunitiam potestatem restituerunt. Iudicia quoque per L.
Aurelium Cottam praetorem ad equites Romanos translata
sunt. Mithridates, desperatione rerum suarum coactus, ad
Tigranem Armeniae regem confugit.

- | | |
|------------------------------------|--|
| 1) <i>Granico</i> Gron. Crev. c. | 3) <i>quadraginta</i> Gron. Crev.
Drak. |
| 2) <i>deinde bellavit</i> Gron. c. | 4) <i>susceptum</i> Eaed. c. Drak. |
| | 5) <i>sed del.</i> Gron. Crev.
Drak. <i>dein debellavit</i> Crev. |

XCVIII.

Machares, filius Mithridatis, Bospori rex, ab L. Lucullo in
amicitiam receptus est. Cn. Lentulus et L. 1) Gellius cen-
sores asperam censuram egerunt, quatuor et sexaginta senatu
motis: a quibus, lustro condito, censa sunt civium capita
quadrageinta quinquaginta millia. L. Metellus praetor in Si-
cilia adversus 2) piratas prospere rem gessit. Templum Io-
vis in Capitolio, quod incendio consumptum ac refectum erat,
a 3) Q. Catulo dedicatum est. L. Lucullus in Armenia Mi-
thridatem et Tigranem, et ingentes 4) utriusque regis copias,
pluribus proeliis fudit. Q. Metellus proconsul, bello sibi ad-
versus 5) Cretenses mandato, Cydoniam urbem obsedit. C. 6)
Triarius, legatus Luculli, adversus Mithridatem parum pro-
spere pugnavit. Lucullum, ne persequeretur Mithridatem ac
Tigranem, summamque victoriae inponeret, seditio militum
tenuit, quia 7) sequi nolebant: id est, quia 8) legiones Vale-
rianae, inpleta 9) a se stipendia dicentes, Lucullum relique-
runt.

- | | |
|--------------------------------|------------------------------|
| 1) <i>C.</i> Crev. | 6) <i>L.</i> Eaed. |
| 2) <i>adversum</i> Gron. Crev. | 7) <i>qui</i> Eaed. |
| 3) <i>ab</i> Eaed. | 8) <i>quia del.</i> Eaed. |
| 4) <i>immensas</i> Eaed. | 9) <i>quae impleta</i> Crev. |
| 5) <i>adversum</i> Eaed. | |

XCIX.

Q. Metellus proconsul Gnosson, et Lyctum, et Cydoniam, et
alias plurimas urbes 1) expugnavit. L. Roscius tribunus plebis

legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi adsignarentur. Cn. Pompeius, lege ad populum lata, persequi piratas iussus, qui commercium annonae intercluserant, intra quadragesimum diem toto mari eos expulit; belloque cum iis in Cilicia confecto, acceptis in ditionem piratis agros et urbes dedit. Praeterea res gestas a Q. Metello adversus Grecenses continet: et epistolas Metelli et Cn. Pompeii in vicem missas. Queritur Metellus, gloriam sibi rerum gestarum a Pompeio praeripi 2), qui in Cretam misericordia legatum suum ad accipiendo urbium ditiones. Pompeius rationem reddit, hoc se facere debuisse.

1) *civitates Gron. Crev.*
2) *gloriam rerum ab se gestarum a Pompeio sublatam*

praeteriri Gron. et eodem modo Crev, nisi quod sublatam omittit.

C.

C. Manilius tribunus plebis magna indignatione nobilitatis legem tulit, ut Pompeio Mithridaticum bellum mandaretur. Concio eius bona. Q. Metellus, perdonitis Cretensibus, liberæ in id tempus insulae leges dedit. Cn. Pompeius, ad gerendum bellum adversus Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renovavit, equestri proelio Mithridatem vicit. Praeterea bellum inter Phraatæ Parthorum regem, et Tigranem Armeniorum, ac deinde inter Tigranem filium patremque gestum, continet.

CI.

Cn. Pompeius Mithridatem, nocturno proelio victum, coegit Bosporon profugere. Tigranem in ditionem accepit, eique, ademtis Syria, Phoenice, Cilicia, regnum Armeniae restituit. Coniuratio eorum, qui in petitione consulatus ambitus damnati erant, facta de interficiendis consulibus, obpressa est. Cn. Pompeius, quum Mithridatem persequeretur, in ultimas ignorantiasque gentes penetravit. Iberos Albanosque, qui transitum non dabant, proelio vicit. Praeterea fugam Mithridatis per Colchos, Heniochosque, et res ab eo in Bosporo gestas continet.

CII.

Cn. Pompeius in provinciae formam Pontum rededit. Pharnaces, filius Mithridatis, bellum patri intulit. Ab eo Mithridatis

dates obsessus in regia, quum veneno sumto parum profecisset ad mortem, a milite Gallo, nomine Bitoeto 1), a quo, ut adiuaret se, petierat, interfactus est. Cn. Pompeius Iudeos subegit: fanum eorum in Hierosolyma 2), inviolatum ad 3) id tempus, cepit. L. Catilina, bis repulsam in petitione consulatus passus, cum Lentulo praetore, et Cethego, et pluribus aliis, coniuravit de caede consulum et senatus, incendiis urbis, et opprimenda republica; exercitu quoque in Etruria comparato. Ea coniuratio industria M. Tullii Ciceronis eruta est. Catilina urbe pulso, de reliquis coniuratis supplicium sumtum est.

1) *Bituito* Crev.

3) *ante* Eaed.

2) *Hierosolymae* Gron. Crev.

CIII.

Catilina a C. Antonio proconsule cum exercitu caesus est. P. Clodius accusatus, quod in habitu muliebri 1) in sacrarium, in quod virum intrare nefas est, intrasset, et 2) uxorem maximi pontificis stuprasset 3), absolutus est. C. Pontinius 4) praetor Allobrogas 5), qui rebellaverant, ad Solonem 6) domuit. P. Clodius ad plebem transiit. C. Caesar Lusitanos subegit: eoque consulatus candidato, et captante rempublicam invadere, conspiratio inter tres principes civitatis facta est, Cn. Pompeium, M. Crassum, C. Caesarem. Leges agrariae a Caesare consule cum magna contentione, invito senatu, et altero consule M. Bibulo, latae sunt. C. Antonius proconsul in Thracia parum prospere rem gessit. M. Cicero, lege a P. Clodio tribuno plebis lata, quod indemnatos cives necavisset, in exsilium missus est. Caesar, in provinciam Galliam profectus, Helvetios, vagam gentem, domuit: quae, sedem quaerebant, per provinciam Caesaris Narbonem iter facere volebat. Praeterea situm Galliarum continet. Pompeius de liberis Mithridatis, Tigrane, et Tigranis filio, triumphavit: Magnusque a tota concione consalutatus est.

1) *mulieris* Gron. Crev.

2) *intrasset: quumque* Eaed.

3) *stupravisset* Eaed.

4) *Cn. Pontinus* Gron.

5) *Allobroges* Gron. Crev.

6) *Salonem* Eaed.

CIV.

Prima pars libri situm Germaniae moresque continet. C. Caesar, quum adversus 1) Germanos, qui Ariovisto duce in Gal-

liam transcenderant, exercitum diceret, rogatus ab Aeduis et Sequanis, quorum ager possidebatur, trepidationem militum, propter metum novorum hostium ortam, adlocutione exercitus inhibuit, et victos proelio Germanos Gallia expulit. M. Cicero, Pompeio inter alios orante, et T. Annio Milone tribuno plebis agente, ingenti gadio senatus ac totius Italiae, ab exsilio reductus est. Cn. Pompeio per quinquennium annonae cura mandata est. Caesar Ambianos, Suassiones, Veromanduas, Atrebates, Belgarum populos, quorum ingens multitudo erat, proelio victos in ditionem accepit: ac deinde contra Nervios unius civitatis cum magno 2) discriminis pugnavit, eamque gentem delevit; quae bellum gessit, donec ex sexaginta milibus armatorum trecenti superessent: ex sexcentis 3) senatoribus tres tantum 4) evaderent. Lege lata de redigenda in provinciae formam Cypro, et publicanda pecunia regia, M. 5) Catoni administratio eius rei mandata est. Ptolemaeus, Aegypti rex, ob iniurias, quas patiebantur, a suis regno pulsus 6), Romanum venit. C. Caesar Venetos, gentem oceano iunctam, navalii proelio vicit. Praeterea res a 7) legatis eius eadem fortuna gestas continet.

1) *contra Gron. Crev.*2) *contra Nervios, unam harum civitatum, cum maximo Eaed.*3) *quadrungentis Eaed.*4) *tantummodo Eaed.*5) *C. Gron.*6) *quas patiebatur a suis, regno pulsus Gron. Crev. c. Drak.*7) *ab Gron. Crev.*

CV.

Quum C. Catonis tribuni plebis intercessionibus comitia tollerentur, senatus vestem mutavit. M. Cato in petitione praeturae, praelato Vatinio, repulsam tulit. idem, quum legem impeditret, qua provinciae consulibus in quinquennium, Pompeio Hispaniae, Crasso Syria et Parthicum bellum, Caesari Gallia et Germania dabantur, a G. Trebonio tribuno plebis, legis auctore, in vincula ductus est. A. Gabinius proconsul Ptolemaeum reduxit in regnum Aegypti, electo Archelao, quem sibi regem adsciverant. Caesar, victis Germanis in Gallia caesisque 1), Rhenum transcendit, et proximam partem Germaniae domuit: ac deinde oceano in Britanniam, primo parum prospere tempestatisbus adversis, traiecit; iterum 2) fe-

licius: magna que multitndine hostium caesa, aliquam partem insulae in potestatem redegit.

1) *et in Gallia caesis* Gron. 2) add. *parum* Eaed. c. Drak.
Crev.

CVI.

Iulia Caesaris filia, Pompeii uxor, decessit: honosque ei a populo habitus est, ut in campo Martio sepeliretur. Gallorum aliquot populi, Ambiorige duce Eburonum, defecerunt: a quibus Gotta et Titurius, legati Caesaris, circumventi insidiis, cum exercitu, cui praeerant, caesi sunt. et quum aliarum quoque legionum castra oppugnata magno labore defensa essent, inter quae eius 1), qui in Nerviis praeerat, Q. Ciceronis 2), ab ipso Caesare hostes proelio fusi sunt. M. Crassus, bellum Parthis inlatus, Euphratem fluvium transiit, victusque proelio, in quo et filius eius cecidit, quum reliquias exercitus in collem receperisset, evocatus in conloquium ab hostibus, velut de pace acturis, quorum dux erat Surenas, comprehensus, et, ne quid vivus pateretur, repugnans interfectus est.

1) *interque eos* Gron. Crev. 2) *Cicero* Eaed. c. Drak.

CVII.

C. Caesar, Treviris in Gallia vici, iterum in Germaniam transiit: nulloque ibi hoste invento, reversus in Galliam, Eburonis et alias civitates, quae conspiraverant, visit, et Ambiorigem in fuga persecutus est 1). P. Clodii, a T. Annio Milone, candidato consulatus, Appia 2) via ad Bovillas occisi, corpus plebs in curia cremavit. Quum seditiones inter candidatos consulatus Hypsaeum, Scipionem, et Milonem essent, qui armis ac vi contendebant; ad comprimendas eas Cn. Pompeius legatus a senatu consul tertium factus est, absens et solus, quod nulli alii umquam contigit. Quaestione decreta de morte P. Clodii, Milo iudicio damnatus in exsiliu actus est. Lex lata est, ut ratio absentis Caesaris in petitione consulatus haberetur invito et contradicente M. Catone. Praeterea res gestas a C. Caesare adversus 3) Gallos, qui prope universi, Vercingentorige Arverno duce, defecerunt, et la-

boriosas obsidiones urbium continet: inter quas Avarici Biturigum, et Gergoviae Arvernorum.

1) est del. Gron. Crev.

5) adversum Eaed.

2) in Appia Eaed.

CVIII.

C. Caesar Gallos ad Alesiam vicit, omnesque Galliae civitates, quae in armis fuerant, in deditio[n]em accepit. C. Cassius, quaestor M. Crassi, Parthos, qui in Syriam transcendebat, cecidit. In petitione consulatus M. Cato repulsam tulit, creatis consulibus Ser. Sulpicio, M. 1) Marcello. C. Caesar Bellovacos cum aliis Gallorum populis domuit. Praeterea contentiones inter consules de successore C. Caesari mittendo, agente in senatu M. Marcello consule, ut Caesar ad petitionem consulatus veniret, quum is lege lata in 2) tempus consulatus provincias obtinere deberet, resque a M. Bibulo in Syria gestas continet.

1) et M. Gron. Crev.

2) add. id Eaed. c. Drak.

CIX.

Caussae civilium armorum et initia referuntur, contentionesque de successore C. Caesari mittendo, quum se dimissurum exercitus negaret, nisi a Pompeio dimitterentur. Et C. Curionis tribuni plebis primum adversus Caesarem, deinde 1) pro Caesare actiones continet. Quum senatusconsultum factum esset, ut successor Caesari mitteretur, M. Antonio et Q. Cassio tribunis plebis, quoniam intercessionibus id senatusconsultum impediabant, urbe pulsis, mandatum est 2) a 3) senatu consulibus et Cn. Pompeio, ut viderent, ne quid res publica detrimenti caperet. C. Caesar, bello inimicos persecuturus, cum exercitu in Italiam venit: Corfinium cum L. Domitio et P. 4) Lentulo cepit, eosque dimisit. Cn. Pompeium ceterosque partium eius Italia expulit.

1) dein Gron. Crev. c. Drak.

2) est del. Gron. Crev.

3) ab Eaed.

4) L. Gron. c. Drak.

CX.

C. Caesar Massiliam, quae portas ipsi clauserat, obsedit: et, relictis in obsidione urbis eius legatis, C. Trebonio et D. Bru-

tō, profectus in Hispaniam, L. Afraniū et M. 1) Petreium, legatos Cn. Pompeii, cum septem legionibus ad Ilerdam in deditioñem accepit, omnesque incolumes dimisit, Varrone quoque legato Pompeii cum exercitu in potestatē suam redacto. Gaditanis civitatem dedit. Massilienses, duobus navalibus proelis victi, post longam obsidioneñ potestati Caesaris se permiserunt. C. Antonius, legatus Caesaris, male contra Pompeianos in Illyrico rebus gestis, captus est. In quo bello Opitergini Transpadini, Caesaris auxiliares, rate sua ab hostilibus navibus clausa, potius, quam in potestatē hostium venirent, inter se concurrentes obculuerunt. C. Curio, legatus Caesaris in Africa, quum prospere adversus Varum, Pompeianarum partium ducem, pugnasset, a Iuba rege Mauritaniae cum exercitu caesus est. C. Caesar in Graeciam traiecit.

1) C. Gron. Crev.

CXI.

M. Coelius 1) Rufus praetor, quum seditiones in urbe concitaret, novarum tabularum spe plebe sollicitata, abrogato magistratu pulsus urbe, Miloni exsuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, se coniunxit. uterque, quum bellum monilarentur, interfecti sunt 2). Cleopatra, Aegypti regina, a Ptolemaeo fratre regno pulsa est. Propter Q. Cassii praetoris avaritiam crudelitatemque Cordubenses in Hispania cum duabus Varronianis 3) legionibus a partibus Caesaris desciverint. Cn. Pompeius, ad Dyrrachium obsessus a Caesare, et, praesidiis eius cum magna clade diversae partis expugnatis, obsidione liberatus, translatō in Thessaliam bello, apud Phar-saliā acie victus est. Cicero in castris remansit, vir nihil minus quam ad bella natus; omnibusque adversarum partium, qui se potestati victoris permiserunt, Caesar ignovit.

1) Caelius Gron.

2) interemti sunt Gron. Crev.

3) Varianis Eaed. c. Drak.

CXII.

Trepidatio vietarum partium in 1) diversas orbis terrarum partes et fuga referuntur. Cn. Pompeius, quum Aegyptum petisset, iussu Ptolemaei regis pupilli, auctore Theodoto praeceptore, cuius magna apud regem auctoritas erat, et Pothino 2), occisus est ab Achilla, cui id facinus erat delegatum, in navi-

cula, antequam in terram exiret. Cornelia uxor et Sex. Pompeius filius Cypron refugerunt. Caesar, post tertium diemi insecurus, quum ei Theodotus caput Pompeii et annulum obtulisset, et offensus est 3), et inlacrimavit; nec sine 4) periculo Alexandriam tumultuantem intravit Caesar, dictator creatus, Cleopatram in regnum Aegypti reduxit, et inferentem bellum iisdem auctoribus Ptolemaeum, quibus Pompeium interfecerat, cum magno suo discrimine vicit. Ptolemaeus dum fugit, in Nilo navicula subsedit. Praeterea laboriosum M. Catonis in Africa per deserta cum legionibus iter, et bellum a Cn. Domitio contra Pharnacem parum prospere gestum continet.

1) *per* Gron. Crev.

4) *illacrimavit. sine* Eaed. c.

2) *Photino* Gron.

Drak.

3) *infensus est* Gron. Crev.

c. Drak.

CXIII.

Confirmatis in Africa Pompeianis partibus, imperium earum P. Scipioni delatum est; Catone, cui ex aequo deferebatur imperium 1), cedente. Et quum de diruenda urbe Utica propter favorem civitatis eius in Caesarem deliberaretur, idque ne fieret, M. Cato tenuisset, Iuba suadente, ut dirueretur; tutela eius et custodia mandata est Catoni. Cn. 2) Pompeius Magni filius in Hispania, contractis viribus, quarum ducatum nec Afranius, nec Petreius excipere volebant, bellum adversus Caesarem renovavit. Pharnaces, Mithridatis filius, rex Ponti, sine ulla belli mora victus est. Quum seditiones Romae a P. Dolabella tribuno plebis, legem ferente de novis tabulis, excitatae essent, et ex ea caussa plebs tumultuaretur, inductis a M. Antonio magistro equitum in urbem militibus, octingenti e plebe caesi sunt. Caesar veteranis cum seditione missionem postulantibus dedit: et, quum in Africam traiecerisset, contra copias Iubae regis cum discrimine magno pugnavit.

1) *imperium del.* Gron. Crev. 2) *inde* Gron.

CXIV.

Bellum in Syria Caecilius Bassus, eques Romanus Pompeianarum partium excitavit, relicto a legione Sex. Caesare, quae

ad Bassum transierat, occisoque eo. Caesar 1) Scipionem praetorem, Afranium, Iubamque vicit ad Thapsum, castris eorum expugnatis. Cato, auditore, quum se percussisset Uticae, et interveniente filio, curaretur, inter ipsam curationem rescisso vulnere exspiravit, anno aetatis quadragesimo octavo 2). Petreius Iubam seque interfecit 3). P. Scipio in nave circumventus honestae morti vocem quoque adiecit: quaerentibus enim imperatorem hostibus dixit, *Imperator bene se habet.* Faustus et Afranius occisi. Catonis filio venia data, Brutus, legatus Caesaris, in Gallia Bellovacos rebellantes proelio vicit.

1) *transierat: occisoque eo,* 2) *nono* Gron. Crev. c. Drak.
Caesar Gron. 3) *interemit* Gron. Crev.

CXV.

Caesar quatuor triumphos duxit; ex Gallia, ex Aegypto, ex Ponto, ex Africa. Epulum et omnis generis spectacula dedit. M. Marcello consulari, senatu rogante, redditum concessit: quo beneficio eius Marcellus 1) frui non potuit, a Cn. 2) Magio Cilone cliente suo Athenis occisus. Recensum egit, quo censa sunt civium capita centum quinquaginta millia. Profectusque in Hispaniam adversus Cn. Pompeium, multis utrimque expeditionibus factis, et aliquot urbibus expugnatis, summam victoriam cum magno discrimine ad Mundam urbem consecutus est. Pompeius Sextus effugit.

1) *concessit. Qui Marcellus* 2) *P.* Crev.
beneficio eius Gron. Crev.
c. Drak.

CXVI.

C. Caesar ex Hispania quintum triumphum egit. Et, quum plurimi maximique honores ei a 1) senatu decreti essent, inter quos ut *Pater Patriae* adpellaretur, et *sacrosanctus*, ac *dictator* in perpetuum esset, invidiae caussam adversus eum praestitere, quod senatui deferenti hos honores, quum ante aedem Veneris Genitricis sederet, non adsurrexit: et quod a M. Antonio consule 2) collega suo, inter Lupercos currente, diadema capiti suo impositum in sella reposuit: et quod Epidio Mارullo et Caesetio Flavo tribunis plebis invidiam ei tamquam regnum affectanti moventibus, potestas abrogata est. Ex iis

caussis conspiratione in eum facta, (cuius capita fuerunt M. Brutus, et C. Cassius, et ex Caesaris partibus D. Brutus et C. Trebonius) in Pompeii curia 3) occisus est viginti tribus vulneribus, occupatumque ab interfectoribus eius Capitolium. Oblivione deinde caedis eius a 4) senatu decreta, obsidibus Antonii et Lepidi liberis acceptis, coniurati a Capitolio descendederunt. Testamento Caesaris haeres ex parte dimidia institutus C. Octavius sororis nepos, et in nomen adoptatus est. Caesaris corpus, quum in campum Martium ferretur, a plebe ante rostra crematum est. Dictatura honos in perpetuum sublatus est. C. Amatius, humillimae sortis homo, qui se C. Marii filium ferebat, quum apud credulam plebem seditiones moveret, necatus est.

1) ab Gron. Crev.

2) consule del. Crev.

3) Pompeii in curia Gron. Crev.

4) ab Eaed.

CXVII.

C. Octavius Romam ex Epiro venit, (eo enim illum Caesar praemiserat, bellum in Macedonia gesturus) omnibusque prosperis exceptus etiam nomen *Caesaris* sumvit. In confusione rerum ac tumultu Lepidus pontificatum maximum intercepit. Sed M. Antonius consul, quum inpotenter dominaretur, legemque de permutatione provinciarum per vim tulisset, et Caesarem quoque, petentem, ut sibi adversus percussores avunculi adesset, magnis iniuriis adfecisset: Caesar, et sibi, et reipublicae vires adversus 1) eum paraturus, deductos in colonias veteranos excitavit. Legiones quoque quarta et Martia signa ab Antonio ad Caesarēm tulerunt. Deinde et complures saevitia M. Antonii, passim in castris suis trucidantis, qui 2) suspecti erant, ad Caesarēm desciverunt. D. Brutus, ut petenti Cisalpinam Galliam Antonio obsisteret, Mutinam cum exercitu occupavit. Praeterea discursus utriusque partis virorum ad accipiendas provincias, adparatusque belli continet.

1) contra Gron. Crev.

2) trucidati, quia et Eaed.

c. Drak.

CXVIII.

M. Brutus in Graecia sub praetextu reipublicae et suscepti contra M. Antonium belli exercitum, cui Vatinius praeerat, cum provincia in potestatem suam redegit. C. Caesari, qui pro republica 1) arma sumserat, propraetoris imperium a 2) T. Liv. Tom. IV.

T

senatu datum est cum consularibus ornamentis; adiectumque, ut senator esset. M. Antonius D. Brutum Mutinae obsedit. missique ad eum a 3) senatu legati de pace parum ad eam componendam valuerunt. Populus Romanus saga sumsit. M. Brutus in Epiro C. Antonium praetorem cum exercitu potestati sua subiecit.

- | | |
|--|--|
| 1) <i>qui primus reipublicae</i> Gron.
Crev. c. Drak. | 2) <i>ab</i> Gron. Crev.
<i>3) ab</i> Eaed. |
|--|--|

CXIX.

C. Trebonius in Asia fraude P. 1) Dolabellae occisus est. Ob id facinus Dolabella hostis a 2) senatu iudicatus est. Quum Pansa consul male adversus Antonium pugnasset, A. Hirtius consul cum exercitu superveniens, fusis M. Antonii copiis, fortunam utriusque partis aequavit. Victor deinde ab Hirtio et Caesare Antonius in Galliam confugit, et M. Lepidum cum legionibus, quae sub ipso erant, sibi innxit: hostisque a 3) senatu cum omnibus, qui intra praesidia eius essent, iudicatus est. A. Hirtius, qui post victoriam in ipsis hostium castris ceciderat, et C. 4) Pansa, e vulnere, quod in adverso proelio exceperat, defunctus, in campo Martio sepulti sunt. Adversus C. Caesarem, qui solus e tribus ducibus supererat, parum gratus senatus fuit: qui, D. Bruto, obsidione Mutinensi a 5) Caesare liberato, honore triumphi decreto, Caesaris militumque eius mentionem non satis gratam habuit: ob quae C. Caesar, reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia, Romanum cum exercitu venit, et, percursis adventu eius iis, qui in eum iniqui erant, quum annos novendecim haberet, consul creatus est.

- | | |
|--|--|
| 1) <i>C.</i> Gron.
2) <i>ab</i> Gron. Crev.
3) <i>ab</i> Eaed. | 4) <i>L.</i> Eaed.
5) <i>ab</i> Eaed. |
|--|--|

CXX.

Caesar consul legem tulit de quaestione habenda in eos, quorum opera pater occisus esset: postulatique ea lege M. Brutus, C. Cassius, D. Brutus, absentes damnati sunt. Quum M. Antonio vires Asinius quoque Pollio et Munatius Plancus, cum exercitibus suis adiuncti, ampliassent, et D. Brutus, cui senatus, ut persequeretur Antonium, mandaverat, relictus

a legionibus suis, profugisset; iussu Antonii, in cuius potestatem venerat, a 1) Capeno Sequano interfactus est 2). C. 3) Caesar pacem cum Antonio et Lepido fecit: ita ut tresviri reipublicae constituendae per quinquennium essent ipse, et Lepidus, et Antonius; et 4) ut suos quisque inimicos proscriberent. In qua proscriptione plurimi equites Romani, centum triginta senatorum nomina fuerunt, et inter eos L. Paulli fratri M. Lepidi, et L. Caesaris Antonii avunculi, et M. Ciceronis. huius, occisi a Popillio 5) legionario milite, quem haberet annos sexaginta tres, caput quoque cum dextra manu in rostris positum est. Praeterea res a M. Bruto in Graccia gestas continet.

1) ab Gron. Crev.

2) interemtus est Eaed.

3) C. del. Eaed.

4) et del. Eaed.

5) Popilio Eaed.

CXXI.

C. Cassius, cui mandatum a senatu erat, ut Dolabellam hostem iudicatum bello persequeretur, auctoritate reipublicae adiutus, Syriam cum tribus exercitibus, qui in eadem provincia erant, in potestatem suam redegit. Dolabellam, in urbe Laodicea obsessum, mori coegit. M. quoque Bruti iussu C. Antonius captus, occisus est.

CXXII.

M. Brutus adversus Thracas 1) prospere rem gessit; omnibusque transmarinis provinciis exercitibusque in potestatem eius et C. Cassii redactis, coierunt Smyrnae eterque ad ordinanda belli futuri consilia. M. Messallae Poplicolam 2) fratrem victum communi condonaverunt.

1) add. *parum* Gron. Crev.

c. Drak.

2) *M. Messallae Publicolam*

Gron. Crev.

CXXIII.

Sex. Pompeius, Magni filius, lectis ex Epiro proscriptis ac fugitivis, cum exercitu diu, sine ulla loci cuiusquam possessione, praedatus in mari, Messanam oppidum in Sicilia primum, deinde totam provinciam occupavit: occisoque A. Pompeo Bithynico praetore, Q. Salvidienum legatum Caesaris navaliter

proelio vicit. Caesar et Antonius cum exercitibus in Graeciam traiecerunt, bellum contra Brutum et Cassium gesturi. Q. Cornificius in Africa T. Sextium 1), Cassianarum partium ducem, proelio vicit.

1) *Sextium* Gron. Crev.

CXXIV.

C. Caesar et Antonius apud Philippos vario eventu adversus 1) Brutum et Cassium pugnaverunt, ita ut dextra utrimque 2) cornua vincerent, et castra quoque utrimque ab iis, qui vice-rant, expugnarentur. Sed inaequalem fortunam partium mors Cassii fecit: qui, quum in eo cornu fuisset, quod pulsum erat, totum exercitum fustim ratus, mortem sibi consivit. Altero deinde proelio victus M. Brutus et ipse vitam finivit, exorato Stratone fugae comite, ut sibi gladium adigeret, annorum circiter quadraginta, inter quos Q. Hortensius occisus est.

1) *contra* Gron. Crev.

2) *utriusque* Eaed. c. Drak.

CXXV.

C. Caesar, relicto trans mare Antonio, quae provinciae ex partitione imperii in potestatem eius cesserant, reversus 1) in Italiam veteranis agros divisit. Seditiones exercitus sui, quas corrupti a Fulvia, M. Antonii uxore, milites adversus 2) imperatorem suum concitaverant, cum gravi periculo inhibuit. L. Antonius consul, M. Antonii frater, eadem Fulvia consiliante, bellum Caesari intulit; receptis in partes suas populis, quorum agri veteranis adsignati erant, et M. Lepido, qui custodiae urbis cum exercitu praeerat, fuso, hostiliter in urbem intrupit.

1) *relicto Antonio, transmarinae provinciae ex parte imperium ei cessit: re-* versus Gron. Crev. c. Drak.
2) *contra* Gron. Crev.

CXXVI.

C. Caesar, quum esset annorum viginti trium, obsessum in oppido Perusia 1) L. Antonium conatumque aliquoties erumpere, et repulsum, fame coegit in deditioinem venire; ipsique et omnibus militibus eius ignovit. Perusiam diruit. redactisque 2)

in potestatem suam omnibus diversae partis exercitibus, bellum citra ullum sanguinem confecit.

1) *Perusiae* Gron. Crev. 2) *redactis* Eaed.

CXXVII.

Parthi, Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat, duce, in Syriam intruperunt: victoque Dicidio Saxa, M. Antonii legato, totam 1) eam provinciam occupaverunt. M. Antonius, quum ad bellum contra Caesarem gerendum paratus esset 2), uxore Fulvia amissa 3), ne concordiae ducum obstaret, pace facta cum Caesare, sororem eius Octaviam in matrimonium duxit. Q. Salvidienum, consilia nefaria contra Caesarem molitus, indicio suo protraxit, isque damnatus mortem sibi concivit. P. Ventidius, Antonii legatus, Parthos, proelio victos, Syria expulit, Labieno eorum duce occiso. Quum vicinus Italiae hostis Sex. Pompeius Siciliam teneret, et commercium annonae impeditret, cum eo postulatam pacem Caesar et Antonius fecerunt, ita ut Siciliam provinciam haberet. Praeterea motus Africae et bella ibi 4) gesta continet.

1) *universam* Gron. Crev. 3) *dimissa* Eaed. c. Drak.

2) *gerendum incitaretur* Eaed. 4) *ibi del.* Gron.
c. Drak.

CXXVIII.

Quum Sex. Pompeius rursus latrociniis mare infestum redideret, nec pacem, quam acceperat, praestaret, Caesar, necessario adversus eum bello suscepto, duobus navalibus proeliis dubio eventu pugnavit. P. Ventidius, legatus M. Antonii, Parthos in Syria proelio vicit, regemque eorum occidit 1). Iudei quoque a legatis Antonii subacti sunt. Praeterea helli Siculi adparatum continet,

1) *interemit* Gron. Crev.

CXXIX.

Adversus Sex. Pompeium vario eventu navalibus proeliis 1) pugnatum est: ita ut ex duabus Caesaris classibus altera, cui Agrippa praeerat, vinceret; altera, quam Caesar duxerat, delecta, expositi in terram milites in magno periculo essent. Vicitus deinde Pompeius in Siciliam profugit. M. Lepidus, qui ex Africa velut ad societatem belli, contra Sex. Pompeium a

Caesare gerendi, traiecerat, quum bellum Caesari quoque inferret, relictus ab exercitu, abrogato triumviratus honore, vitam impetravit. M. Agrippa navalium corona a 2) Caesare donatus est: qui honos nulli 3) ante eum habitus erat.

1) certaminibus Gron. Crev., 3) nemini Eaed.
2) ab Eaed.

CXXX.

M. Antonius, dum cum Cleopatra luxuriatur 1), tarde Medi- am ingressus, bellum cum legionibus octodecim et sexdecim millibus equitum Parthis intulit: et quum, duabus legionibus amissis, nulla re prospere cedente, retro rediret, insecuris subinde Parthis, et 2) ingenti trepidatione, et magno totius exercitus periculo, in Armeniam reversus est, viginti et uno diebus trecenta millia fuga emensus, circa octo millia hominum tempestatibus amisit. tempestates quoque infestas, super tam infeliciter susceptum Parthicum bellum culpa sua passus est; quia hiemare in Armenia nolebat, dum ad Cleopatram festinat.

1) luxuriaretur Gron. Crev. 2) et del. Crev.

CXXXI.

Sex. Pompeius, quum in fidem M. Antonii veniret, bellum adversus eum in Asia moliens, obpressus a legatis eius, occisus est. Caesar seditionem veteranorum, cum magna pernicioce motam, inhibuit; Iapydas, et Dalmatas, et Pannonios subegit. Antonius Artavasdem, Armeniae regem, fide data perductum, in vincula coniici iussit, regnumque Armeniae filio suo, ex Cleopatra nato, dedit; quam uxor loco, iam pridem captus amore eius, habere cooperat.

CXXXII.

Caesar in Illyrico Dalmatas domuit. Quum M. Antonius ob amorem Cleopatrae, ex qua duos filios habebat, Philadelphum et Alexandrum, neque in urbem venire vellet, neque, finito triumviratus tempore, imperium deponere, bellumque moliretur, quod urbi et Italiae inferret, ingentibus tam navalibus quam terrestribus copiis ob hoc contractis, remissoque Octaviae sorori Caesaris repudio, Caesar in Epirum cum exercitu traiecit. Pugnae deinde navales et proelia equestria secunda Caesaris referuntur.

CXXXIII.

M. Antonius, ad Actium classe victus, Alexandriam profugit; obcessusque a Caesare, in ultima rerum desperatione, praecipue occisae Cleopatrae falso rumore impulsus, se ipse interfecit¹⁾. Caesar, Alexandria in potestatem redacta, Cleopatra, ne in arbitrium victoris veniret, voluntaria morte defuncta, in urbem reversus, tres triumphos egit: unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca Victoria, tertium de Cleopatra, inposito fine civilibus bellis altero et vigesimo anno. M. Lepidus, Lepidi, qui triumvir fuerat, filius, coniuratione contra Gaesarem facta, bellum moliens, oppressus et occisus est.

1) *interemit* Gron. Crev.

CXXXIV.

Caesar, rebus compositis, et omnibus provinciis in certam formam redactis, *Augustus* quoque cognominatus est: et mensis Sextilis in honorem eius appellatus est. Quum ille conventum Narbone ageret, census a tribus Galliis, quas Caesar pater vicerat, actus. Bellum adversus¹⁾ Bastarnas, et Moessos, et alias gentes, a M. Crasso gestum, refertur.

1) *contra* Gron. Crev.

CXXXV.

Bellum a M. Crasso adversus Thracas, et a¹⁾ Caesare adversus Hispanos gestum refertur: et Salassi, gens Alpina, perdomiti.

1) *ab* Gron. Crev.

CXXXVI.

Raetia a Ti. Nerone et Druso, Caesaris privignis, domita. Agrippa, Caesaris gener, mortuus; et a¹⁾ Druso census actus est.

1) *ab* Gron. Crev.

CXXXVII.

Civitates Germaniae, cis Rhenum et trans Rhenum positae, obpugnantur a Druso; et tumultus, qui ob censum exortus in

Gallia erat, compositus; ara 1) Caesari ad confluentem Araris et Rhodani dedicata, sacerdote creato G. Iuliō Vercundari Lūbio Aeduo.

1) add. D. Gron. Crev.

CXXXVIII.

Thraces domiti a L. Pisone; item Cherusci, Tencteri 1), Chatti, aliaeque Germanorum trans Rhenum gentes subactae a Druso referuntur. Octavia, soror Augusti, defuncta, antea amissio filio Marcello: cuius monumenta sunt theatrum et particus, nomine eius dedicata 2).

1) *Tencteri* Gron. Crev.

2) *dicata* Eaed.

CXXXIX.

Bellum adversus 1) Transrhenanis gentes a Druso gestum refertur. in quo inter primores pugnaverunt Senectius et Anectius tribuni, ex civitate 2) Nerviorum. Dalmatas et Pannios Nero, frater Drusi, subegit. Pax cum Parthis facta est, signis a rege eorum, quae sub Crasso, et postea sub Antonio capta erant, redditis,

1) *contra* Gron. Crev.

2) *civitatis* Eaed.

CXL.

Bellum adversus Germanorum trans Rhenum civitates, gestum a Druso, refertur. Ipse ex 1) fractura, equo super crus eius collapsu, tricesimo die, quam id acciderat, mortuus est. Corpus a Nerone fratre, qui nuncio valetudinis evocatus, raptum adcurrerat, Romam pervectum, et in C. Iulii tumulo conditum. Laudatus est a Caesare Augusto vitrico, et supremis eius plures honores additi.

1) a Gron. Crev.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM FRAGMENTA
AB ARN. DRAKENBORCHIO COLLECTA
NUNC SUPPLETA ATQUE EMENDATA.

F R A G M E N T A
LIBRORUM DE PERDITORUM
T. L I V I I P A T A V I N I
EX ANTIQUIS GRAMMATICIS ALIISQUE
SCRIPTORIBUS COLLECTA.

S

Sequentia laudantur, additis libris, unde petita sunt.

1. *Ex lib. XIV.*

Private nos tenuissemus.

Priscian. lib. XV. Gramm. pag. 1009. [Vol. I. pag. 620. ed. Krehl.] De locutione privato se tenere vide ad Livii XXIII, 7, 10.

2. *Ex lib. XVII.*

Pridie Nonas. Pridie Idus.

Priscian. lib. XIV. Gramm. pag. 992. [Vol. I. pag. 601. ed. Krehl.]

3. *Ex lib. XVIII.*

Imberbes.

Charis. lib. I. Gramm. pag. 74. qui tantum laudat Titum Historiarum XVIII. quod, quin ad Livium referri debeat, non dubito. Insuper Putschius edidit imberbi; at quaedam editiones praeferunt imberbes, quod verius esse videtur. Nam et alii Grammatici observarunt, Livium imberbis, alias imberbus extulisse. Ita Auctor incertus de Orthogr. qui vulgo Beda creditur, apud Putsch. in Corpore veter. Gramm. pag. 2789. Imberbi dicuntur, non imberbes: sic etenim Varro, Imberbi iuvenes. Sed et Cicero Imberbum per un dixit, non Imberbem. Titus Livius autem Imberbis singulariter. Similiter antiquus Grammaticus apud Barth. XXXVII. Advers. 14. Imberbi dicuntur, non Imberbes. Varro, Imberbi iuvenis (lege iuvenes ex Charisio et Auctore incerto, modo laudato) Ita et Ci-

cero. Sed contra Titus Livius. [Drakenborchius edidit, *Imberbi vulgariter*; sed Rupertius, quem secutus sum, lectionem *imberbes*, a Drakenborchio iure meritoque probatam, recepit et vocabulum *vulgariter*, non Livio sed Charisio tribuendum, recte omisit. Haec scripsoram, quum opportunissime adferuntur Niebuhrii literae, quibus ille mihi significavit, in Charisii codice Neapolitano, ex quo fluxerunt ceteri omnes, eo magis corrupti, quo difficilior ille lectu est, pro *Titus historiarum XVIII. Imberbi, vulgariter*, quod Putschius edidit, *Titus Livius autem XVIII. Inberbes, vulgariter*, extare et *vulgariter* idem valere quod *ex usu vulgari*; non *imberbi*, ut Cicero scripturus fuisset. Ita igitur viri praestantissimi studio ad liquidum, ut Livius ait, veritatem exploratam esse vides.]

4. *Ex lib. XX.*

Ex hoc libro fragmentum laudat *Priscian. lib. X. Gramm. pag. 901. [Vol. I. pag. 503. ed. Krehl.]* Sed pertinet ad Livii lib. XXV, 11.

5. *Ex lib. LVI.*

Vide infra fragmentum petitum ex lib. CVII. quod huc referendum esse, verisimile puto.

6. *Ex lib. XCIV.*

Livius in libro nonagesimo quarto Inarimen in Maeoniae partibus esse dicit; ubi per quinquaginta millia terrae igni exustae sunt. Hoc etiam Homerum significasse vult.

Servius ad Virg. IX. Aeneid. vers. 715. De hoc loco vide Salmas. ad Solin. pag. 63. b. [Add. Heynii Excurs. II. ad Virg. Aen. IX. Vol. III. p. 398. sqq. et Wernsdorpii Excurs. III. ad Corn. Severi vel potius Lucilii iunioris Aetnam Tom. IV. pag. 352. sqq. Pro Inarimem, quod Drakenborchius retinuit, in P. Danielis editione legitur Inaryme, quod in Inarimen mutavi. Vid. Schneideri Gramm. Lat. Part. II. Vol. I. pag. 32. Ex eadem editione pro partibus Maeoniae, inverso ordine, Maeoniae partibus reposui.]

7. *Ex lib. CIII.*

Horrendus magis est, perimit qui corpora, carbo.
Urit hic inclusus, vitalia rumpit apertus:
Hunc veteres quondam variis pepulere medelis.
Tertia namque Titi simul et centesima Livi
Charta docet, ferro talem candente dolorem

Exsectum, aut poto raporum semine pulsum:
 Infecti dicens vix septem posse diebus
 Vitam produci: tanta est violentia morbi.

Q. Seren. Samon. de Medic. cap. XXXIX. vers. 725. et seqq.

[Typographum Drakenborelio invito vers. 725. premit pro *perimit* posuisse, primum legenti mihi perspectum fuit atque exploratum. Apparet id quidem, ut Philippus ait apud Livium, etiam caeco; neque aliter hunc locum edidit Ackermannus, cum quo vers. 726. *apertus pro acerbus*, et vers. 730. *exsectum pro exactum* scripsi. Et tamen, quis credat? Millerus, editor Oxoniensis, Rupertius et Boehmertus, qui nuperrime fragmenta Liviana edidit, turpissimum illud vitium non sustulerunt.]

8. *Ex lib. CVII.*

Qui Pompeium morbum excusasse ferunt, ne,
 quum interesset ditioni, animos Numantinorum ir-
 ritaret.

*Priscian. lib. XVIII. Gramm. pag. 1198. [Vol. II. pag. 240.
 sq. ed. Krehl.]* In cuius editione Putschiana haec verba adducuntur ex *Livio CVII. ab urbe condita*, in antiquioribus ex *Livio in XXVI. ab urbe condita*. Sed utrobique mendose. Omnis enim referenda videntur ad Livii lib. *LVI*, et ad deditum Numantinis Mancinum. Nam P. Furins Philus consul, qui Hispaniam citeriorem nactus Mancinum dediturus erat, Q. Pompeium et Q. Metellum legatos secum illuc ire coegit. Vide Valer. Max. *III*, 7, 5. Eorum Pompeius quinquennio antea consul eamdem provinciam obtinuerat, et, re male gesta, pacem cum Numantinis inierat, quam postea a se initam esse negavit. Appian. Alex. in Bell. Hispan. pag. 299. [cap. 79. et 80.] et Cic. II. de Finib. cap. 17. Ne igitur, cum Furio consule legatus in Hispaniam profectus, Mancini ditioni interesse deberet, et, praesentia sua nuperae fraudis ac perfidiae memoria revocata, animos Numantinorum irritaret, eum, ex quorundam sententia, morbum excusasse, hoc Livii fragmentum nos docet. Eius facti nulla mentio fit in Supplementis Freinshemii lib. *LVI*. cap. 15. Ne vero hoc fragmentum ad eam historiam referendum esse videret, ei fraudi existisse puto errorem, in editionibus Prisciani commissum, circa numerum librorum Livii, unde petitum erat. [Quae quum recte et probabiliter disputasse videatur Drakenborchius, hunc sequi malim, quam Krehlium, qui *Livius LVII. ab urbe condita* edidit et in notis, exposita lectionis varietate, *Puto tamen*, inquit, *LVII.* serum esse numerum, aut *LIV*. In neutro enim libro, id quod

Epitomarum ordo docet, C. Hostilii Mancini deditio potuit a Livio narrari.]

9. *Ex lib. CXII.*

Castra quoque diversis partibus Cassius et Bogud adorti haud multum abfuere, quin opera perruimperent.

Quo tempore firmandi regni Bogudis caussa exercitum in Africam velociter traicere conatus sit.

Cassius gessisset cum Trebonio bellum, si Bogudem trahere in societatem furoris potuisset.

Tria haec fragmenta nobis servat *Priscian. lib. VI. Gramm.* pag. 686. et 687. [Vol. I. pag. 234. ed. Krehl.] Quorum primum Freinsheimus Supplemento huius libri cap. 49. tertium cap. 50. intexit: secundi vero rationem habuisse non invenio. [In fragmento tertio codex Prisciani Erl. 1. habet: *si Bogudem trahere in societatem secum potuisset furoris.* Sed in his neque mutata verborum positura placet, neque addito *secum* opus esse videtur.]

10. *Ex lib. CXIII.*

Bogud, Bogudis, nomen barbarum, quod Livius in CXIII. declinavit Bogudis.

Priscian. lib. V. Gramm. pag. 643. [Vol. I. pag. 172. ed. Krehl.] Ex tribus illis fragmentis, quae proxime praecedunt, haec quoque ad Livii lib. CXII. pertinere, cum Rupertio non temere colligas; praesertim quum illis ipsis *Priscianus lib. VI. Vol. I. pag. 234.* haec praemittat: *Inveni tamen apud Livium in CXII. ab urbe condita in d desinens barbarum nomen regis Maurorum Bogud, cuius genitivum secundum tertiam declinationem Bogudis protulit.*]

Et ipse circa Palpus oram tuebatur.

Priscian. lib. VI. Gramm. pag. 687. [Vol. I. pag. 234. ed. Krehl.]

11. *Ex lib. CXVIII.*

Adversus interfectores C. Caesaris ultiibus manus comparans concibat.

Priscian. lib. IX. Gramm. pag. 865. [Vol. I. pag. 453. ed. Krehl.] qui fragmentum hoc laudat ex *Livii libro XVIII.* neque aliter in Msto suo esse Vossius testatur lib. V. Gramm. cap. 35. sed legenduni esse lib. CXVIII. recte contendit: eo enim libro de bello adversus Iulii Caesaris interfectores ser-

monem fuisse, Epitomen Livii ostendere. Duos etiam codd. Prisciani consuluit Barthius, in quorum altero se vulgaratam lectionem *Livius in XVIII.* reperisse testatur ad Statii lib. IV. Theb. vers. 146. sed in altero *Livius in XCIII.* unde Vossii coniectura confirmatur. Nam ex *XCVIII.* transpositis literis numeralibus, facillime fit *CXVII.* [Krehlius quoque, quum in cod. Lips. 1. *Lucanus in VXVII.* reperisset, *Vides ergo*, inquit, *ante X scriptum fuisse numerum. Recte igitur Vossius coniecit.*]

12. *Ex lib. CXXVII.*

Quoniam inter Augustum et Antonium reliquiae adhuc erant dissensionis, Cocceius Nerva, proavus Nervae, qui postea imperavit Romae, mandavit Augusto, ut mitteret, qui de summa rerum tractarent. Ergo missus est Maecenas cum Agrippa, qui utrumque exercitum in una castra coegerunt, ut lati *Livius lib. CXXVII.* Intelligendum autem, quod, Fonteio misso ab Antonio, Augustus Maecenatem et ceteros ad eundem locum emiserit.

Acro ad Horatii lib. I. Sat. V. vers. 29. Similia ad eundem locum habent Porphyrio et Commentator vetus Cruquii.

Porphyrio notat: Dissensione orta inter Caesarem Augustum Antoniumque, Cocceius Nerva, avus eius, qui postea Romae imperavit, petiit a Caesare, ut aliquem, qui de summa rerum tractaret, mitteret Tarracinam. Et primum Maecenas, mox et Agrippa congressi sunt, hique pepigerunt fidem confirmatissimam, et in una castra conferri signa utriusque exercitus iusserunt. Hoc et T. Livius lib. *CXVII.* resert, excepta Capitonis mentione.

Commentator vero Cruquii: Ab Antonio missus fuerat Fonteius Capito legatus, ab Augusto Maecenas, intercedente Cocceio Nerva, proavo Nervae imperatoris, qui et Augusto et Antonio gratus erat, cum Agrippa. Ea autem conditione convenerant legati, ut de summa rerum tractarent, exortamque dissensionem inter duos hos imperatores componerent; quod et fecerunt, et utrumque exercitum iuxta Brundisium in una castra

cum magna laetitia coegerunt, ut infert Livius lib. CXXVII.

Apud Porphyr. per *avum* intelligendus est *proavus*, ut vocatur apud Acron. et Commentat. Crisquii. Vide Rupert. ad Pompon. de Orig. Iur. lib. III. cap. 13. sect. 2. pag. 437. Apud eundem Porphyr. etiam pro *T. Livius lib. CXXVII.* emendandum est *T. Livius lib. CXXVII.* ut reliqui duo recte praeferrunt. Historiam vide in Freinsheim. Suppl. huius libri cap. 20. et seqq.

13. Ex lib. CXXXVI.

Eodem anno ludos seculares Caesar ingenti adparatu fecit; quos centesimo quoque anno (is enim terminus seculi) fieri mos.

Censorin. de Die Natali cap. 17. Horum ludorum secularium in Epit. Liv. lib. CXXXVI. mentio non fit. Sed sciendum est, in Epitomis Liv. post lib. CXXXV. defectum esse aliquot librorum, sive, ut Siginus existimat, duorum librorum, CXXXVI. et CXXXVII. adeoque, qui nunc eo numero notantur, olim adscriptos habuisse numeros CXXXVIII. et CXXXIX. In desperdito igitur libro Epitomarum mentionem horum ludorum secularium factam esse, verisimile est. Vide Siginus. ad Epit. Liv. lib. CXXXVI. Duorum desperditorum res Freinsheimius enarravit in Supplementis libri, qui nunc vulgo CXXXVI. dicitur. Et quidem ludos seculares memorat libri eius cap. 46.

Sequentia fragmenta laudantur quidem, non additis libris Livii, ex quibus petita sunt; conjectura tamen ad suos libros redigi quodammodo possunt.

14.

Curribus falcatis usos esse maiores, et Livius et Sallustius docent.

Serv. ad Virg. lib. I. Aeneid. vers. 476. Hoc referendum videtur ad lib. XIII. et quidem ad id, quod refert Freinsheim. in Suppl. eius libri cap 38.

15.

Ni Pyrrhus unicus pugnandi artifex, magisque in proelio, quam bello, bonus.

Servius ad Virg. lib. I. Aeneid. vers. 456. Hoc fragmentum ad lib. vel XIII. vel XIV. pertinere puto, quibus Livius bel-

la Romanorum cum Pyrrho descripsit, ut constat ex auctore Epitomes eorum librorum. [Pro *Lybius ni Pyrus etc.* quod in Servii codice Fuldenzi legitur, *Livius XII. Pyrrhus etc.* scribendum esse, Niebuhrius in literis ad me datis ingeniosissime coniecit. Nam Livium hoc libro de Pyrrhi adventu in Italiam egisse, testantur verba Epitomes: *Pyrrhus Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis, in Italiam venit.*]

16.

Sichaeus Sicharbas dictus est; Belus, Didonis pater, Methres; Carthago a Carthada, ut lectum est: quod invenitur in historia Poenorum, et in Livio.

Servius ad Virg. lib. I. Aeneid. vers. 343. [In editione P. Danielis pro *Carthada* perperam *Cartha* legitur.]

Carthago est lingua Poenorum nova civitas, ut docet Livius.

Servius ad Virg. lib. I. Aeneid. vers. 366. Utrumque hoc Servium petuisse existimo ex Livii lib. XVI. ubi belli Punici primi initium, et ea occasione originem Karthaginiensium et primordia urbis retulit, ut testatur Epitome eius libri. [Solidus cap. 27. de Carthagine: *Elissa, inquit, mulier extraxit domo Phoenix, et Carthadum dixit, quod Phoenicum ore exprimit civitatem novam.*]

Bitias classis Punicae fuit praefectus, ut docet Livius.

Servius ad Virg. lib. I. Aeneid. vers. 738. Hoc quoque fragmentum commode ad lib. XVI. referri potest. Docet enim Servius, Virgilium, qui Bitiae et Iopae ibi meminit, introduisse nomina ducum Poenorum, quibus nempe Dido usa est: ut ita Bitias fuerit dux vel praefectus classis, qua Dido in Africam advecta est. Memoratur quidem *Bithyas* Poenorum dux tempore belli Punici tertii apud Freinsheim. in Suppl. lib. LI. cap. 4. et 13. et lib. LII. cap. 23. Verum is non classis, sed equitum praefectus est.

17.

Serpentis quoque a T. Livio curiose pariter ac facunde relata fiat mentio. Is enim ait, in Africa apud Bagradam flumen tantae magnitudinis anguem fuisse, ut Atilii Reguli exercitum usu annis prohiberet: multisque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudae voluminibus elisis, quum telorum T. Liv. Tom. IV.

iactu perforari nequiret, ad ultimum balistarum tormentis undique petitam, silicum crebris et ponderosis verberibus procubuisse, omnibusque et cohortibus et legionibus ipsa Karthagine visam terribiliorem. Atque etiam crux suo gurgitibus imbutis, corporisque iacentis pestifero adflatu vicina regione polluta, Romana inde submovisse castra. Dicit etiam, belluae corium centum viginti pedum in urbem missum.

Valer. Max. lib. I. cap. 8. ex. ext. ult. Hoc fragmentum desumtum esse ex Livii lib. XVIII. eius Epitome docet. [Vid. Freinsheim. Suppl. huius libri cap. 15. sq. et quos ibi scriptores in margine laudavit. In Valerii loco, Kappium secutus, primum relata pro relatae, deinde etiam, belluae pro belluae etiam, denique viginti pedum pro viginti pedes longum scripsi.]

18.

Tertii ludi (*seculares*) fuerunt, Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, C. Junio Pullo consulibus.

Censorin. de Die Natali cap. 17. Hos ludos Livius retulisse creditur lib. XIX. Vide Freinsheim. Suppl. eius libri cap. 31.

19.

De quartorum ludorum (*secularium*) anno triplex opinio est. Antias enim, et Varro, et Livius relatios esse prodiderunt L. Marcio Censorino, M. Manilio consulibus, post Romanam conditam anno sexcentesimo quinto.

Censorin. de Die Natali cap. 17. De his ludis Livium egisse lib. XLIX. constat ex Epitome Liviana eodem libro. Ceterum, pro M. Manilio legendum esse M'. Manilio, constat ex illis, quae ad Epit. eius libri dicta sunt.

20.

Γαρεῖ δὲ [Σύλλας] γάμου ἐνδοξότατον, Καικιλίαν τὴν Μετέλλου θυγατέρα τοῦ ἀρχιερέως. ἐφ' ὧ πολλὰ μὲν εἰς αὐτὸν ἥδον οἱ δημοτικοὶ, πολλοὶ δὲ τῶν πρώτων ἐνεμέσων, οὐκ ἄξιον ἡγούμενοι

Sulla nobilissimum coniugium contrahit, Caecilia ducta, Metelli pontificis maximi filia. Ob quod cecinit multa in eum probrose vulgus, multique ex primoribus inviderunt ei,

*της γυναικός, ὃν ἄξιον ἵπα- indignum illa femina exi-
τείας ἔχοιναν, ᾧς φῆσιν δ' stimantes, ut Titus ait, quem
Titōς. consulatu iudicaverant di-
gnūm.*

Plutarch. in vita Sullae pag. 455. [cap. 6.] ubi per Titōv indicari T. Livium, et rem narratam incidisse in lib. eius LXXVII. qui interiit, docet Xylander. Vide Freinshem. Supplēm. eius libri cap. 2.

Sulla quum primum ad urbem contra Marium castra movisset, adeo laeta exta immolanti suis scribit Livius, ut custodiri se Postumius aruspex voluerit, capitis supplicium subiturus, nisi ea, quae in animo Sulla haberet, Diis iuvantibus implevisset.

Augustin. de Civit. Dei lib. II. cap. 24. Cum iis conferenda sunt, quae narrat Plutarch. in Sull. p. 457. [cap. 9.] Ceterum fragmentum hoc pertinet ad eundem Livii lib. LXXVII. quo bellum civile inter Sullam et Marium gestum, ac praesertim eius initium retulit.

21.

Eversis quippe et incensis omnibus cum oppido simulacris, solum Minervae simulacrum sub tanta ruina templi illius, ut scribit Livius, integrum stetisse perhibetur.

Augustin. de Civit. Dei lib. III. cap. 7. Idem referunt Auctor de Vir. Illustr. cap. 70. Appian. in Bell. Mithr. pag. 205. [cap. 53.] Obseq. de Prodig. cap. 116. aliisque. Livium autem historiam Ilii a Fimbria capti et deleti retulisse lib. LXXXIII, ex eius Epitome constat. Adde Freinshem. in Supplēm. eius libri cap. 7.

22.

Hoc primum proelium inter Sertorium et Pompeium fuit: decem millia hominum de Pompeii exercitu amissa, et omnia impedimenta, Livius auctor est.

Frontin. lib. II. Strateg. cap. 5. ex. 3r. Livium hoc retulisse lib. XCI. Freinshemius credidit. Vide eius Supplēm. huius libri cap. 19.

23.

Triginta quinque millia armatorum eo proelio

interfecta cum ipsis ducibus Livius tradit, receptas quinque Romanorum aquilas, signa sex et viginti, multa spolia, inter quae quinque fasces cum secubibus.

Frontin. lib. II. Strateg. cap. 5. ex. 34. qui ibi refert victoriam, quam Crassus reportavit, parte fugitivorum devicta, interfectisque eorum ducibus Casto et Gannico. Unde constat, referendum esse ad Livii lib. XCVII. in cuius Epitome *Granicus* vocatur, qui Frontino *Gannicus* dicitur. Vide viros doctos ad locum Front. et ad Epit. Liv. Eodem retulit etiam Freinsheimius, qui videndus in Suppl. eius libri cap. 4. [In Epit. Liv. pro *Granico*, Ruperti exemplum secutus, *Gannico* rescripsi.]

24.

Λιονύτος δ' εἴρηκεν, ὡς οὐ- Livius ait, numquam Ro-
δέποτε Ἀρωμαῖοι πολεμίοις, manos signa cum hostibus
ἀποδέοντες τοσούτῳ πλήθει, contulisse tanto numero
παρετάξαντο. σχεδὸν γὰρ οὐδ' inferiores. Neque enim vi-
είκεστόν, ἀλλ' ἔλαττον ἐγέ- gesimam propemodum par-
*νοντο μέρος οἱ νικῶντες τῶν tem, immo nec minorem, ae-
ἡσσημένουν. quarunt victores victorum.*

Plutarch. in Lucull. pag. 511. [cap. 28.] ubi narrat proelium inter Lucullum et Tigranem ad Tigranocerta; unde ad Livii lib. XCVIII. referendum constat. Eo enim libro bellum id Livium descriptsse ex Epitome eius libri colligitur. Et eo etiam retulit Freinsheimius in Suppl. huius libri cap. 49.

Φῆσὶ δ' ὁ Λιονύτος, ἐν μὲν Livius auctor est, priore
τῇ προτέρᾳ μάχῃ πλείονας, proelio plures fuisse, in
ἐν δὲ ταύτῃ γνωριμωτέρους hoc nobiliores hostium
πεσεῖν καὶ ληφθῆναι τῶν caesos et captos.
πολεμίων.

Plutarch. in Lucull. pag. 513. [cap. 51.] ubi describit proelium ad Artaxata inter eosdem, Lucullum victorem et Armeniae regem Tigranem; quod bellum Livius lib. XCVIII. descripts, ut constat ex Epitome eius libri. Eodem etiam retulit Freinsheimius in Suppl. eius libri cap. 73.

25.

Creta primo quidem centum habuit civitates: unde Hecatompolis dicta est: post viginti quatuor: inde, ut dicitur, duas, Gnosson et Hierapytnam. Quamvis Livius plures a Metello expugnatas dicat.

Servius ad Virg. lib. III. Aeneid. vers 106. Verisimillimum est, Servium respicere ad Livii lib. XCIX. Nam ex Epitome eius libri patet, Livium Gnosson, et Lyctum, et Cydoniam, et alias plurimas Cretae urbes a Q. Metello proconsule expugnatas in principio eius libri retulisse. [Pro *Gnoson et Hierapidenam*, quod in Servii commentariis legitur, *Gnosson et Hierapytnam* scripsi. Vid. Tzchuck. ad Mel. II, 7, 12. pag. 545. sq. et ad Strab. IX. Tom. III. pag. 648. coll. X. Tom. IV. pag. 204.]

26.

Quod quum diluisset.

Agroetius de Orthogr. in Putschii Corpore Grammat. pag. 2267. et *Gothofr. Auctor. Lingu. Lat. pag. 1352.* ubi id Livium de morte Mithridatis dixisse refert. Pertinet igitur ad Livii lib. CII. quo ipsum de morte Mithridatis egisse, constat ex Epitome huius libri.

Καὶ γάρ ἀλούσης τῆς πόλεως περὶ τοίτον μῆνα, τῇ τῇ νηστείᾳς ήμέρᾳ, κατὰ τὴν ἐννάτην καὶ ἑβδομηκοστήν καὶ ἑκατοστήν' Ολυμπιάδα, ὑπατευόντων Γαῖου Αὐτονίου καὶ Μάρκου Τυλλίου Κικέρωνος, οἱ πολέμιοι μὲν εἰσπεσόντες ἔσφαττον τοὺς ἐν τῷ ἱερῷ· οἱ δὲ πρὸς ταῖς θυσίαις οὐδὲν ἥττον ἱερουργοῦντες διετέλουν, οὕτε ὑπὸ τοῦ φόβου τοῦ περὶ τῆς ψυχῆς, οὕτε ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἥδη φονευομένων, ἀναγνασθέντες ἀποδράνται, πᾶν δ' ὅ, τι δέοι παθεῖν τοῦτο παρ' αὐτοῖς ὑπομεῖναι τοῖς βωμοῖς κρείττον εἶναι νομίζοντες, ἢ παρελθεῖν τι τῶν νομίμων. ὅτι δὲ οὐ λόγος ταῦτα μόνον ἔστιν ἐγκώμιον ψευδοῦς εὐσεβείας ἐμφανίζων, ἀλλ' ἀλήθεια, μαρτυροῦσι

Etenim capta urbe, tertiodemum mense, die ieiunii, Olympiade centesima septuagesima nona, C. Antonio et M. Tullio Cicерone consulibus, quum vi ingressi hostes eos, qui erant in fano, iugularent; tamen qui sacra procurabant, nihil secundus rem divinam facere perseverabant, neque metu vitae amittendae, neque iam caesorum multitudine in fugam compulsi, quidquid pati necesse erat, illud ad aras ipsas laturos esse melius putantes, quam ut aliquid legibus patriis praescriptum omitterent. Quod autem ista non sint fabula, unice ad falsae pietatis laudem ostendendam ad-

*πάντες οἱ τὰς κατὰ Πομπή-
ιον πράξεις ἀναγγέψαντες·
ἐν οἷς καὶ Στράβων καὶ Νι-
κόλαος, καὶ πρὸς τούτους
Τίτος Λίβιος, ὁ τῆς Ρωμαϊ-
κῆς ἱστορίας συγγραφεὺς.*

hibita, sed ipsamet veritas, testimonio sunt, qui res a Pompeio gestas memoriae prodiderunt; et in his Strabo, et Nicolaus, ac praeterea T. Livius, historiae Romanae scriptor.

Joseph. lib. XIV. Antiq. Iud. cap. 4. Sect. 5. pag. 689. Ad quem locum viri docti laudant Epit. Liv. CXL. sed errore operarum. Ea enim de re Livium egisse lib. CII. ex Epitome eius libri constat.

27.

Britanniae licet magnitudinem olim nemo, ut refert Livius, circumvectus est, multis tamen data est varia opinio de ea loquendi.

Iornandes de rebus Getic. cap. 2. Quod petitum esse videatur ex Livii lib. CV. in quo ipsum egisse de Iulii Caesaris expeditione Britannica, Epitome eius libri testatur.

28.

Septingentesimo conditionis suae anno, quatuordecim vicos eius (*Romae*) incertum unde consurgens flamma consumxit: nec umquam, ut ait Livius, maiore incendio vastata est; adeo ut post aliquot annos Caesar Augustus ad reparationem eorum, quae tunc exusta erant, magnam vim pecuniae ex aerario publico largitus sit.

Oro. lib. VII. cap. 2. qui eiusdem incendii etiam meminit lib. VI. cap. 14. in fine, testatus anno ab urbe condita 100C. plurimam Romae partem ignem invasisse, neque umquam antea tanto incendio correptam ac vastatam civitatem fuisse. Nam quatuordecim vicos cum vico Ingario consumitos fuisse. Eius incendii meninat etiam Obsequens de Prodig. cap. 125. unde constat, accidisse L. Paullo, C. Marcello consulibus: anno igitur proximo ante bellum civile inter Pompeium et Caesarem. Hinc colligo, Livium huius incendii mentionem fecisse lib. CIX. quo exente demum de initio belli istius civilis egit.

Caesar, Rubicone fluamine transmeato, mox ut Ariminum venit, quinque cohortes, quas tunc so-

Ias habebat, cum quibus, ut ait Livius, orbe in terrarum adortus est, quid facto opus esset, edocuit.

Orosius lib. VI. cap. 15. Fragmentum hoc pertinere ad Livii lib. CIX. ex Epitome eius colligo. Inde enim constat, Livium illo libro initium belli civilis inter Caesarem et Pompeium retulisse. Id autem Caesar traiiciendo Rubiconem incipit. Eodem etiam retulit Freinsheimus in Suppl. huius libri cap. 39.

29.

Primus hostem percussit nuper pilo sumto primo
C. Crastinus.

Scholiastes vetus Lucani ad lib. VII. vers. 471. Pertinet hoc fragmentum ad nobile illud proelium Pharsalicum, in quo prius Crastinus telum emisit, ut omnes historici aliquique testantur. Referendum igitur est ad Liv. lib. CXI. quem eo libro proelium hoc Pharsalicum descriptsisse, ex Epitome patet. Vide Freinshem. Suppl. huius libri cap. 65. Ceterum, transpositis vocibus *nuper primo pilo sumto scribendum esse*, coniicit Cel. Burmann. ad d. l. Lucani. Crastinum enim anno priorre primum pilum duxisse.

Ἐν δὲ Παταρίῳ Γάϊος Κορ-
νήλιος, ἀνὴρ εὐδόκιμος ἐπὶ
μαντικῇ, Λιβίου τὸν συγ-
γραφέως πολίτης καὶ γνώρι-
μος, ἐτύγχανεν ἐπ' οἰωνοῖς
καθῆμενος ἐκείνην τὴν ἡμέ-
ραν. καὶ πρῶτον μέν, ὡς
Λιβίος φησί, τὸν καιρὸν
ἔγνω τῆς μάχης, καὶ πρὸς
τὸν παρόντας ἔφη, ὅτι καὶ
δὴ περαινεται τὸ χρῆμα, καὶ
συνιασιν εἰς ἔργον οἱ ἄνδρες.
Αὐθις δὲ πρὸς τῇ θέῃ γενό-
μενος, καὶ τὰ σημεῖα κατι-
δὼν ἀνήλατο μετ' ἐνθουσια-
σμοῦ, βοῶν, Νικᾶς, ὦ Καئ-
σαρ, ἐκπλαγέντων δὲ τῶν
παρατυχόντων, περιελὼν τὸν

Patavii C. Cornelius, au-
guralis scientiae peritus,
Livii historici civis et fa-
miliaris, sub idem forte
tempus operam dabat au-
spicio. Hic primum, ut
Livius auctor est, tempus
proelii cognovit, praesentibusque geriait nunc rem,
et proelium duces com-
mittere. Ut iterum aves
inspexit, advertitque si-
gna, fanaticus exsiliit, cla-
mans, Vincis Caesar. Ob-
stupescientibus illis, qui
aderant, detracta capiti
corona iuravit, non pri-
us se repositurum eam,

στέφανον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, οὐκ ἐνωμότως ἔφη, μὴ πρὶν ἐπιθήσεσθαι πάλιν, η̄ τῆδε τῇ τέλην μαρτυρῆσαι τὸ ἔργον.
Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Λιβιος οὕτω γενέσθαι παταβεβαιοῦται.

Plutarch. in vita Caesar. pag. 730. [cap. 47.] qui refert, id accidisse, quo tempore proelium Pharsalicum decertabatur: unde constat, itidem hoc referendum esse ad Livii lib. CXI. Eodem etiam retulit Freinshemius in Suppl. huius libri cap. 72. ubi varios scriptores idem narrantes in margine laudavit. [In Drakenborchii editione *Niugā* pro *Niugās* legitur; quod operarum peccatum neque Millerus neque Boehmertus correxit.]

30.

Quadringenta millia librorum Alexandriae arserunt, pulcherrimum regiae opulentiae monumentum. Alius laudaverit, sicut Livius; qui elegantiae regum curaeque egregium id opus ait suis.

Seneca de Tranquill. anim. cap. 9. Bibliothecae Alexandrinae incendium accidit tempore belli, quod Caesar cum rege Ptolemaeo gessit. Id autem Livium lib. CXII. descriptissime, eius Epitome testis est. Ad lib. CXII. retrulit etiam Freinshemius in Suppl. eius libri cap. 43. ubi varios scriptores eamdem historiam referentes in margine laudavit. De numero librorum, qui in hac bibliotheca repositi fuerunt, vide viros doctos ad Oros. VI, cap. 15. pag. 421. et 422. [Cf. Beckii Specimen historiae bibliothecarum Alexandrinarum. Lips. 1779. pag. 15. sq.]

31.

Ὥδε μὲν τισὶ περὶ τοῦ Βάσσου δοκεῖ. Λιβίω δ', ὅτι τῆς Πομπηῖον στρατιᾶς γενόμενος, καὶ μετὰ τὴν ἥτταν ἴδιωτεύων ἐν Τύρῳ, διέφθειρε τινας τοῦ τέλους, καὶ διεχρήσαντο τὸν Σέξτον, καὶ τῷ Βάσσῳ σφᾶς ἐνεχείρισαν.

IHaec de Basso quidam produnt: Livius vero, militasse illum Pompeii auspiciis: quo victo privatim egisse Tyri; corruptisque quibusdam legionibus effecisse, ut, imperfecto Sexto, ipsum sibi ducem adsumerent.

Appian. Alex. lib. III. Bell. Civil. pag. 576. [cap. 77.]
 Haec autem referenda esse ad Livii lib. CXIV. ex Epitome eius libri patet. Vide etiam Freinshem. Suppl. illius libri cap. 1. et seqq. Ceterum in Appiano hodie vulgo editur *Λίβων*, pro quo recte, ut puto, *Λιβίων* emendavit Clariss. Perizon. in Animadv. Hist. cap. 4. pag. 177. [pag. 183. ed. Harles. Schweighaeusero praeceunte lacunam ante διεχοήσαντο inserto καὶ explevi.]

Optarem mihi contingere, quod T. Livius scribit de Catone: cuius gloriae neque profuit quisquam laudando, nec vituperando quisquam nocuit, quum utrumque summis praediti fecerint ingenii. Significat autem M. Ciceronem et C. Caesarem, quorum alter laudes, alter vituperationes supra dicti scripsit viri.

Hieronymus Prol. lib. II. in Oseam. Fragmentum hoc observavit Clericus, et recte referendum monuit ad Livii lib. CXIV. in quo ipsum de morte Catonis egisse, ex auctore Epitomarum constat.

32.

Ἡν γάρ τι τῇ Καίσαρος οἰκίᾳ προσκείμενον, οἷον ἐπὶ κόσμῳ καὶ σεμνότητι, τῆς βουλῆς ψηφισαμένης, ἀντωτήριον, ὡς Λίβιος ἴστορεῖ. Τοῦτ' ὄναρ ή Καλπονδρία θεασαμένη παταράζηγνύμενον, ἔδοξε ποτνιᾶσθαι καὶ δακρύειν. ἥμέρας δ' οὐν γενομένης, ἔδειτο τοῦ Καίσαρος, εἰ μὲν οἶον τε, μὴ προελθεῖν, ἀλλ' ἀναβαλέσθαι τὴν σύγκλητον.

Quum Caesaris aedibus esset ex senatusconsulto adiunctum, ut auctor est Livius, velut ad ornamentum et amplitudinem, pinnaculum, id per quietem imaginata collabi Calpurnia videbatur sibi ideo lamentari et lacrimari: ac, quum lux adpetisset, rogavit Caesarem, si qua fieri posset, ne prodiret, sed in aliud tempus reiiceret senatum.

Plutarch. in vit. Caesar. pag. 738. [cap. 63.] Refert ibi ostenta, quae instantem mortem Caesari praesagirunt. Referendum igitur est ad Livii lib. CXVI. quo ipsum de morte Caesaris egisse, constat ex auctore Epitomarum. Vide Freinshem. Suppl. huius libri cap. 47.

Malum omen est, quoties Aetna, mons Sici-

liae, non fumum, sed flammarum egerit globos: et, ut dicit Livius, tanta flamma ante mortem Caesaris ex Aetna monte defluxit, ut non tantum vicinae urbes, sed etiam Rhegina civitas, quae multo spatio ab ea distat, adflaretur.

Servius ad Virg. lib. I. Georg. vers. 471. Videtur hoc pertinere ad eundem Livii lib. CXVI. quo non tantum mortem Caesaris, sed etiam, quae ei proxime praecesserunt, descripsit, ut ex auctore Epitomarum constat. Apud alios tamen scriptores huins prodigii tempore Caesaris nullam mentionem inveni; unde etiam Freinsheimus in Suppl. huins libri eius non meminit. [Verba, quae multo spatio ab ea distat, fragmento Liviano male inculcata, in editione P. Danielis non leguntur.]

Quod de Caesare maiore vulgo dictitatum est, et a T. Livio positum, in incerto esse, utrum illum magis nasci reipublicae profuerit, an non nasci; dici etiam de ventis polest.

Seneca lib. V. Natur. Quaest. 18. Videtur hoc referendum esse ad eundem Livii lib. CXVI. ubi, enarrata Caesaris nece, elogium eius et imaginem olim depinxit. Eodem etiam retulit Freinsheimus, quem vide in Suppl. huins libri cap. 116. [Ruhkopfins, quum antea *de Caesare olim maiore ede-*retur, voculam *olim codicum* auctoritate commotus recte exterminavit. Hunc Senecae locum Freinsheimii diligentiam effugisse, idem falso suspicatus est.]

33.

M. Cicero sub adventum triumvirorum cesserat urbe, pro certo habens, id quod erat, non magis Antonio eripi se, quam Caesari Cassium et Brutum, posse. Primo in Tusculanum fugit, inde transversis itineribus in Formianum, ut ab Caieta navim consensurus, proficiscitur. Unde aliquoties in altum proiectum quum modo venti adversi retulissent, modo ipse iactationem navis, caeco volvente fluctu¹), pati non posset, taedium tandem eum et fugae et vitae cepit: regressusque ad superiorem villam, quae paullo plus mille passibus a mari abest, *Moriar*, inquit, *in patria saepe servata*. Satis constat, servos fortiter

fideliterque paratos fuisse ad dimicandum; ipsum deponi lecticam, et quietos pati, quod sors iniqua ¹⁾) cogeret, iussisse. Prominenti ex lectica, praebentique innotam cervicem caput praecisum est. Nec sat satis stolidae crudelitati militum fuit. Manus quoque, scripsisse in Antonium aliquid exprobrantes, praeciderunt. Ita relatum caput ad Antonium, iussu que eius inter duas manus in rostris positum; ubi ille consul, ubi saepe consularis, ubi eo ipso anno adversus Antonium, quanta nulla umquam humana vox, cum admiratione eloquentiae auditus fuerat. Vix adtollentes lacrimis ²⁾ oculos homines intueri trucidata membra eius poterant.

Vixit tres et sexaginta annos, ut, si vis absfuisset, ne inmatura quidem mors videri possit: ingenium et operibus et praemiis operum felix: ipse fortunae diu prosperae, et in longo tenore felicitatis magnis interim ictus vulneribus, exsilio, ruina partium, pro quibus steterat, filiae morte, exitu tamen tristi atque acerbo, omnium adversorum nihil, ut viro dignum erat, tulit praeter mortem: quae vere aestimanti minus indigna videri potuit, quod a victore inimico nil crudelius passus erat, quam quod eiusdem fortunae compos ipse fecisset ^{**}). Si quis tamen virtutibus vitia pensarit ³⁾, vir magnus, acer, memorabilis fuit, et in cuius laudes persequendas ⁴⁾ Cicerone laudatore opus fuerit.

M. Seneca Suasor. VII. qui non addit quidem, ex quo libro haec excerpta sint; patet tamen pertinere ad Livii lib. CXX. quia eo libro ipsum de morte Ciceronis egisse Epitome testatur. Eodem etiam retulit Freinsheimius in Suppl. huius libri cap. 60. et seqq.

1) *caeco volvente fluctu]* Fortasse *incerto volvente fluctu*. Sic lib. XXXVII, 16. *Posteaquam, circumagente se vento, fluctibus dubiis volvi coeptum est mare.* Tacit. II. Annal. 23. *Simul variis undique procellis ineerti fluctus prospectum adimere, regimen impedire.* Petronius cap. 114. *Sed nec certos fluctus ventus impulerat, nee, quo destinaret cursum, gubernator sciebat.*

I. Fn. GRONOVIVS. Vulgatum *caeco fluctu* interpretatur Turneb. VI. Advers. 4.

*) Quum typographus invito Drakenborchii *fors iniqua* posuisse videatur, nolui illud, licet Catull. LXIV, 169. sq. *saeva fors* dixerit, cum plerisque horum fragmentorum editoribus, iam supra pag. 301. summae negligentiae convictis, Livio temere obtrudere, sed priorum Senecae editionum lectionem, *sors iniqua*, revocandam censui. Sic etiam Liv. XXXVIII, 23. *inquisimosa sorte* legitur. Vocabula *fors* et *sors* a librariis quoque sexcenties permutata esse, docuerunt Drakenborch. ad Liv. I, 4, 4. et Lambin. ad Horat. Sat. I, 1, 2.

2) *Vix adtollentes lacrimis oculos*] Fortasse *prae lacrimis*.
I. Fr. GRONOVIVS. [Ita Cic. pro Mil. cap. 38. et Epp. ad Att. IX. ep. 14. *prae lacrimis* dixit. Vulgatum tamen, ni fallor, potest defendi. Similiter enim, ut hic *lacrimis* pro *prae lacrimis*, ita *gaudio* pro *prae gaudio* legitur Liv. XXVII, 17. et 19. coll. cap. 50. ubi vid. quae interpres adnotarunt.]

**) Sic Lipsius satis probabiliter emendavit lectionem olim vulgatam, *quod a victore inimico nil crudelius passurus erat, quam quod etiusdem fortunae composito fecisset*. Alii aliter hunc locum corrigere studuerunt. Lallemandus et editor Bipontinus in fragmentis. Livianis, Lipsii emendatione ex parte tantum admissa, scripserunt, *nihil crudelius passurus erat*.

3) *Si quis tamen virtutibus vitia pensarit*] Scribendum esse, si quis tamen, *virtutibus vitia pensavit*; *vir magnus, acer, memorabilis fuit*, docuimus in quarto Observationum cap. 13. pag. 213. [pag. 677. sq. ed. Platner.] M. Seneca Praef. IV. Controv. *Redimebat vitia virtutibus.* *I. Fr. GRONOVIVS.*

4) *In cuius laudes sequendas*] Lege *exsequendas*, vel *aequandas*. *I. Fn. GRONOVIVS.* [Illud praestat. Nam extremae literae vocabuli *laudes* syllabam *ex* intercepisse videntur. Lectio *persequendas* Schotto debetur.]

34.

Livius refert, Cleopatram, quum ab Augusto capta indulgentius de industria tractaretur, dicere solitam, *Non triumphabor*.

Commentator vetus Cruquii ad Horat. lib. I. od. 37, 30. Non addit, ex quo libro Livii hansebit. Sed pertinere videatur ad lib. CXXXIII, in quo retulit, quemadmodum Cleopatra, ne in arbitrium victoris veniret, voluntaria morte obierit; ut Epitome eius libri testatur. Eadem referunt Acron et Porphyrio ad eundem Horatii locum. Nihilominus dictum

hoc Cleopatrae non triumphabor, sive ov̄ ὅρια μένομαι, ut
ait Porphyrio, diligentissimum Freinshemium latuit.

Sequuntur nunc pauca fragmenta, quae ex quibus
Livii libris desunta sint, non additur; neque etiam, ad
quos libros referenda sint, coniectura adsequi possumus.

35.

Vir ingenii magni magis, quam boni.

Seneca lib. I. de Ira cap. 16.

36.

Prositeor, mirari me T. Livium, auctorem ce-
leberrimum, in Historiarum suarum, quas repetit ab
origine urbis, quodam volumine sic exorsum: Sa-
tis iam sibi gloriae quaesitum, et potuisse se desi-
nere, ni animus inquietus pasceretur opere.

Plinius in Praefat. lib. I. Hist. Natur.

37.

**T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis (*freti Gaditani*) tradiderunt, ubi minus, septem millia
passuum; ubi vero plurimum, decem millia.**

Plinius in Praefat. lib. III. Hist. Natur. [Pro ubi mini-
mum, quod primus edidit Frobenius et Drakenborchius quo-
que servavit, ubi minus ex codicibus vetustisque editionibus
restituit Harduinus, quem vide.]

38.

Compleatis consulibus.

Servius ad Virg. lib. III. Georg. vers. 1.

39.

Verba sunt, ut habemus in Livio, imperato-
ris transfugam recipientis in fidem: *Quisquis es, no-
ster eris.*

Servius ad Virg. lib. II. Aeneid. vers. 148.

40.

**Impubes libripens esse non potest, neque an-
testari.**

*Priscian. lib. VIII. Gramm. pag. 792. [Vol. I. p. 369. ed.
Krehl.] De sensu horum verborum vide viros doctos ad
Caii lib. I. Institut. tit. 6. pag. 57. et 58. sed praesertim Vi-
rum doctiss. Gerard. Meerman in eruditissima dissertatione
de Rebus mancipi et nec mancipi § 263. et 273. [Non Livii*

historici haec esse, sed Laelii iurisconsulti, ex recentissima Prisciani editione appetat, in qua Krehlius pro *Licius ex codicibus Lips. 1. 2. Laelius* verissime rescripsit.]

41.

Apud Nympham Atlantis filiam Calypsonem.

Priscian. lib. VI. Gramm. pag. 635. [Vol. I. p. 231. ed. Krehl.] Utrum tamen hoc Livii historici fragmentum fuerit, an alterius, dubium videtur. [Recte dubitavit Drakenborchius, quum unum quemque oratio numerosa advertat, et iam dudum hoc fragmentum non Livio nostro, sed Livio Andronico, quem Homeri Odysseam versibus Saturniis vertisse constat, vindicavit Hermannus in Elementis Doctr. Metr. pag. 621. sq.]

42.

Est in Livio, quod quum quidam cupidus belli gerendi a tribuno plebis arceretur, ne iret, pullos iussit adserri: qui quum missas non ederent fruges, irridens consul augurium ait, *Vel bibant*; et eos in Tiberim praecipitavit. Inde navibus victor revertens ad Africam in mari cum omnibus, quos ducebat, extinctus est.

Servius ad Virg. lib. VI. Aeneid. vers. 193. Hoc spectare ad Claudium Pulchrum, existimat Cel. Burmann. ad d. I. Servii, sed ab aliis aliter narrari: videndum autem monet Sueton. Tib. 2. et consilendos ibi commentatores. Referendum igitur foret ad Livii lib. XIX. quo Clandii huius cladem retulit, ut testatur auctor Epitomes eius libri. At Cel. Dukenro ad Flori II, 2, 29. id, quod ex Livio hic refert Servius, suspectum est, tamquam ex Claudii Pulchri historia fictum, vel male descriptum. [Vid. Freinsheim. Suppl. huius libri cap. 21. et quos ibi scriptores in margine laudavit.]

His Livii fragmentis, a Drakenborchio collectis, Ruperti Vol. IV. pag. 282. sqq. addidit sequentia; incerta quidem illa et magnam partem spuria.

43.

Imperatorem me mater mea, non bellatorem peperit.

Hoc Scipionis dictum ex Livio adferre videtur Gulielmus Malmesburiensis Rer. Angl. lib. II. pag. 162.

44.

Dic mihi, quum saepe numero in Romanis hi-

storiis legatur, Livio auctore, saepissime in hac urbe exorta pestilentia infinita hominum millia deperiisse, atque eo frequenter ventum, ut vix esset, unde illis bellicos temporibus exercitus potuisset adscribi, illo tempore Deo tuo Februario minime litaratur? An etiam cultus hic omnino nihil proderat? Illo tempore Lupercalia non celebrabantur? Nec enim dicturus es, haec sacra adhuc illo tempore non coepisse, quae ante Romulum ab Euandro in Italiam perhibentur inlata. Lupercalia autem propter quid instituta sint, (quantum ad ipsius superstitionis commenta respectant) Livius secunda decade loquitur: nec propter morbos inhibendos instituta commemorat, sed propter sterilitatem mulierum, quae tunc acciderat, exsolvendam.

Ex Gelasii Papae Epist. adversus Andromachum in Baronii Annal. eccles. ad a. 496. num. 35.

45.

Et reparando subgressu manu haud magna Alisfae moenia, quasi palans perveniens, ex opido bellua constructa *) armamentis erupit, quam consulvi captam, trucidatis, qui in ea constiterant, reservat ad pugnam. Sed opidani, sicut quibus curae pusillum inerat, in diem alteram umbonibus belluatris paucos fugaces invadunt, elephantemque omne meliori receptant, et Alifas, Ruffium quondam vocitatas, ab dextro sequente sinistrum augurio nomen imponunt accolae.

*) Drakenborchius ad Liv. XXII, 18, 5. codici Laudino 1. tribuit lectionem *bellua constructa armamentis*; quam ab operarum haud dubie errore prefectam novus Ruperti error in *bellum instructa armamentis* mutavit. Nam *bellua constructa armamentis* in illo codice extare, quam editionem Hearnii, qui *constrata* legendum esse coniecit, non ad manum haberem, ex Dodwelli dissertatione a Drakenborchio repetita intellexi. Ceterum Ruperti in aliis quoque huius fragmenti locis a codicu[m] Laudini et Recanatiiani scriptura, quam Drakenborchius Tom. III. pag. 572. et Tom. VII. pag. 526. exhibuit, temere discedens fidi editoris officio non satisfecit.

Haec verba Liv. XXII, 18, 5. post illa: *super Alifas loco alto ac munito consedit*, inserta legi in cod. Laudino 1. monuit Hearnius. Eadem reprehendit Drakenborchius in cod. Recanatiano, sed sic variata:

Et reparando subgressus haud magis Alifae moenia quum palans perveniens ex oppido bellua constā a Romanis erupit, quam consul vi captam, trucidatis, qui in ea constiterant, resservat ad pugnam. Sed oppidani, sicut queis curae pusillum inerat, in diem altam umbonibus beluatis paucos fugaces invadunt, elephantemque meliorem receptant. Et Alifas; Ruffruin quondam vocitatas, ab dextro sequente sini-steriorum augurio nomen imponunt accolae.

Fragmentum hoc spurium esse censebant Cuperus de elephantis in nummis cap. 4. Hearnius, Drakenborchius, Strothius et alii: sed genuinum Dedwellus in singulari dissertatione, quae etiam in edit. Liv. Drakenborch. Tom. VII. pag. 182. sqq. reperitur. In ea explicare quidem conatur obscurissima haec verba; sed multis tentatis tandem profitetur, se vereri, ne operam luserit et non ipsum forte Livium, sed Aethiopem lavarit. [Multo magis, ut hoc obiter addam, operam luisse Schoepflinum, quum versionis Polybii ab Are- tino confectae particulam, a Klockio in bibliotheca monasterii Salemitani in Suevia repertam, Livio vindicare adniteretur, praecclare docuit Drakenborchius in Praefat. Tom. VII. pag. 78. sqq. coll. pag. 541. sq. Nihilo minus tamen Schoepfli errorem, quod mireris, postea suscepit Brossius in Hist. Reipubl. Rom. lib. II. cap. 46. Tom. I. pag. 579. sqq.]

46.

T. Livius tam iniquus Sallustio fuit, ut hanc ipsam sententiam: *Res secundae mire sunt vitiis obtentui*, et tamquam translatam et tamquam corrumptam dum transfertur, obiiceret Sallustio. Nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum praeferat. Laudat, quem non timet, et facilius putat posse a se Sal- lustium vinci, si ante a Thucydide vincatur.

Seneca Controv. XXIV.

47.

T. Livius de oratoribus, qui verba antiqua et sordida consequantur, et orationis obscuritatem se-

veritatem putant, aiebat, Miltiadem rhetorem eleganter dixisse: *'Ἐπὶ τῷ πλησίον μαίνονται.'*

Seneca Controv. XXV.

Quod Rupertius ultimo loco posuit Livii fragmentum, non ad Historiarum libros referendum videtur, sed ad epistolam filio inscriptam, ex qua Quintilianus haec excerpserit.

48.

In hoc malum a quibusdam etiam laboratur: neque id novum vitium est, quin iam apud Titum Livium inveniam, fuisse praeceptorem aliquem, qui discipulos *obscurare*, quae dicerent, iubet, Graeco verbo utens, *σκότισον*. Unde illa scilicet egregia laudatio, *Tanto melior: ne ego quidem intellexi.*

Quintilian. Institut. orator. lib. VII, 2, 18. Haec cum illis, quae apud Senecam Controv. XXV. leguntur, cohaerere videntur.

49.

Fuit igitur brevitas illa tutissima, quae apud Livium in epistola ad filium scripta, *legendos Demosthenem atque Ciceronem: tum ita, ut quisque esset Demostheni et Ciceroni simillimus.*

Quintilian. Institut. orator. lib. X, 1, 39. coll. lib. II, 5, 20.

Praeterea ex Servii commentariis in Virgilium haec addenda esse, Niebuhrius in literis ad me datis monuit.

50.

Secundum Livium legati pacis caduceatores dicuntur.

Servius ad Virg. lib. IV. Aeneid. vers. 241. Caduceatorum in Livii libris, qui supersunt, passim mentio iniicitur. Vid. Liv. XXVI, 17. XXXI, 38. XXXII, 52. XXXIII, 11. XXXVII, 45. et XLIV, 46. coll. VIII, 20. et XLIV, 45.

51.

Livius argentum grave dicit, id est, massas.

Servius ad Virg. lib. VI. Aeneid. vers. 862. Isidorus lib. XVI. cap. 17. *Triu sunt, inquit, genera argenti, et auri, et aeris: signatum, factum, infectum. Signatum est, quod in nummis est: factum est, quod in vasis et signis: infectum, quod in* T. *Liv. Tom. IV.*

X

massis est, quod et grave dicitur, id est, massa. Argenti massae Liv. XXXIV, 10. 46. et 52. XXXVI, 40. et XXXVII, 46. *argentum infectum dicuntur; argentum grave in libris superstitibus nusquam appellantur.*

52.

In hoc summo (*promontorio Circaeum*) oppidum fuit, quod et Circaeum dictum et Circaeum. Nam utrumque Livius dicit.

Servius ad *Virg. lib. III. Aeneid. vers. 10.* Nentrum legitur in Livii libris, qui vetustatem tulerunt. Latii promontorium, quod Virgilius Aen. VII, 799. *Circaeum iugum* dixit, a Graecis scriptoribus, v. c. Theophrast. Hist. Plant. V, 9. et Strab. V. Tom. II. pag. 159. ed. Tzschuck. *Κίρκαιον* appellatur; urbs in illo sita, ut alibi, ita etiam Liv. I, 56. II, 39. XXVII, 9. et XXIX, 15. vocatur *Circeii*, quod nomen apud Servium, quum *Circei* scriptum esset, in *Circaeum* corruptum esse videtur. Cf. Tzschuck. ad Mel. II, 4, 9. pag. 356.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM LIB. XCI.
F R A G M E N T U M
IN CODICE VATICANO

A

PAULLO IACOBO BRUNSIO
R E P E R T U M.

τὸ δὲ ξητούμενον
ἀλωτὸν· ἐκφεύγει δὲ τάμελούμενον.

Sophocles in Oedipo Tyranno v. 110.

EPISTOLA
PAULLI IACOBI BRUNSII
AD
BENIAMINUM KENNICOTTUM.

Quum superiore anno mense Maio Romae degerem, per voluntatis orientalium linguarum codicibus bibliothecae Vaticanae, ad evolvendos Graecos, Latinos, qui instituto meo inservire possent, me converti. Ex his autem eos potissimum seligendos esse duxi, qui aliis doctis viris ob praestantiam antiquitatemque laudati erant. Blanchinius vero quum in Evangeliorio et Vindiciis multos antiquos et insignes afferat codices, pluteumque et locum, ubi in bibliotheca Vaticana custodiuntur, indicet: horum librorum ut mihi copia fieret, a praefectis petii, atque, quae eorum fuit in me eximia humanitas, nullo unquam nec locorum nec temporis intervallo oblitteranda, facile impetravi. Inter illos autem singulari laude a Blanchinio extollitur codex Latinus, designatus No. 24. in bibliotheca Palatino-Vaticana¹⁾, complectens libros Tobiae, Iudithae, Iobi et Esthe-

1) De codicibus Palatinis, calamitoso belli in trigesimum annum extracti tempore Heidelberga Romam sacrilega manu abductis et, quod nostrae aetati contigit, ut videamus, ex parte saltem in patriam restitutis, cf. A. Friederich, *Geschichte der nach Rom entführten Heidelberger Bibliothek*. Karlsruhe, 1816. et Fr. Wilken, *Geschichte der Bildung, Beraubung und Vernichtung der alten Heidelbergerischen Büchersammlungen*. Heidelberg, 1817. quibus adde, quae breviter hac de re praefatus est Grenzerns Meletematum e disciplina antiquitatis Part. I. p. 7. sq.

ris²); quem quidem quum ad manus sumerem, statim animadverti, sub libris in eo contentis antiquiorem latere scripturam, libros scilicet Tobiae ceterosque antiquiori characteri, quisquis sit, a librario superscriptos esse; codicem igitur ad id manuscriptorum genus pertinere, quos vulgo rescriptos vocant, rectius, verbo Ciceroniano (vid. Epp. ad Div. lib. VII. ep. 18.) palimpsestos dixeris. Neglecto igitur posteriore illo textu, qui tamen et ipse antiquissimus est, ad saeculum octavum fortasse referendus³), cuius characteris specimen Blanchinius exhibit, ea tantum inquirere, atque, si possem, eruere constitui, quae olim in membrana conscripta erant. Nec aliter facere potui, quum Tuis vestigiis insistens, Praestantissime Kennicott, in aliarum linguarum codicibus iam pridem consueveram, quae alia manus illeverat, parum curare, in id omni meo studio collato, ut veterem deletamque restituerem lectio nem. Magnopere praeterea miratus sum, Blanchinium in pervestigandis vetustioris aevi monumentis diligentissimum duplice huius codicis formam ne verbo quidem attigisse. Membranae autem ex variis desumptae fuere codicibus: quod antiquae scripturae diversitas ostendit; plurimumque in hoc libro codicum fragmenta reperiuntur. Prima, in qua incidi, folia olim Ciceronis orationes continebant; quumque in legendis iis diem consumseram, nihil inediti a me detectum vidi; ad alia deinde delapsus sum folia, quorum

2) Blanchinius in *Vindiciis canonicarum scripturarum vulgatae Latinae editionis p. 321.* hunc codicem ait *et mirifica praestare antiquitate, et certam Hieronymiana versionis notam in subscriptione repraesentare*, atque locum Iob. XLII, 12 — 16. *et mille iuga boum — et satur dierum*, qui in codice p. 150. legitur et, quantum ex iis, quae Niebuhrius p. 26. retulit, intelligere potui, membranae ex Gellii Noctibus Atticis depromtae inscriptus est, speciminis causa in aes incisum exhibit.

3) Similiter de codicis aetate iudicavit Niebuhrius p. 11. sq. Qui *vulgatum, inquiens, temere assignandae librorum aetatis errorem vitare vult, nihil accuratius pronuntiabit, quam libros sacros, qui ibi leguntur, ante annos ferme mille scriptos esse*, et hanc sententiam idoneis probavit argumentis, quae apud ipsum legi possunt.

scriptura (de priore illa, non de recentiore imposta, semper loquor) valde antiqua et cum Terentio Vaticano magnam similitudinem habere videbatur. Tandem folium characterem prae se ferebat plus quam dici potest elegantem, nitidum, summae antiquitatis, unciale; omnesque animi, industriae, oculorum nervos contendit, ut, quae primitus scripta fuerant, invenirem. Hic illic quaedam vocabula mox arripui; occurrabant praeterea nomina aliunde nota, Pompeii, Contrebiae, Sertorii, dum in fronte adversae folii partis LIB. XCI. aversaeque TITI LIVI charactere minutissimo, aciem oculorum effugiente conscriptum deprehendi ⁴⁾). Iam mihi de invento Livii fragmento, necdum edito plausi; sed ut ea de re certior fierem, Epitomen lib. XCI. perlegi; ex qua quum perspiccerem, de Sertoriano bello in Hispania gesto Livium in isto libro egisse; nullus dubitavi, nec quemcunque alium dubitatum credo, quin hoc, quod nunc exit, fragmentum T. Livii sit, nulli mortalium longa temporum serie visum atque cognitum. Itaque quum illud, quod iam inveneram, describere institui fragmentum, tum iterum codicem perlustrare, omneque quod Livii in eo esset, e tenebris in lucem educere. Sed enarrata ratione, qua fragmentum inven-

4) Cancellerius quidem, cupiditatis crimine aegre liberandus, in Praefat. p. 4. sqq. ed. Lips. narrat, Iuvenatum primum, quum Brunsius ad codices Hebraicos se retulisset, in fragmentum Liviannum incidisse et amicum, ut in illud una secum oculorum aciem intenderet, adhortatum esse. Sed Brunsius ipse, de cuius fide nemo dubitabit, non solum, se pervolutatis orientalium linguarum codicibus ad alios evolvendos animum adiecissem, in huius epistolae principio professus est; verum etiam, de mira editionum fragmenti Liviani diversitate a me consultus, haec rescripsit: *Iuvenatus, cui amici honorem εὐρήματος, licet invita veri historia, vindicare voluerunt, meo usus est apographo nondum limato et ad umbilicum perduto.* Haec egregie confirmantur iis, quae partim Niebubrius p. 86. sq. de pravo quorundam Iuvenatii fautorum ad hunc unum omnem fragmenti reperti honorem trahentium studio, partim Cancellerius in Praefat. p. 10. ed. Lips. de ratione, qua fragmentum Livialnum, monstrante Iuvenatio, a se descriptum et in ordinem redactum sit, fusius dissennit. Vid. infra not. 31. 35. et 42.

rim, opus erit, ut a forma, aetate aliquaque proprietatibus illud, et codicem, in quo repertum est, accuratius describam. Codex Latinus Palatino-Vaticanus nunc signatus 24. olim autem 90. 1363. complectens in forma ὀκταπτύχῳ minore libros Tobiae, Iudithae, Iobi et Estheris constat 176 foliis, quae nupera manus numeravit. Novem priora recens adiecta, item circa medium libri nonnulla restituta, fol. 54. ad 72. Ex ceteris ea tantum commemoranda sunt, quae olim aliorum auctorum partes fuere, saeculo octavo, ni fallor, in praesentem codicis formam redacta, quando nempe antiquiori textui novus imponebatur ⁵⁾). Folia, quae sistunt fragmentum Livianum, ceteris vetustate antecellere videntur, ob rationes mox adducendas. Secundum, ni fallor, locum obtinent folia 11. 12. 13. 14. quorum pariter character uncialis, nitidus. Sed alia ratione modoque textus in illis dispositus est, atque in foliis Livianis. Cuius vero sint auctoris, harum rerum peritis indagandum relinquo. Mihi adnotasse sat est, folia passim prae se ferre LIB. VII. VIII. ⁶⁾. Folia 74. 77. 81. 86. 100. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. quum charactere inter se non discrepant, ex uno codice omnia decerpta videntur, qui quidem codex complectebatur, credo, orationes Ciceronis. Nam in fol. 128. parte adversa haec legi verba: EXPLICIT INCIPIT ROSCIO, atque in altera columna initium orationis pro Sexto Roscio Amerino. Haec autem folia Livianis antiquitate aliquanto inferiora ad saeculum septimum amandanda sunt, quippe non charactere unciali, sed maiusculo, simili librorum Tobiae,

5) Codicem ante saeculum undecimum fuisse disceptum, ita ut pars magna periret, illo ipso saeculo resartum, iterum deinde resolutum, iterumque deminutionem passum esse, docuit Niebuhrius p. 12. sq.

6) In his foliis complures ex Lucani Pharsalia sexti septimique libri versus sub recentiore codicis scriptura latere, iam Caiet. Melior perspexit. Vid. eius Epist. ad Nic. Gorgam p. 98. ed. Neap. Rem ad liquidum perduxit Niebuhrius p. 15. Brunsius in librorum numeris errasse videtur.

Iudithae, Iobi et Estheris consignata. Quae quidem folia optarem, ut paullo accuratius perpenderent ii, quibus haec inspiciendi legendique datur facultas ⁷⁾. Quidni enim eorum imitanda essent exempla, qui effosso aliquo in loco vel signo vel imagine vel quovis alio vetustatis monumento nec operis nec sumtibus parcunt, ut eodem in loco alia inveniant monumenta, sub terra abscondita? Nonnulla praeterea folia characterem p[re]se ferunt uncialem, sed maiorem, quam fragmentum Livianum, fortasse haud absimilem Virgilii Vaticani: sed adeo deleta verba sunt, et exesa fere, ut ea magis indagari posse vix crediderim ⁸⁾. Fragmentum autem, quod nunc in publicam lucem emitto, ut ad caput huius meae epistolae veniam, ex lib. XCI. Historiarum T. Livii Patavini desumitum, in foliis huius codicis 73. et 78. quae priorem eius consciunt partem, atque 75. et 76. quae posteriorem, legitur. Quae vero de hoc fragmento profaram, magis erunt perspicua atque clara, dum adnoto, folium mihi significare tale, quod duas habet tabulas sive paginas. Isti folio aliud respondet cum ipso coniunctum et in altera parte quaternionis situm. Foliu[m] cum altera sua parte, et quod una cum hac quatuor constat paginis mihi est folium duplicatum. Ex eo autem, quod de fragmento dixi, patet, dissecutum illud esse atque disceptum a librario huius codicis; sed nondum sat erat separare, quae primitus coniuncta erant: nam et folium Livianum quodque ita complicavit, ut ex uno duo ficeret. Iani alias textus inscribebatur, qui transversus super priore decur-

7) Brunsium conjectura non fecellit, eiusque desiderio satisfecit Niebuhrius, qui de diversa horum foliorum aetate p. 22. sqq. diligenter exposuit atque ex iis partim Ciceronis orationum pro Fonteio et Rabirio fragmenta p. 47. sqq. et p. 71. sqq. edidit, partim lectionis varietatem p. 82. sq. enotavit. Ceterum verba, quae in fol. 128. parte adversa leguntur, plenius accuratiusque quam Brunsius et Cancellerius in Praefat. p. 4. ed. Lips. exhibuit Niebuhrius p. 74. Vid. infra not. 28.

8) Haec folia ex Gellii Noctibus Atticis deponita esse et libri primi, secundi tertisque particulias continere, docuit Niebuhrius p. 26.

rit⁹). Quare qui legere vult fragmentum Livianum, necesse est, librum eum in modum vertat, ut margo ad sinistram ora folii infima evadat; tum explicet duo folia in unum, atque tota Livii tabula ipsi ante oculos posita erit. Num autem duo haec Liviana folia, quae reperi, connexa fuerint atque in codice huius auctoris unum fecerint duplikatum folium, an duorum duplicatorum foliorum priores partes habenda sint, incertum est. Si coniuncta fuerunt, ex medio quaternione posterior librarius folium quoddam demsit; et ad medium librum XCI. fragmentum referendum esse, argumentum eius satis evincit. Contrebiam enim Sertorium potitum esse, ibi narratur: sed de urbibus Hispaniae a Sertorio expugnatis Livium in memorata parte libri egisse, verba declarant haec, quae circa medianam Epitomen lib. XCI. leguntur: *Sertorius aliquot urbes expugnavit, plurimasque civitates in potestatem suam redegit.* Codicis autem Liviani forma quae fuerit, vix definiri potest, quum fortasse iniqua manus ex oris aliquid amputaverit; attamen ad eam, quam dicere consuevimus in folio minore, accessisse mihi videtur. Character autem fragmenti Liviani uncialis, quem Benedictini Parisini in Opere suo magno Diplomatico *écriture capitale* appellant, atque ab unciali, *écriture onciæ*, distinguunt. Sed auctoritatem Mabillonii aliorumque virorum doctorum sequi malui. Hic autem character consensu omnium eruditorum antiquissimus est, et in paucissimis invenitur manuscriptis. Livianum autem quum

9) Niebuhrius p. 15. *Longe maxima, inquit, pars membranarum, quae ad codicem adhibitae sunt, maioris formae est, quam vulgo quartum nuncupamus; quamobrem, discessis paginarum paribus, singulae complicatae atque sic in quartiones compositae fuerunt; recentior autem scriptura transversa super deletam ducta est, plane ut de Seduliani codicis reliquiis tradidit oculisque subiecit Angelus Muius. Ille igitur evenit, ut, ubi folia complicata sunt, plurimis in locis, agglutinando suturaque versus integer aut omnino perierit, aut legi certe non nisi difficillime possit. Vid. Iuvenati notam ad fragmenti lin. 11. Palimpsestorum Taurinensium, quibus plicatura minus nocuit, eandem fere rationem esse, ex Peyroni Praefat. ad Ciceronis fragmenta p. 8. colligo.*

Romae cum libris per totum orbem famigeratissimis, Virgilio et Terentio Vaticanis, atque praeterea cum specimine codicis Virgiliani Medicei, hactenus omnium, quotquot existant, antiquissimi habiti, quod Petrus Franciscus Fogginus V. C. in editione sua protulit, compararem: nulli horum antiquitate praestantiave illum cedere statim animadvertisi. Nec multo post Neapolim profectus quum vocabula Latina viderem, quae in parietibus Pompeianis et Herculaneensibus inscripta sunt, quumque figura literarum fragmenti Liviani ob diuturnum earum adspectum ante oculos mihi adhuc obversaretur; adeo mili uterque congruere videbatur character, ut unum pro altero poni posse iudicarem¹⁰). Romae quidem specimen characteris Liviani, quanquam maxime desideraram, procurare non potui: est enim licet summa elegantia, tamen minutus, exilis, vestigia adeo exesus fere, ut, quem adhibuerim graphices peritum, plane nihil sese in membrana videre affirinaret. Accedit autem, ut in tabula picta Herculaneensi XXXVIII. in aere incisa Tom. I. p. 207. Operis: *Pitture d' Ercolano*, quaedam legantur verba Latina GENIVS HVIVS LOCI MONTIS charactere, quo de loquor, conscripta; haec igitur transcribenda et aeri incidenda curavi, haecque instar speciminiis characteris, quo fragmentum Livianum consignatum est, lectores velim habeant¹¹). Illud sibi praeterea persuadeant, in his verbis quum ceteras literas, tum maxime V. et M. cum literis fragmenti Liviani forma et figura plus quam dici potest, convenire, quanquam a figura, qua hae literae in Virgilio Florentino expressae sunt, paullulum recedunt. Herculaneensis autem character ad Virgilium Vaticanum propius accedit, quam ad quemcunque alium uncialibus literis conscriptum librum¹²). Quae qui-

¹⁰) Vid. quae Niebuhrius p. 19. disputavit de scripturae genere, quod in inscriptionibus Pompeianis et fragmento Liviano conspicitur.

¹¹) Non opus esse videbatur, ut hoc characteris specimen repetendum curarem.

¹²) Niebuhrius fragmenti lin. 28—30. in aes incidi. inssit;

dem omnia quum mecum reputo atque perpendo: non possum, quin inter antiquissima calamo in membrana exarata monumenta omnium primum locum huic Liviano fragmento assignem, cetera, quotquot existunt, antiquitato postponenda credam. Quum igitur mea sententia ex Livio atque Virgilio antiquissimae membranac servatae sint: illud quam feliciter evenit, ut ex naufragio, quod vetustiores libri fecerunt, corundem auctorum tabulae non interirent, de quibus tollendis amovendisque iam Caligula cogitaverat teste Suetonio in vita Calig. cap. 34. Membranae enim Livii Virgiliique, quas orbis eruditus possidet in bibliotheca Vaticana tanquam nobilissimo loco depositas, nisi e temporibus C. Caligulae, tamen vix ducentis credo annis minores¹³⁾. Ut ne autem temere huius de fragmenti antiquitate iudicasse videar: testem cito meae sententiae locupletem, virum in interpretandis vetustioris aevi monumentis sagacissimum, Vitum Iuvenatium (*Vito Giovenazzi, Abbate*) cui hocce folium Livii, quum Romae fui, in bibliotheca Vaticana ostendi; qui quidem mihi magnifice de fragmento sententi et loquenti lubentissime assensus, milique, quod illud invenerim, suaviter, ut omnia facere solet, gratulatus est. Quum autem tam iucundum, tam excellente virum, cuius familiaritate Romae usus sum, nomi-

sed scripturae imitationem neque sibi optime, et peius etiam scalptori cessisse, p. 22. fatetur atque ad specimen Scaurianae, quod in editione Mediolanensi exhibetur, paleographiae studiosos remittit. De characterum specimenibus, quae, neque Cancellerio neque Iuvenatio probante, editioni Romanae adiecta sunt, et ridiculo chalco-graphi Lipsiensis illa defunctione repetentis errore dixi in Elench. edd. fragm. Liv. p. 69. sq. Vid. infra not. 57.

13) Iuvenatius harum membranarum aetatem in Antoninorum tempora incidisse, docere instituit in adnotatione prima et scholiorum additamento, quod ex editione Neapolitana nostrae subiecimus. Niebuhrius autem, de eiusmodi schedarum antiquitate, quum haec scriptura ultra septingentos annos obtinuerit, caute iudicandum esse praefatus, eas iam vergente imperio scriptas esse, p. 22. suspicatus est. Neque minus circumspecte Gallettus et Amadesius in testimonio, quod ex editione Romana in nostram transtulimus, eas procul dubio ante saeculum quintum exaratas esse censuerunt.

no: grata mente subit recordatio totius octo mensium spatii, quod Romae transegi, multorum et insignium literaturae monumentorum, quae conspicere et in usum convertere licuit, virorum generis nobilitate, doctrina, humanitate praestantium, quos visi humanissime ab omnibus exceptus. Sed reverterendum, unde digressi sumus, nec amplius ad hunc pulcherrimum locum divertere licet. Membrana fragmenti tenuis, ut palpanti digitis excidat, et slavi coloris. Titulus quem tabulae prae se ferunt in adversa parte LIB. XCI. et in aversa TITI LIVI ¹⁴⁾. Columnae in quavis tabula binae, quae singulae triginta versibus constant: columnae autem duarum paginarum versusque sese tegunt. Voces nullo intervallo a se distinctae, nisi nova rerum series orditur; ut in priore columna ultimae fragmenti paginae et praecedente puncto in secundae columnae versu sexto DEIECERVNT CV[~]. Literae columnarum initiales ceteras magnitudine superant: quod et initio novae historiae ¹⁵⁾. Reliquae sibi aequales, ut lineis parallelis fere includi possint, exceptis tamen L. B. et F. quae interdum prae ceteris eminent ¹⁶⁾. Compendia scribendi varia librarius adhibuit: nam literam M. in fine lineae saepius omisit, hoc posito signo [~] quo etiam utitur ad indicandum aliarum literarum defectum, ut INRITANTE[~] pro INRITANTES. Terminatio pluralis casus sexti BVS brevius ita ab illo exprimitur B· ut MILIB· pro MILIBVS; et particula copulativa saepius sic Q· pro QVE. Duae litterae in unam figuram coalescunt V[~] pro VL et N[~] pro NS; sed in fine tantum versus, ne literas a suis syllabis

¹⁴⁾ Minus accurate hunc tabularum titulum exhibuerunt Cancellerius in Praefat. p. 6. ed. Lips. atque Gallettus et Amadesius in testimonio editioni Romanae subiecto.

¹⁵⁾ Vid. notas ad fragmenti lin. 31. 151. et 187. Similiter Ciceronis orationes in codicibus Vaticanis et Mediolanensibus in capita divisas esse, observavit Niebuhrius p. 56. idemque valet de Sallustii fragmentis, quae penes me sunt, et palimpsestis Taurinensibus.

¹⁶⁾ Non nisi literas B et F dimidia parte super ceteras eminere, Niebuhrius p. 19. testatur.

seiungere et ad sequentem versum transferre necesse sit¹⁷⁾). Eandem consuetudinem in chirographo Augusti Suetonius notavit in vita Aug. cap. 87. non dividit verba nec ab extrema parte versuum abundantes literas in alteram transfert: sed ibidem statim subiicit circumducitque. In nominibus propriis illud singulare, quod praenominini punctum anteponatur et post illud collocetur IBI ·L· INSTELO¹⁸⁾. Librarius, ut elegantiae studiosissimus fuit, sic et magna cura et diligentia textum exarasse videtur. Pauca, quae irre-
 R N
 pserunt, menda ipse correxit, ut AGOS et FIERET, ubi
 R .
 literam omiserat, CONTERBIA, ubi transposuerat, et
 N
 AVTALCORES¹⁹⁾ ubi permutaverat. In alio verbo maius subesse mihi videtur vitium; de quo in adnotatione prima²⁰⁾). Intuenti vero hoc nostra opera excusum fragmentum in- iucundum erit, lacunas in eo reperiri, modo integros et plures versus desiderari, modo voces nonnullas vel literas. De iis autem sic habeant lectores, quosdam versus vel integros vel dimidiatos excisos esse, et cum membrana, in qua inscripti erant, periiisse. Hi igitur plane restitui nequeunt; et ubicunque in membrana vel versus vel literae funditus interierunt, ibi in exemplo meo asteriscos posui. Alii autem versus literis adeo exolescentibus conscripti sunt, ut, nisi quis oculis plus quam lynceis utatur, vel patientia meam et quamcunque aliam longe superante praeditus sit, vel multos dies, interposito nonnunquam intervallo, haud continuo, membranam inspiciat et pervestitget, vel tandem arte quadam mihi incognita literis splendorem et lucem conciliet, frustra de legendis iis laboraturum esse

17) Vid. Iuvenatii notam ad fragmenti lin. 110. Similia scripturae compendia in Sallustii fragmentis et Livii codice Vindobonensi pariter ac palimpsestis Vaticanis et Taurinensibus reperiuntur. Cf. Niebuhrius p. 61. et Peyroni Praefat. ad Ciceronis fragmenta p. 6.

18) De hoc librarii more vid. notas ad fragmenti lin. 41.

19) Vid. notas ad fragmenti lin. 158. 159.

20) Ad fragmenti locum vexatissimum lin. 79. 80.

crediderim²¹⁾). Harum autem literarum vel plane deletarum vel maxime dubiarum locus lineolis in editione indicatur²²⁾). Ego quidem in hoc fragmento fere nihil nisi perspicilli ope vidi, quo tamen in aliis manuscriptis vel minutissimo charactere exaratis rarissime usus sum. In paucis illis versibus, quibus sequior manus nihil imposuit, quamlibet literam expiscatus sum. In iis autem, qui textum habent superscriptum, non nego, multa nondum eruta esse; sed pleraque harum literarum eiusmodi sunt, ut nulla unquam oculorum acies eas detegere possit. Ubi enim ne minimum quidem literae vestigium adest: qui, quaeso, fieri potest, ut ibi litera conspicua sit? Iam quatuordecim dies in legendo hoc fragmento ita consumseram, ut a mane diei ad vesperam vix e manibus dimitterem, quum ecce afferuntur literae, quae ut redditum meum maturarem, monuerunt. In eo tum occupatus eram, ut sextam columnam totius fragmenti quanquam lectu difficillimam restituerem. Sed quum iam aliquot dies huic labori frustra impenderam: destiti, etsi in postremis versibus, quos lineolis in editione notavi, hic illic quasdam literas adspicerem²³⁾). Hic igitur velim vires suas experiantur, qui post me insigne hoc fragmentum ad manus suiment. Adiungant meis studiis sua, versusque, in quibus ego nihil viderim, legant, et nonnullis vocabulis aut literis, quae passim apud me desiderantur, lucem reddant necessariam. Nec enim putem opus esse, ea, quae protuli, iterum recensere et corrigerem²⁴⁾). Illud enim in primis operam dedi, ut ne aliae

21) De medicamentis, a Brunsio et Cancellerio frustra exceptatis, quorum ope nunc evanidae codicum palimpsestorum scripturae lux et splendor reconciliari solet, vid. Niebuhrium p. 10. sq. et Peyronum in Praefat. ad Ciceronis fragmenta p. 3. sq.

22) Hauc rationem nos quoque in hac nova fragmenti Livanii editione secuti sumus.

23) Vid. notas ad fragmenti lin. 167. Quae inde ab hoc versu usque ad 180. leguntur, egregio Niebuhrii in Brunsii locum succendentis studio ex codice eruta et, si qua excusculpi non possent, probabiliter suppleta sunt.

24) Verumtamen ea quoque, quae Brunsio et Iuvenatio explorata viderentur, passim correxit Niebuhrius, qui p.

a me ponerentur literae, ac vere in manuscripto essent. Deinde ut apographum, quantum fieri posset, fragmentum vel in ipsis minutis accurate repraesentaret. Quapropter cunctum paginarum, columnarum et versuum ordinem in editione religiose servavi; qui in manuscripto est; singulas voces literasque haud maiore spatio distinxii, quam in manuscripto separatae sunt. Quod quum ea de causa feci, ut fidi editoris officio, quantum in me sit, sat&facerem, tum ut adolescentes quasi oculis cernerent, quid sibi Cornelius cum historiis multis millibus versuum conscriptis velit, dum in vita Epaminondae cap. 4. ait: *Plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est; quoniam uno hoc volumine vitas excellentium virorum complurium concludere constituimus, quorum separatim multis millibus versuum complures scriptores ante nos explicarunt.* Quum autem plerique lectores characteri unciali, neglectisque vocum interpunctionibus parvum adsueti sint: fragmentum iterum descripsi, minore charactere, atque distinctum; tandem argumentum eius praefixi. Iam illustrandum idem esset annotationibus ex aliis auctoribus Graecis Latinisve, inscriptionibus ceterisque monumentis petitis. Sed huic rei in hac meorum itinerum varietate mentein adiicere nequeo. Romae, ubi fragmentum invenieram, etiam emittendum esse primo duxi: sed quum milii per literas significares, Praestantissime Kennicott, Te maxime in votis habere, ut relicta Roma ad alia procederem loca, ne maior operi Tuò mora iniiceretur: abieco, quod ceperam, consilio, edere istud mens erat, quando mihi apud Te Oxonii paullulum otii foret. Sed rumores illi, qui nescio quo auctore de T. Livii libro XCI. a me invento: nunc circumferuntur, fecerunt, ut ne amplius

27. *Ea est enim, inquit, huius investigationis indeles, ubi cunque scriptura oblitterata est, ut vix ab uno perfici possit: alias postea, deinde alias plura quam primus editor feliciter divinando assequatur, atque a conjecturis progressus etiam oculis agnoscat; atque haec profecto unica ad omnia paulatim in huiusmodi codicibus exculpenda viu est.* Cf. etiam Peyroni Praefat. ad Ciceronis fragmenta p. 7. sq.

editionem differrem, sed in prima, qua aliquot dies morarer, urbe typis committerem. Itaque habes hic, Doctissime Kennicott, atque una totus orbis eruditus fragmentum illud, quale summa cura et diligentia Romae descripsi, nudum quidem, et sua tantum dignitate sese commendans, nullis adnotacionibus explicatum, tribus illis exceptis, quae sese mihi ultro offerebant²⁵⁾). Sed nec commentario diutius carebit, si eruditi id operam navant, ut quum ex auctoribus, qui de bello Sertoriano egere, Velleio, Floro, Sallustio, Plutarcho, Orosio, lucem affundant huic fragmento, tum inde petitam auctoribus illis reddant. Multae praeterea Grammaticorum observationes de recta vocabula Latina scribendi ratione hinc, si certae sunt, confirmabuntur, si dubiae atque incertae, desinientur. At geographicus huius fragmenti usus fortasse maximus. Varii enim in eo, ni fallor, adducuntur Celtiberiae populi, oppida, nulli alii auctori commemorata. Atque hic forte utiliter conserri possent Geographi Hispanici, in primis Henricus Floresius. Sed totum hunc locum aliis exornandum relinquo.

Me autem quod attinet, etiam si gloriari possem, nobilissimam totius orbis civitatem fragmentum scriptoris historiarum suarum praestantissimi ignoraturam fuisse, nisi ab homine Lubecensi, sive, ut accuratius dicam, Pretensi didicisset; de eo tamen non magis mihi gaudeo, quam

25) Duas tantum Brunsii adnotaciones inserni notis ad lin. 79. 80. et 126. omisi tertiam, in qua ad lin. 198. 199. Calaguritanos Sertorii partes secutos esse, demonstratulus titulum Barcinone, ut ait, inventum protulit ex codice Marcanovae, qui Venetiis in bibliotheca Corneliana adseratur, ita inscriptus: *Res priscae variaque antiquitatis monumenta undique ex omni orbe conjecta.* Sed de hac inscriptione, quam recentem et adulterinam esse, Broterius quoque in fine notarum ad Livii fragmentum indicavit, Saxius in Onomast. Literar. Part. I. p. 568. Brunsium carpens: *Nolle*, inquit, *vir eruditissimus Barcino-nensem titulum, iam olim ex Apiani Inscriptiōnibus p. 5. et Jac. Stradue Inscriptiōnibus urbium Hispanicarum p. 177. n. 5. notum, ab Ant. vero Augustino dudum fraudis postulatum, Dialog. XI. de Nummis p. 163. ed. Schotti, et Guitero in Spuriis p. 3. n. 1. relatū denuo recoxisset.*

quod novo nomine magnum Tuum opus, Eruditissime Kennicotti, totamque quam in eo edendo inieris rationem, doctis viris commendaverim. Quod enim multis exemplis declarasti, probastique, et infinitis aliis mox in praeclaro Tuo opere demonstratum ibis; in pluteis bibliothecarum passim monumenta luce publica dignissima delitescere, id novo atque insigui quodam nunc a me illustratum est. Et quum abs Te Tuis impensis Romanum missus fuerim, quum abs Te in mandatis habuerim, Latinos codices inspiciendi, quum mihi de invento hoc fragmento gratulatus sis, quum, ut ederetur, admonueris: meas, si quae sunt, laudes ad Te lubentissime transfero, gratiasque, si quae agendae sunt, Tibi deberi confiteor. Alterum autem, quod inde commodi consequi potes, hoc est, quod magis lente atque circumspete nonnulli Tuorum obtrectatorum de codicibus a se inspectis iudicare ac pronuntiare discant. Quos enim illi pauperes atque ieunios esse sibi persuaserunt, non vereor, ne, si quando ab hominibus in hoc studii genere et literarum haud vulgariter versatis examinarentur, multis frugi lectiōnibus referti non deprehenderentur. In qua quidem re de Blanchinio velim coniecturam faciant. Hic enim vir *κριτικώταρος* subacto iudicio, magna diligentia, multarumque rerum cognitione, si tantum fragmentum silentio præterire potuit: quot, Dii immortales, peccata illos admisuros esse dicemus, qui criticarum rerum plane rudes, oscitanter et minus curiose codices evolvunt, et suum deinde iudicium eruditis obtrudunt. Sed essedo rapto ad Te adest. Vale meque, ut facis, ama. Hamburgo prid. Kal. Mart. CIOIOCCLXXIII.

P R A E F A T I O FRANCISCI CANCELLERII

I N

T. LIVII LIB. XCI. FRAGMENTUM.

Quae res mihi, reque publicæ literariae universae, bene prospereque eveniat, T. Livii Historiarum fragmentum ἀνέδοτον, haud ita pridem in bibliotheca Vaticana reper-
tum, atque a CC. VV. Vito M. Iuvenatio, Paullo Iacobo
Brunsio descriptum cum cura ac fide edo. Nec vero valde
laborandum in eo esse mihi video, ut lectoribus, ad pri-
mum huiuscemodi rei nuncium de suco, ut fieri solet, su-
spicantibus, pro virili occurram, omnemque apud eos a
me fraudis suspicionem amoliar. Non enim dubito, quin
plerique eorum, qui has paginas in manus sument, libelli
inscriptio, atque adeo rei ipsius insolentia ac novitate
permoti, continuo ii non ad haec quidem mea, sed ad i-
psius Livii, quod promitti sibi videbunt, ἀποσπασμάτιον
recta advolaturi sint, acriterque pro se quisque animum
intenturi. Quod si facient, statim post duo, tresve frag-
menti versus a se lectos, facile auguratur mihi animus, su-
spicionem eos omnem ultro ex animis deposituros. Nam
quod de Phidiae signo dici vulgo consuevit, simul adspe-
ctum ac probatum fuisse; vel potius, quod Livius ipse
initio libri XXI. narrat de adolescente Hannibale, quum
is Carthagine in Hispaniam ad patris exercitum traiecit,
eum primo statim adventu omnem exercitum in se con-
vertisse: Hamilcarem viventem²⁶⁾ redditum sibi veteres

²⁶⁾ Hoc Liv. XXI, 5. legebatur ante Drakenborchium, qui iuvenem, Gronovio iubente, in contextum recepit.

milites credere; eundem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri; id ipsum omnino huic fragmento eventurum consido, ac ne unum quidem (modo ne is in Livii lectione omnino hospes ac peregrinus sit) futurum, qui illud semel visum non statim probet, probatum autem non legitimum florentissimi Romanarum historia rum scriptoris foetum agnoscat. Quocirca quum satis hac quidem parte per sese res ipsa locutura sit, operaे pretium me facturam puto, si hac cura supersedens, missisque longioribus exordiorum ambagibus, continuo ad historiam reperti fragmenti persequendam a greediar; tum quid in eo describendo curae ac laboris a clarissimis viris impensum fuerit, quid in edendo a me praestitum, ut quam ornallissimum, et quam accuratissime expressum, quantum quidem in me fuit, in manus doctorum virorum venire posset, denique si qua alia huius generis a curiosis lectoribus exspectari solent, paucis expediām.

I.

Reperti Liviani Fragmenti Historia.

Versabatur Romae ante hos non multos menses vir doctissimus, Paullus Iacobus Brunsius, Lubecensis, ut Hebraicos veteris Instrumenti codices conferret in editionem, quae modo apud Anglos C. V. Benianini Kennicotti opera adornatur; cuius rei gratia quum alias Romanas bibliothecas frequentare, tum Vaticanam in primis, amplissimum illud atque augustissimum Musarum domicilium, solebat. Ibi quum hoc illudve volumen pro tempore acre consulendum sibi ac conferendum susciperet, incidit forte in codicem membranaceum Palatinum num. 24. quem non insimae notae esse, ex C. V. Iosephi Blanchinii, qui et specimen characterum eius codicis in aes incisum exhibit, Vindiciis didicerat. Complectitur autem is codex historias Tobiae, Iudithae, Iobi atque Estheris ab Hieronymo conversas. Itaque dum illum librum pervolvit, animadvertisit, ex eorum numero esse, quos vulgo eruditii *rescriptos* appellant, de quibus, si cui

id genus librorum ignotum est, videri possunt Clarissimi Montfauconius in sua *Palaeographia*, Knittelius ad *Fragmenta Ulpiae*, Auctores novi operis diplomatici, aliqui, quos laudat elegantis vir ingenii Ioannes Augustus Ernestius in *Archaeologia literaria* p. 39. ²⁷⁾). Quare dum, quid in recessu rei lateret, quidque scriptum in eo antiquitus fuerit, serutari pro virili admittitur, titulum offendit multo, quam reliqui, maioribus characteribus expressum in hunc modum: **INCIPIT PRO ROSCIO** ²⁸⁾). Pergit porro vir strenuus, atque unum alterumque verbum, quod exsculpi facilis potuit, cum initio orationis pro Sexto Roscio Amerino quum contulisset, deesse ea animadvertisit in excusis Ciceronis libris. Quare certo sibi persuasit, initium orationis in manuscripto esse non pro Sexto, sed pro Quinto, quod haetenus desiderabatur. Itaque rei novitate percussus ad virum ingenio et doctrina praestantissimum, quemque frustra pro meritis laudare sperem, Vitum M. Juvenatum, quo familiarissime utebatur, recta advolat, rem, ut acciderit, narrat, atque, insequenti die ut una in bibliothecam convenient ad rem propius explorandam, ab eo contendit. Quid multa? In bibliothecam venitur, codicem poscunt, inspicunt, ac quod orationis pro Quinto initium putaverant, inveniunt pro Sexto. Erroris autem causa ea existit, quod quae Brunsius duo iam ante verba in membranis legerat, ea in altera periodo orationis pro Amerino hoc Roscio scripta reperiebantur, ut frustra quaesiverit in prima. Illa autem **INCIPIT PRO ROSCIO** non, ut solet, principem locum scripturae obtinebant, sed ad libri oram, atque adeo ad sinistrum legentis latus, pluribusque distincta versibus scripta erant: ut non mirum fuerit, si

²⁷⁾ Praeter hos Brunsius in suo editionis Hamburgensis exemplo conferri iussit Leonis Allatii Aminiadv. in *Antiquit. Etruscar. fragmenta* p. 102. sqq. Adde, quae nostra aetate Maius, Niebuhrius et Peyronius in libris a se editis de codicibus rescriptis sive palimpsestis disseruerunt et tabulis aeri incisis legentium oculis subieccerunt.

²⁸⁾ Vid. supra not. 7. ubi hunc titulum a Niebuhrio accuratius editum esse diximus.

ipsis e regione non prioris, sed sequentis periodi initium responderet^{29).}

Quum hoc loco res esset, quumque elapsam sibi de manibus praeclararam spem intelligerent, parum absuit, quin librum abiicerent, quodque reliquum antemeridiani illius diei erat, in alia omnia impenderent. Ac fecissent profecto, feceratque iam Brunsius, qui sese, eo deposito, iam ad Hebraicos suos codices retulerat. Sed Juvenatius, qui nunquam antea librum viderat, hactenusque in explorando Ciceronis, de quo dixi, pro Roscio orationis loco totus fuerat, antequam inde discederent, obiter eum sibi (ut fieri nimirum solet, quum primum in librum nunquam antea a nobis visum incidimus) pervolutandum suscepit. Nec longe abiit, quum in Livianas has schedas incurrit. Sistit hic enimvero parumper admiratus literarum nitorem, conformatiōnē elegantiamque, quales nusquam, nec in Bembi Terentio, nec in Virgilii exemplaribus, Vaticano aut Mediceo, nec in ceteris, quorum scripturae specimina in aes impressa circumferuntur, observare meminerat. Non difficulter etiam pauca verba ex tribus versibus, qui in margine exstant, quibusque nihil suprascriptum est, legit; quo facto parem, vel longe profecto, id quod successus postea docuit, maiorem gratiam Brunsio suo relaturus ad eum accurrens, Hem, quid hactenus, inquit, *Italianam sequimur fugientem?* Imo, pergit, *Huc geminas nunc flecte acies, quantique pretii prae reliquis omnibus hae unae membranae sint, quantam elegantiam, quantam vetustatem prae se ferant, animadverte.* Itaque hoc potius aganis censeo, ut quid ipsae secum ferant, penitus dispiciamus, nec ante de manibus deponamus, quam totas, quantaecunque eae sunt, percurrerimus. Omnino enim, sive in vulgus nota atque edita continent, magnum operae pretium fecerimus, si scripta cum editis conferantur, sive hactenus ignorata ineditaque, longe profecto maius. Haec ille. Brunsius autem, qui unus cry-

29) Niebuhrius p. 82. *Initio, inquit, spatium relictum fuit, quo primi versus usque ad verba nobilissimi sedeant, minio scriberentur; id quod tamen neglectum fuit.*

stallinas lentes secum in eum usum attulerat, aciem in tituli vestigia intendens, ac veluti per transennam, si ita loqui fas est, suprascriptarum literarum semel iterumque prospiciens, diserte tandem legit TITI LIVI LIB. XCI³⁰). Ita praeclarum lacteae eloquentiae scriptoris fragmentum, quod tot aetatum et saeculorum intervallo in bibliothecarum angulis neglectum et inhonorum delituerat, in lucem et in adspectum prodiit³¹).

II.

Quid in eo describendo curae a CC. VV. impensum sit.

Nunc, quantum operae positum sit a clarissimis viris, ut illud eruerent, nemo aestimare vere poterit, qui manuscriptum ipsum non viderit. Huius enim manuscripti adeo vetustate corruptae, adeo obsoletae fugientesque litterae sunt, ut qui ex ipso novae scripturae margine tres versus exstant, ii magnam quidem partem non sine difficultate legi possint, ceteri autem non solum propter vetustatem, verum etiam propter recentiorem, qua de locuti sumus, scripturam vix, ac ne vix quidem, dignoscantur. His igitur difficultatibus quum ferme obruerentur, haud multum itineris certe confecissent, planeque ab incepto destitissent, nisi alter alteri praesto fuisse, animosque ad opus urgendum persiciendumque addidisset. Ac profecto, si quod res est, dicere volumus, non minimum momentum, ut Livii ipsius verbis utar, ad hoc ζειμήλιον ex situ et tenebris vindicandum fuit, quod in duorum hominum, alterius Germani, alterius Itali manus inciderit, quorum uterque, quam laudem sibi utriusque natio veluti propriam ac peculiarem vindicat, in ea maximum in modum praestabat, patientia et laboris perpessione German-

³⁰) Accuratus hunc titulum exhibuit Brunsius supra in Epist. ad. Kennicott. p. 333. ubi vid. not. 14.

³¹) Vid. supra not. 4. ubi cupiditatis et nimii in Iuvenationum studij suspicionem huic narrationi fidem et auctoritatem derogare docuimus.

nus, iudicio atque intelligendi sollertia Italus³²). Nam singula non dico verba, sed literarum vestigia rimari, atque ita rimari, ut modo plura, modo pauciora esse tecum statuas, nunc unius, nunc alterius elementi signa putes, nunc recto ordine, ut nos Latini solemus, nunc, ut ipsi per iocum dictitabant, ἐβραϊστὶ ad literas adnumerandas, earumque potestates adsequendas versus percurrere, quanti, quaeso, laboris ac patientiae fuit? Contra vero literas ipsas, postquam eas exceperis, alteram ex altera dignoscere, tum in suas quanque syllabas cogere, syllabas verbis, verba versibus, versus sententiae reddere, quanti acuminis ac perspicaciae? Ac quod sane dicturus sum, vix affirmanti alii crederem, nisi ipsem vidisse, eiusque rei oculatus, ut est in proverbio, saepe testis fuisset. Ostendit enim, idque pluries, integras mihi chartas Iuvenatius, partim sua, partim Brunsii manu notatas his illisque literis, quae nullam plane certam sententiam, sed nē vocem quidem redderent, aliis super alias additis, deletis, commutatis; quae quidem chartae, quum totum pāene fragmentum mandari ipsis potuisset, tamen vix unalterique, raro pluribus versiculis eliciendis atque erundis usui fuerant³³).

Sed quid pluribus rem persequor? Sane ne sic quidem proficere se valde intelligebant, sed aut diutius, quam utriusque tempora patiebantur, in opus sibi esse incumbendum, aut omnino de eius absolutione et perfectione desperandum. Dum enim centies eodem redirent, ac Sisyphi exemplo, iterum iterumque idem saxum versarent,

32) Hic locus viro docto in Ephemerid. literar. Gottingens. a. 1774. Vol. I. No. 2. p. 12. sq. bilem commovit: nec iniuria.

33) Primam huius fragmenti investigationem rem magni et ardui laboris fuisse, cur negem, non reperio. Sed hanc ipsam rei difficultatem a Cancellerio in maius auctam esse, testantur schedae, quibus Brunsius, priusquam apographum absolveret, fragmenti particulas ex codice petitas inscripsit. Haruni enim paginae singulae binarum plerumque columnarum versus denos adeoque vicenos, et quod excurrit, non sine lituris et lacunis adumbratos continent.

dum alternis membranas inspicerent, alternis legerent, alternis lecta exciperent, dum, ut in re praeterea taedii, laboris, ac difficultatis plenissima, animum subinde ab opere averterent, atque ultro huc illuc aberrarent, mirum quantum temporis effluebat. Quam ob rem hoc tandem inter se consilium inierunt, ut quandoquidem Iuvenatio non ita frequenter ad bibliothecam accedere per occupationes suas licebat, nec Brunsio per suas diutius membranis immorari, hic quidem describendarum uteunque schedarum partes in se susciperet, alter descriptarum in suam integratatem et lectionis veritatem restituendarum. Ita et Brunsius quum liberiore magisque soluto animo, quod reliquum erat fragmenti, legeret, et alter ad matutini temporis, quo solo biblioteca patet, pomeridiani ac vespertini operam adiungeret, celerius ac commodius ipsum totum fragmentum legi, emendari, dubiis locis recognosci, ac praeclare positi a strenuis viris labores speratum exitum nancisci potuerunt^{34).}

Haec paullo fortasse, quam opus erat, fusius censui perseverenda, ut si qua ex huius fragmenti lectione utilitas, si qua voluptas in doctorum virorum rempublicam redundabit, quam non levem utramque futuram auguror, in ea quantum viris clarissimis debeant, iuxta mecum omnes intelligent.

III.

Quid in edendo Fragmento praestitum sit.

Verum dum haec inter eos agerentur, ac totum paene fragmentum (quantum quidem legi potuit: cetera enim omnino oblitterata sunt, planeque de eorum lectione conclusum videtur) descriptum esset, ecce tibi ex improviso coactus est Brunsius Roma discedere ad reliquas, quae in

34) Cancellorio, quum haec de inita a Brunsio et Iuvenatio consiliorum et laborum societate Romae scribebat, non praesagiebat animus, Brunsium Livii fragmentum aliquanto integrin Hamburgi editurum atque illa omnia rem multo magis quam verbis confutaturum esse. Vid. supra not. 4. et 31. atque Niebuhr. p. 87.

Italia sunt, bibliotecas perlustrandas. Quae res efficit, ut edendi consilium, quod inierant, aut deponerent, aut in aliud tempus different. Ac quid Brunius facturus sit, quoniam is longe gentium iam abest, prorsus ignoro; ad Iuvenatum quidem certe quod attinet, sive aliis rebus dissentus, sive ut solet in his studiis, ex vetere illo, ut quidem videtur, Pythagorae scito apud Ciceronem, honestam quandam et ingenuo homine dignam voluptatem consecrari, praeterea nihil, de edendo quidem nihil modo cogitabat. Qua in re, fateor, nullo pacto iudicium meum ad suum accommodabam, auctorque contra vehementer ipsi eram, ut ne diutius, quam ipse hoc κειμηλίω reperto perceperat voluptatem, eam literatis ceteris vulgando invideret; quid autem, addebam, an Hercules ipse esset, quarta, ut in Graeco proverbio est, luna natus, cui alias in omni vita laborandum esset, sibi nunquam? Quid plura? Enimvero tamdiu obtundere, fatigare, urgere hominem non destiti, quoad denique pervici. Itaque non multis his ante diebus schedas omnes suas e scriniis eductas mihi in manus tradidit, arbitriumque earum omne permisit: statuerem de iis modo, quod luberet: continerem domi, vel cum amicis communicarem; premerem apud me, vel in vulgus emitterem; ad se quidem quod atinebat, quidquid iis facturus essem, boni consulturum.

Haec vir clarissimus et amicissimus; cuius ego tam praeter exspectationem maximo ac singulari munere auctus, quanta laetitia affectus sim, quantoque opere gestierim, si oratione adsequi me posse confidam, frustra sim. Quocirca nihil cunctandum ratns, primo quidem ipsum apographum mea manu iterum descripsi ordine, quo Iuvenatius legendum esse, ad eius marginem adnotaverat: non enim, ut hoc obiter moneam, quo primum fragmentum exceperunt, eo nunc editur³⁵⁾: deinde exprimendum illud

35) Ex his manifesto apparet, non perfectum fragmenti apographum in Iuvenatii manibus fuisse atque Cancellerium hanc ipsam ob causam in digerendis fragmenti partibus

formis typographicis, quanta maxima cura ac diligentia potui³⁶⁾, parique celeritate curavi. Qui enim doctorum virorum reipublicae, eo accepto, in aere esse coepi, sic mecum statui, nolle diutius, quam res pateretur, tanquam malum nomen, tale tantumque ipsis gaudium debere. Accessit ad haec, quod in Iuvenatii apographo multa animadvertisse, quae illustrando, aut emendando Livii fragmento usui erant, quaeque ipse hic illic passim in margine adnotaverat; sed ea tam breviter chartis consignata erant, ut legenti statim in mentem venerit illius Gellii, qui de Nigidii Figuli hominis doctissimi commentariis quibusdam grammaticis loquens, ita scribit lib. XVII. cap. 7. *anguste perquam et obscure disserit; ut signa rerum ponere videas, ad subsidium magis memoriae suae, quam ad legentium disciplinam.* Ac videbam sane, plurimum lucis atque etiam pretii editioni, quam parabam, accessurum, si illae adnotationes simul publici iuris fierent; necessarias etiam eas plane esse, quum ad schedarum et scripturae praesentem statum cognoscendum, tum etiam ad Livii textum inoffenso, ut ita dicam, pede percurrendum et intelligendum. Quapropter non contentus priore amicissimi hominis liberalitate, eundem pro amicitia rogavi, ut ne gravaretur, iis adnotationibus aliquantulum maioris lucis affundere, easque paulo amplius dilatare, quo non sibi solum, sed aliis praeterea usui esse possent; quod ille non aegrè quoque petenti concessit. Ac de harum adnotationum praestantia nihil addam, ne videar, quod omnino non debeo, doctorum virorum iudicia velle praeverttere.

Ad haec rem non plane iniucundam studiosis, qui in Romanis, seu maioribus id genus characteribus legendis non ita sunt exercitati, me facturum putavi, si idem fragmen-

aliquoties peccasse. Vid. notas ad fragmenti lin. 72—74. et 102. 103.

36) Hoc verbum, quod, si Cancellerius *quam pro quanta posuisset*, et addi posset et omitti, Ernestius in editione Lipsiensi recte adiecit. Cf. Ruddimanni Institut. Gramm. Lat. Part. II. p. 307. coll. Oudendorp. ad Caes. B. G. I, 7, 2.

tum literarum et interpunctionum notis, qualibus nunc vulgo utimur, expressum ac distinctum, ipsis legendum proponerem, eadem tamen ubique scribendi ratione, iisdem nac-
vis relentis, ut et maiori cum animi voluptate, nullis in-
ter legendum offensi salebris, ipsum percurrere, et statuere
liberius de eius aetate, germanaque quorundam locorum
lectione possint. Quae me pariter causa impulit, ut spe-
cimen characterum utriusque membranae (duae enim o-
mnino sunt, quae Livianum fragmentum continent, quarum
singulae dimidia sui parte integrum novi operis paginam
efficiunt) exhibendum curarem. Quanquam fatendum est,
haec ipsa specimina non ita expressa fuisse, ut satisfacere
omnibus, qui membranas inspicerint, plane possint: mihi
certe non plane satisfaciunt. In quo tamen non tam scal-
ptoris negligentia accusanda esse videtur, quam temporis
iniuria agnoscenda, quae autographi scripturam paene le-
gentium adspectibus eripuit ³⁷⁾).

IV.

Fragmenti praestantia et utilitas.

Restat modo, ut aliquid de fragmenti praestantia at-
que utilitate attlexamus; in quo quaecunque dici longa at-
que exaggerata oratione a me possent, huc denique recide-
rent, illud et T. Livii esse, et de Q. Sertorio loqui. Quae
duae res si quem prima veluti fronte non afficiant, si cui
non splendore et merito suo oculos praestringant, non vi-
deo, qui movere hunc non dico mea, quae nulla est, sed
disertissimi atque eloquentissimi cuiusque oratio possit.
Atque ut Livium, de quo praestat omnino nihil, quam
pauca loqui, mittamus, ecce, queso, ignotum est, quam
magnus vir Sertorius fuerit? quam magnum eius in Roma-

37) Postea quidem haec characterum specimina ab alio
sculptore multo quam antea diligentius ad autographi si-
militudinem expressa esse, Cancellerius refert in Epilog.
p. 80. ed. Lips. Sed haec quoque a codicis palimpsesti
scriptura aliquantum distare, Iuvenatius in scholiorum
additamento aperte atque ingenue confitetur. Vid. supra
not. 12.

na historia nomen? quam magna de eius virtute et bellandi scientia opinio? Atqui de tali tantoque viro quum multa iam ab initio *primo per ignobilitatem, deinde per invidiam, scriptorum celata sunt*, ut scribit Sallustius, tum in postumam eius famam videtur voluisse etiani grassari fortuna; quum, quae de eo, ut alios praeteream, immortalitate dignis literarum suarum monumentis Sallustius et Livius mandaverant, ea de medio prorsus sustulerit. Quanti igitur hoc ἀποσπασμάτιον faciendum sit, in quo tam ceteroqui pusillo, tamen tam multa de homine illo explicantur, nullius adhuc qui exstet, quemque equidem viderim, scriptione cognita?

Atque haec quidem res, vel si una esset, nichercule quanta esset? Sed alia insuper accedunt nihilo levioris momenti: nonnulla videlicet nomina eorum, qui Sertorii partes secuti sunt, quae huius nunc fragmenti ope in lucem prodeunt, aliquot etiam oppidorum ac populorum. Adde antiquam scribendi consuetudinem, tum illam, quae singularis verbis ex more, aut scito scribendis, aut interpungendis continetur, et ὁρθογραφίαν vocamus, tum hanc alteram, multo latioribus comprehensam limitibus, quae totam scriptionem, eiusque contextum, continuationem, dispositum contemplatur; quo loco maioribus, quo minoribus literis uterentur; quo pacto novam paginam inchoarent, quo novum versum; quando interpungerent, quando literas inter se necterent, quando etiam dedita opera praetermitterent; ceteraque huius generis, quae quum sunt ipsa per se ad cognoscendum iucunda, tum mirabiles ad iudicandum de toto hoc genere habent utilitates; qua de re non pluribus disputabo, quum neminem futurum arbitrer, qui, modo a Musis non usque quaque alienus sit, revocare eam in dubium possit.

Sed dimittendus es aliquando, Lector benevole, quod tamen pace tua non ante faciam, quam pro patriae caritate, proque meo erga illam studio, Quirites omnes, cives meos, non quidem admonescam, aut adhorter, quod non debo et

possum, maiorem in modum obsecrem atque obtester, ut ne patientur in posterum thesauros, qui apud se delitescunt, ostendi ac patescere sibi ab exteris et inquilinis hominibus, et horum diligentiae, non suae, horum, non suis laboribus deberi praeclarorum pristinae suaे virtutis ac nobilitatis monumentorum detectionem. Gloriatus sit olim Cicero, quod Archimedis sepulcrum, Syracusis dum esset, indagaverit, quodque nobilissima Graeciae civitas sui civis unius acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. Nobis, si nostra opera nostrorum monumenta in lucem extrahantur, non tam id gloriosum erit, quam in honorum et inglorium, si delitescant. Delitescent porro, si non omnem operam adhibebimus indagandis atque investigandis. Nec est, ut casu huiuscemodi res regi, non a cuiusquam labore, diligentia, industria pendere existimeamus. Hanc opinionis pravitatem ignaviae ac desidiae nostrae nimium blandientes si praetexamus, refellet eam satis superque hoc omnium recentissimum Liviani fragmenti detecti exemplum. Quum enim ille Bibliorum liber a multis ante Blanchinium, quum ab ipso quoque Blanchinio visus fuisset, adeo isti, quid in eo thesauri lateret, non perviderunt, ut ne indicium quidem eius rei perviderint, quod nimirum liber rescriptus esset; quum a Brunsio visus itidem fuisset, hic plus ceteris vidit, et rescriptum videlicet esse, et aliquid non ita expositum continere; quum denique a Iuvenatio, hic et vidit, quod res erat, et denique reperit, non quod pueri, ut ait ille apud Plautum Strobilus, *clamitant in faba se reperisse*, sed huius ipsius, eoque non facto exemplo auro contra non carum literarium huiusmodi thesaurum. Ita si postremorum diligentiam primi, in quorum manus liber inciderat, adhibuisserent, quamdiu, oro, esset, quum hoc aureolo fragmento res publica literaria frueretur? Quocirca non ab re fecisse mihi visus sum, quum aversae tituli paginae Sophocleum illud inscribendum curavi, ubi doctissimus poeta, a venatione translati verbis, *capi*, dicit, *et inveniri*, si quid quaeratur, si vero negligatur, *fugere et latere*.

EPILOGUS FRANCISCI CANCELLERII.

Quum libelli impressio ad umbilicum fere perducta esset, multiplex tota urbe exorta ac propagata est de Liviano hoc fragmento opinionum dissensio. Erant enim, qui rem in suspicionem ementiae veritatis adducebant; erant, qui plane falsam ac commentitiam praedicabant; denique quidam quum membranas inspexissent, nihilominus in sole, ut est in proverbio, caligantes, quod suismet oculis usurpaverant, vidiisse se praefracte negabant³⁸⁾. Etsi vero istorum tumultus ac vociferationes omnes paullo cordatores risu, ut par erat, ac cachinnis exciperent; tamen, quum non deessent, qui tot hominum, tantaque conscientia profectis vocibus non mediocriter commovererentur, factum est, ut omnis haec literatorum natio studia in contraria scinderetur: quumque ille libelli editionem in vulgus, ne quid Vaticanae bibliothecae nomini officeretur, omnino impediendam acriter contendebat; hic vanis blateronibus os occludendum, nec diutius literariae reipublicae tantam voluptatem invidendam existimabat, *hi motus animorum, atque haec certamina tanta ad aures sapientissimi atque unius omnium perspicacissimi ac providentissimi Pontificis Clementis XIV. delata sunt; qui quum hac etiam dote, quae maximos semper principes coinitata est, spectandus sit, ut amore incredibili bonas artes literasque prosequatur, nihilque leve, nihil contemnendum arbitretur, quod ad earum cultum atque incrementum quoquo modo intelligi-*

38) Vid. Iuvenatii notam ad fragmenti lin. 123.

gat pertinere, tum huius praecipue reperti novitate maximum in modum percussus est. Quamobrem non solum quod ipse esset de tantae rei veritate mire sollicitus, sed etiam ut omnis, sua interposita auctoritate, vanis questionibus ansa praecideretur, viro omni laudum genere cumulatissimo, Lazaro Opitio Cardinali Pallavicinio, primario administro, demandavit, suo ut nomine iuberet, codicem, in quo T. Livii fragmentum repertum esse vulgo ferebatur, ad Petrensis Archiepiscopi, Xaverii de Zelada, aedes transferri, ibique a CC. VV. Petro Aloisio Galletto, Iosepho Aloisio Amadesio, serio diligenterque expendi, qui sese deinde de tota re certiore facerent. Haec Pontifex: cuius quidem consilio quid sapientius fieri, quid ad veritatem illustrandam accommodatus, quid etiam ad tanti Principis gloriam amplificandam conducentius, non reperio. Nam si iudicum fidem spectes, integrissimi sunt; si eruditio nem, doctissimi, editisque operibus orbi literato notissimi; si harum rerum peritiam, actatem ii quidem in hisce studiis fere omnem summa cum nominis sui laude studiosorumque utilitate traduxerunt. Quid autem de Xaverio de Zelada dicam, quem Romanae purpureae dignitate meritissime coherestatum atque insignitum, omnium ordinum, omnium nationum plausibus et comprobatione nuperrime ipsi vidimus et gavisi sumus? Quum is harum rerum scientissimus, quantum temporis a maximarum rerum curatione ipsi reliquum est, totum evolvens atque expendendis veteribus codicibus impeudat, quorum ingentem exquisitamque suppellectilem summo studio diligentiaque incredibili comparata domi habet, praeter omnigena venerandae antiquitatis monumenta, rerumque naturalium exoticarum copiam, qua mirifice instructa atque exornata tota eius *domus gymnasium est*? Qua de re nemo tam perfictae frontis reperiri potuisset (ut repertum iri nunquam puto), qui post pensiculatam a tantae integritatis ac doctrinae viris veritatis investigationem, eam revocare amplius in dubium auderet. Quantum vero in

hoc suscipiendo consilio Clementis XIV. sapientia, optimusque eius erga literas animus et patrocinium eluceat, sane patet. Quid enim, queso, Alphonsum Neapolitanum regem, qui eo erga Livium amore incensus erat, ut praeter illam omnium fama celebratam ad Patavinios legationem, sese Laurentii Vallae cum Antonio Panormita, aliisque, de germanis eius lectionibus quaestionum arbitrum et iudicem interponeret; quid, inquam, amplius facturum haec fuisse iudicabimus, si, ipso vivente, fragmentum hoc in lucem venisset? Quid Magnum Ludovicum, qui amplissimum ac plane regium, quinquaginta aureorum millia, praemium proposuit, si quis Livianaes historiae libros, iactura sane tristi atque acerba deperditos, sibi stitisset? Quid Leonem ipsum X., qui nunquam satis laudando consilio constituerat, ut in Capitolio statim diei horis superstites eius libri Romanae iuentuti legendi atque explicandi proponerentur? Evidem haud scio, an ii et maiori studio de huius fragmenti veritate certiores fieri voluissent, impendioque magis affici ob huiusmodi repertum potuissent.

Sed, ut interruptum narrationis filum resumatur, optimae iustissimaeque Pontificis voluntati continuo obtinatum est: inspectum est enim fragmentum, cumque impresso exemplari collatum; tum iudicium chartae commissum, atque utriusque censoris manu subsignatum ad Pontificem delatum. Quod ego doctorum virorum iudicium, utpote nobis atque illis maxime honorisicum, inferius attexendum omnino esse censui³⁹⁾). Praeterea quum Cardinalem amplissimum de Zelada rogassem, ut scalptori, quem peritiorem inveneram, codicis inspiciendi facultatem impertiret, meis precibus annuit incredibili benignitate. Quapropter tanti viri, quantus Zelada est, non meo quidem unius, sed omnium iudicio, humanitati ac iuvandae rei li-

39) Gallettum tamen et Amadesium, qui, editione Romana cum codice Vaticano collata, fragmentum ex libro membranaceo ad unguem descriptum omnimodis cum eo convenire testantur, negligentiae ac vanitatis arguant fragmenti editiones a Brunsio et Niebuhrio paratae.

terariae studio debemus characterum specimina, quae nunc
multo quam antea diligentius ad autographi similitudinem
sunt expressa. Quae res efficiet, ut exteri quoque homi-
nes, eorundem characterum vetustate ac pulchritudine
animadversa, non aegre in C. V. Iosephi Spalletti, Grae-
cae linguae in Vaticana bibliotheca scriptoris, hominis
quum eruditum, tum maxime acri subactoque iudicio, sen-
tentiam descendant, qui illud crystallis inclusum, ac gem-
marum aurique ornatu insigne curiosorum oculis proponen-
dum iudicavit. Ego certe illud affirmare non dubitem, Vati-
canam bibliothecam, etsi ceteris praestantissimis codicibus,
quibus abundat, careret, tamen huius unius atque unici co-
dicis causa, quemadmodum Thespiae propter Cupidinis simu-
lacrum, dignam exstituram, quae ab omni elegantiarum cul-
tore viseretur. Quod multo potiori etiam iure pronuntian-
dum esset, si reliqui fragmenti versus, qui prodigiosa ve-
tustate deleti quanlibet oculorum aciem effugiunt, medica-
menti alicuius ope, redivivi quodammodo in lucem emer-
gerent ⁴⁰). Hoc autem si sperandum ab aliquo est, a viro
certe praestantissimo, milique, quod Cl. Iuvenatio
conciliatori acceptum refero, amicitia coniunctissimo,
Antonio Minasio Dominicanu, novae papyri ex alo-
es Americanae epidermate tractae, eiusdemve plantae fi-
bris intertextae repertore, multorumque ac praeclarorum
inventorum parente exspectandum est. Qui quidem
vir dono quodam providentiae genitus videtur ad sa-
cra omniparentis Naturae penetralia per vestiganda, abditis-
simaque eius arcana in lucem atque in apertum proferen-
da. Atque haec singularis doctrinae fama ad celebriores
usque Academias pervagata non latuit acerrimum doctorum
virorum aestimatorem Clementem XIV., qui nuper eum Le-
ctorum albo in hoc Romano Lyceo ad numerari ac Botanices
cathedra cohonestari iussit. Quamobrem quis non mecum

⁴⁰) Vid. supra not. 21. ubi nostra aetate eiusmodi medica-
menta codicibus rescriptis adhibita esse diximus.

optabit, ut talis tantusque vir Liviano huic foetui magis adhuc in lucem extrahendo obstetrices manus adhibeat?

Laetandum interea est omnibus atque gestiendum, quod tam praeclarum fragmentum, tot saeculorum spatio ad hunc usque diem ignoratum, tandem Clementis XIV. principatu, qui beatam feliciorum Augusti ac Leonis temporum memoriam renovavit, in apricum fortuna protulerit, eique se tanquam ministram et sociam praebuerit ad bibliothecae Vaticanae claritatem et gloriam augendam, latiusque propagandam. Quis enim tam hospes ac peregrinus in urbe est, qui nesciat, quantum decoris atque ornamenti fere quotidie eidem addiderit, quum aliorum immortalium Pontificum, tum nunquam etiam interiturae memoriae, optimi maximique Clementis XIII. vestigiis insistens, pulcherrima papyrorum collectione iam instituta insigniter aucta, multiplici Graecorum Latinorumque numismatum atque aere cusarum imaginum copia illuc inventa, ac denique rarissimis cuiusquemodi antiquitatis monumentis, quibus eam admirandum in modum auxit ac locupletavit? Ac quasi intra bibliothecae limites maxima maximi Pontificis munificentia contineri non posset, erumpere foras voluit atque exteriores etiam parietes in numero inscriptionum numero unde unde conquisitarum exornare. Quod eruditum ornamentorum genus, quo maxima pars illius ambulacri, quo in bibliothecam ingressus patet, convestiri coepit, tacite quodammodo invitat ac manu dicit ad propius aedificium recens exstructum inspiciendum, cuius si pulchritudinem, dignitatem, maiestatem praedicare aggrediar, dies me citius, quam verba desicient. Ibi columnae, emblemata, urnae, toreumata, sarcophagi, candelabra, signa ex marmore, aut aere prope spirantia, diligentissime conquisita et munificentissime comparata, regiam Clementis XIV. munificentiam, optimarumque artium patrocinium, apud consequentes omnes aetates praedicabunt. Quae omnia quum gesta ab eo sint, quo tempore gravissimorum negotiorum mole, quam miro prorsus exemplo sustinero

solus coepit ac porro pergit, tantum non est oppressus, quid eum facturum esse non ominemur, si copta divinitus ac paene iam mirifica dexteritate atque sollertia profligata consilia ad optatum exitum tandem aliquando adducentur? Quo magis Deus O. M. enixe obsecrandus est, ut bonorum omnium votis expetita beata haec dies aliquando illucescat, ac Clementem XIV. aureae aetatis conditorem, salvum atque incolunem Christianae ac literariae reipublicae bono quam diutissime conservet. Sequitur doctissinorum censorum iudicium.

*M*andata Sanctissimi Domini Nostri Clementis XIV. feliciter regnantis, ea, qua par est, obedientia atque alacritate exsequentes, parvum bibliothecae Vaticanae codicem membranaceum Palatinum, num. 24. extra notatum, perquam diligenter et accurate scrutati sumus, ubi Tobiae, Iudithae, Iobi atque Estheris libri satis vetusto charactere descripti sunt. Cuius characteris specimen iam pridem cum orbe eruditio communicaverat Iosephus Blanchinius in *Vindiciis Canonicarum Scripturarum vulgatae editionis*, „illum, inquiens, mirifica praestare antiquitate et certam Hieronymianae versionis notam in subscriptione repraesentare.“ Quum ergo ad eiusmodi examen aggressi essemus, animadvertisimus initio hic atque illic in variis codicis paginis antiquiore subesse scripturam, partim ex industria, partim ipsa temporis vetustate paene oblitteratam, non ita tamen, ut quum inter lineas sacrorum verborum, tum in marginibus paginarum se peritorum oculis non offerat legendam, non omnem quidem, at maiorem certe partem.

Praecipue vero paginas 73. usque ad 78. perspeximus pulcherrimo primorum aerae Christianae saeculorum charactere, ac procul dubio ante saeculum quintum exaratas. Probat id ipsius scripturae forma, Romana nempe vetus, quae usque ad saeculum quintum viguit, quo tempore Gothi, Italia fere tota in eorum potestatem redacta, literis suis Romanas aliquantisper vitiarunt. Uncialium literarum forma

in codice hoc Palatino satis elegans ad antiquos lapidum characteres accedens aetatem profecto videtur sapere prae-staniissimi illius Virgilii codicis, qui Florentiae in bibliotheca Laurentiana adseruntur, quique circa Valentis ac Theodosii tempora scriptus existimatur ab Holstenio ceterisque viris eruditis. Hisce paginis praecedere titulum legimus: TITI LIVI LIB. XCI: Quamobrem, ceteris omis-sis, huius scripturae examini studio et cura omni institimus; qua quidem repetitis observationibus lecta, certo deprehen-dimus fragmentum esse historiae, seu continuationis histo-riacae de Bello Hispanico contra Sertorium. Qua de re quum amplius non dubitandum nobis videretur, processimus ad fragmenti totius collationem cum exemplari typis nuper edi-to, quod ex membranaceo ad unguem descriptum omni-modis cum eo convenire testamur, laudantes integerrimam fidem, qua in lucem datum est, quum ne apicem quidem de suo adiecisse neverimus accuratissimos viros, tum qui illud descripserunt, tum qui publici iuris fecit, ubi non licuit fugientes membranae literas discernere, aut ubi revera de-sunt verba ac sensus: quae lacunae iterata apteque distri-buta punctorum serie in edito exemplari indicantur. Et ideo eorum improbum quidem, sed utilem laborem atque in-tegritatem, neminem fore confidimus, qui meritis laudibus non prosequatur. Quod nostri examinis et collationis testimo-nium deditimus III. Nonas Apriles Anno CIJI CCLXXIII.

D. Petrus Aloysius Galletti Romanus Ordinis S. Bene-dicti Congregationis Casinensis, Abbas S. Mariae de Fonte vivo, in Bibliotheca Vaticana Linguae Latinae scriptor.

Iosephus Aloysius Amadesius Praefectus Archivo S. Ra-vennatis Ecclesiae.

A U C T A R I A

E X

B. G. NIEBUHRII

EDITIONE FRAGMENTI LIVIANI PETITA.

I.

[Pag. 18. — 22.]

Pervenimus ad fragmentum inclytum Livianum, quod plicatis membranis, in quatuor codicis paginas, 73. 75. 76. et 78. redactum fuit. De hoc plenissime disputavit Cancellarius V. C. neque nisi pauca quaedam ad accuratorem eius cognitionem utilia aliis dicenda reliquit. Manent in his reliquiis permulta summae elegantiae vestigia: literarum conformatio pulcherrima est: nitor ipse tenerarum membranarum non omnino periiit. Margo in summa pagina, quo plus membranae purae ad scribendum extaret, illaesus remansit: a ceteris partibus, ut omnia ad propositum libri modulum exaequarentur, abscissus est ita ut in primae paginae dimidio ultimi versus perirent: quae orae amplitudo, in aliis quoque vetustissimis membranis conspicua, divites librariae supellectilis ostentatores Romanos hac pulchritudinis specie aequi delectatos fuisse monstrat atque eos qui hodie in hoc genere insaniunt. Ea tamen ipsa non obstat quo minus tales fuisse nobis singamus *pelles* illas *exiguas* quibus, Martialis aevi, arctaretur *Livius ingens*: quandoquidem minutioribus literis quadratis sine gravi legentium incommodo scribi non poterat; atque, quum

ita scriberetur, quinque libri Liviani haud difficulter uno modico volumine comprehendebantur. Dicet fortasse aliquis, quid tu? num hoc innuis ad Flaviorum aetatem celebres hasce paginas pertinere? Ego vero super hac re neque affirmare quicquam neque refellere in animo habeo: quin potius quaecunque disputantur ut antiquissimarum membranarum reliquiis certa quaedam aetas assignetur, mihi quidem vana omnino atque temeraria esse videntur. Scilicet id quidem nullo negotio demonstrari potest, scripturae genus, quod hic conspicitur, si a levi discrimine discesseris quod mox indicabo, primo post Christum natum saeculo iam usitatum fuisse. Ita enim pictae sunt quae Pompeiis in parietibus leguntur tot inscriptiones: Romae quoque ludicra illa comminatio quae in Thermis Titi Imperatoris visitur: una denique inter inscriptiones sepulchri Arruntiorum, quas qui ad primorum Caesarum aevum referendas esse censem, iis facile accedo, licet marmori incisa, eandem prorsus literarum formam exhibit. Iam vero Laurentianus Virgilii codex, quem tamen sub Odoacre rege scriptum esse constat, idem scripturae genus exhibit; neque aliter scripta sunt fragmenta Virgilii Vaticanensia: quae omnia non nisi eo ab inscriptionibus Pompeianis differunt, quod A litera in his transversam lineolam habet, qua in ceteris caret. Porro autem alia est huius scripturae familia quae ab illa priore eo discrepat, quod literae B et F dimidia parte super ceteras eminent⁴¹⁾, II autem configuratione ad K proxime accedit: hoc igitur generc scripta sunt fragmenta Livii Sallustiique Romana, Ciceronis Mediolanensis: quuni tamen praeter hanc unam diversitatem Virgiliani codicis Romani et fragmenti Liviani mira prorsus sit et quasi fraterna quaedam similitudo. His adiungere possum duas inscriptiones in lapidibus, unam, quae ad Gordiani Imperatoris aetatem pertinet, alteram, quae in hortis

41) In fragmento Liviano etiam L literam interdum praeceteris eminere, Brunsius auctor est in Epist. ad Kennicott. p. 333.

Albaniorum exstat, paullo antiquorem. Haec qui pensaverit, is quidem minime sustinebit asserere, aut hoc aut illud genus scribendi antiquius esse: utrumque iisdem saeculis in usu fuisse concedat necesse est. Sed, ne quis forte opinetur illud quod in Liviano fragmento regnat maturius exolevisse, age, istud per alia monumenta prosequamur. Nota est librariorum sedulitas, qui nonnunquam, dum libros transcriberent quorum fidem subscripta emendationis testificatio commendabat, huius quidem literas ita imitabantur, ut singulos ductuum flexus apicesque redderent. Eius generis est subscriptio Persii, qui codex in tabulario basilicae Vaticanae exstat, saeculo decimo scriptus, expressus autem ex longe antiquiore, qui, subscriptione teste, sub Honorio Imperatore Barcinone in Hispania emendatus fuerat. Iam vero haec subscriptio ea omnia habet quae tribus illis libris, de quibus commemoravi, peculiaria esse videantur. Idem de subscriptionibus legum, ex codice Theodosiano in Corpus Agrimensorum insertarum, in huius Corporis codice olim Palatino, testor. Bekkerus quoque, vir eruditissimus mihique familiarissimus, mihi affirmavit, fragmenta Geometrica Veronensia, quae, sive ex integro Boetiano Euclide, sive ex Corpore Agrimensorum supersint, ante sextum saeculum scripta esse non possunt, eiusdem generis literas exhibere. Verum his omnibus enumerandis supersedere potuerim, qui insigne huius scripturae specimen ex octavo saeculo non sine quadam admiratione vidi. Scilicet servatur in monasterio Sancti Calixti, quod prope basilicam Deiparae Virginis trans Tiberim est, splendidissimus vulgatae Bibliorum versionis codex, illuc ex basilica Sancti Pauli in via Ostiensi translatus, cuius, paucis cogniti, notitiam debo amico et populari meo Carolo Friderico Baroni de Rumohr, rerum omnium quae ad picturae sculpturaeque, praeceps in Italia, antiquitates pertinent, indagatori acerrimo, atque prudentissimo arbitro. Iste codex, in quo libri ipsi sacri circa saeculi undecimi finem scripti sunt, picturas habet Carolo Magno, antequam ini-

perium adeptus est, dono oblatas, quae ornandi gratia suis
quaeque locis agglutinatae sunt. Ad singulas igitur pictu-
ras versus auro in purpura adscripti sunt: atque ab ipso
initio, post tabulam quae regis imaginem praebet, in solio
sedentis, prolixum sane carmen exstat, eadem magnificentia
scriptum, quo laudes eius celebrantur: atque in illis o-
mnibus literarum forma nihil prorsus discrepat a fragmento
Liviano. Itaque, consitus argumento quod nulla opera
convelli potest, hoc affirmo, ultra septingentos annos hanc
scripturam in usu durasse: quod quum ita sit, nisi alia
indicia accedant, quibus plerunque nos destitui credo,
quis tandem sine vanae temeritatis nota de actate schendarum,
quae hoc genere scriptae inveniuntur, quicquam confirma-
bit? Concedamus sane vix probabile videri, post vastatam
bello Gothicō Italianam, inter tot clades aerumnosae gentis,
universum Livianaē historiae opus transcriptum fuisse,
praesertim quum ex veteri copia libri emtoribus' deesse non
poterant: quod mihi quidem potissimum in causa esse vi-
detur, cur tam rari sint codices illo aevo scripti: neque hoc
urgeamus, Vindobonensem, olim Laurishamensem, co-
dicem, si quod ex scriptura argumentum peti potest, ad
illa, fortasse etiam ad seriora, tempora referendum esse
videri: attamen Symmachi certe aetate transcribi solitos
integros, atque ab eo ipso et Flaviano Nicomacho, eius amico,
emendatos fuisse codices Livianos, compertum habemus;
et sunt sane in orthographia huius fragmenti, quae animum
meum eo potius inclinent, ut iam vergente imperio scri-
plum esse suspicer. Imitatio scripturae neque mihi optimè,
et peius etiam incisori cessit: licet enim expressa sit literarum
forma, attamen calami a perita firmaque manu recti
ductuum, modo tenuissimorum modo crassiorum, elegan-
tissima et acquabilis ratio minime servata est. Itaque pa-
laeographiae studiosi ex specimine Scaurianaē, quod in
editione Mediolanensi habetur, ideni omnino literarum ge-
nus ad eum qui hic conspicitur modulum contractum si-
bi proponant.

II.

[Pag. 85. — 88.]

Fragmenti Liviani, quod, ante annos quadraginta septem repertum, in summa Europae universae tranquillitate, et eximio, quo tunc florebant literae, honore, apud omnes gentes, ab Italia usque in Britanniam, ab Hispanis ad Sueones, incredibili laetitia exceptum, et plurimorum virorum doctorum curis illustratum fuit, recensiones existant duae: Brunsii, quam Hamburgensis editio exhibet, et Iuvenatii, quam Romana Fr. Cancellarii V. C. proponit. Earum autem tanta est diversitas, de qua accuratissime, ut solet, egit Kreyssigius, vir doctissimus, ut nemo sibi persuasurus esset, celeberrimos editores hoc fragmentum coniuncto labore exscripsisse, nisi probe comptum esset, rem ita se habere. Nam Brunsius non in integroribus modo quaedam aliter exhibet ac Iuvenatins, sed in tertia sextaque columna, quae maxime obliteratae sunt, plurima habet quae ab editione Romana absunt. Quod quemadmodum evenerit, libere tradam: hoc praefatus, me nihil minus querere quam ut Manes elegantissimi eruditissimique viri laedam, cuius memoriam pari quo populares eius studio me colere, libenter prositeor.

Erat Brunsius ab omni iactantia et prava ambitione remotus; literis orientalibus, Hebraica praecipue et Syriaca lingua, apprime doctus; in Latinis Graecisque minime hospes; sed ita ut in hac parte Iuvenatio longe concederet, atque id sine ulla invidia agnosceret. Itaque simulac de reperto constitisset, summa alacritate et indefessa diligentia in investigandis et exprimendis literarum vestigiis versabatur: in continua divinatione, sine qua nihil effici poterat, ab ingenio felici et elegante Iuvenatii se adiuvari, quoties ille adesset, gaudebat: denique nihil minus cogitabat quam ut illius laudes celaret, sibique, quanquam in labore suae longe gravissimae essent partes, plus quam sibi deberetur tribueret. Igitur obtiniebat inter eos erudita fa-

miliaritas, quae plurimum ad communes prosectus valet: atque equidem persuasum habeo, Brunsium plurimis in locis vix unquam agnitorum fuisse vocabula, quae familiaris historiae et sermonis cognitio socio demonstrabat. Verum utilissima haec eorum concordia infirmata fuit pravo querundam Iuvenatii sautorum studio, qui honorem omnem, qui illis temporibus in huiusmodi rebus magnus percipiebatur, ad illum unum trahebant: Brunsium impigrum quidem hominem esse ferebant, sed qui neque ingenio neque doctrina labori par sit. Quod quum ad huius aures accidisset, is moleste tulit se contemni: simul autem sibi animadvertere visus est hosce sermones alteri non usquequa displicere. Itaque non conquestus quidem cum illo est, sed laboris societatem tacitus dissolvit: Iuvenatio apographum, summa fide factum, tradidit, in quo omnia expressa erant, quae usque ad illum diem investigaverant⁴²⁾: capto autem initio a duabus ultimis columnis, quae facile leguntur, ad difficiliora sensim progressi, ceteras quidem fere absolverant; tertiae illo tempore non ita multum, sextae paene nihil lectum erat. Igitur de reliquis se desperare pronuntiavit, neque sibi otium esse progrediendi, quippe cui brevi tempore ab urbe proficiscendum esset: Invenatum, ut opus sibi persiceret, hortatus est. Interim, dilato forte abitu, perfectisque Kennicottianis negotiis, amore rei ductus, et simul fortasse ut esset quo palam faceret se honestiores quam, quas sibi tribui audiverat, operarii partes sustinuisse, reddiit ad opus, non pauca addidit, quaedam emendavit; deinde in patriam redux, ex hac emendatiore recensione fragmentum evulgavit; auditio, Romae id editum esse⁴³⁾. Iuvenatius autem, cuius industria eruditionem et ingenii ele-

⁴²⁾ Haec confirmantur iis, quae supra not. 4. ex Brunsii literis ad me datis excerpti. Sed Iuvenatius ne inchoatum quidem illud fragmenti apographum ea, qua par erat, diligentia in suos usus convertisse videtur. Cf. Cancelierii Praefat. p. 10. ed. Lips.

⁴³⁾ Vid. quae, ut editionem Hamburgensem Romana et perfectione et tempore priorem esse docerem, contra monui in Elench. edd. fragm. Liviani p. 67.

gantiam non aequabat, taedii plenum opus non aggressus est; ex eruditionis copia commentarium concinnare contentus: atque hinc illa exorta est inter utramque editionem discrepantia, per multas, quae secutae sunt, propagata.

Ego vero qui, quum codicem evolvereim, haec ignorabam, et cui nunquam in mentem venerat de Romanae editionis integritate dubitare, quae per repetitionem Ernestianam in Germania admodum vulgata est, tanto impensius in expediendis illis partibus elaboravi, quas Juvenatius pro conclamatis dereliquit: neque id sine fructu. Nam, si ab iis discresseris, quae resecta sunt, praeter tres quatuor versus ad integratem luculentri monumenti iam nihil deest: etiam in iis quae integrius edita erant, aliquot locis quae adderem, aliis quae corrigerem, inveni.

Duae columnae quae magna accessione locupletatae sunt, quadratis literis hic exhibentur: ut emendatas lectiones et minuscula additamenta commodius subiicerem, integrum fragmentum, more consueto expressum et distinctum, proposui: in quo id quoque mihi sumsi, ut illorum loco quae aut perierunt aut legi omnino nequeunt, supplementa dareim. Adnotaciones cumulare post insignium virorum labores molestum esset, neque propter alias occupationes satis otii est ad disputandum de re observatu sane digna, quam viri in his disciplinis sapientissimi mihi parum atten-disse videntur. Quicunque Livium non perfuntorie legit, non insitiabitur notabilem esse diversitatem narrationis et dicendi generis, inter primam tertiamque decadem: diversas utrique laudes peculiares esse: in alio deinde genere has ambas a sequentibus libris multum differre, in quibus Polybius plerumque ante oculos habuit Livius. Longe autem adhuc maior diversitas inter illos omnes atque hoc fragmentum intercedit, in quo res gestae tractantur, quarum notitiam Sallustius et Licinius Macer suppeditabant: atque, ut multo uberior narratio est, sic negligens, repetitionibus onusta, (quale illud est quod bis dicitur de mandatis Perpernae datis,) atque in commiscendis iis quae

literis ad legatos datis continebantur, quaeque a Sertorio secum agitarentur, inconcinna et mirifice perturbata⁴⁴⁾: ut, nisi compertum esset hacc esse Liviana, de auctore dubitandum foret. Quae res propterea minime negligenda est, quoniam inde imaginem posteriorum librorum, qui perierunt, fingere licet: scilicet, prudentia prioribus praestitisse, longe minore quam illos arte et eloquentia conscriptos fuisse, ac potius proxime ad id genus accessisse quo recentiores in narrandis rebus sua aetate gestis utuntur. Itaque in eos praecipue cadere macrologiae vituperationem arbitror, qua Charisius et Dionedes, prudentiores quam ipsi sunt auctores secuti, T. Livium onerant; quae fortasse a decantata illa Patavinitate haud multum distat. Nihil enim minus urbanum est quam macrologia.

44) Vid. notas ad fragmenti lin. 135 — 139. et 150 — 156. ubi haec, quantum fieri potuit, expedire studiuimus.

ARGUMENTUM
F R A G M E N T I L I V I A N I .

Q. Sertorius, Contrebia vi et operibus tandem expugnata relictoque ibi L. Insteio, ad Hiberum progressus copias in hibernacula secundum oppidum, quod Castra Aelia vocatur, aedificata deduxit. Ibi, novis armis vestimentisque exercitu divisis et stipendio dato, instrumenta belli parari iussit, convocatasque populorum et civitatum legationes, gratis pro opera sibi praebita actis expositisque rebus a se gestis, ad reliqua belli cohortatus est. Dismisso deinde conventu, principio veris M. Perpernam in Illecaonum gentem misit, ad tuendam regionis eius maritimam oram, atque C. Herennuleio et L. Hirtuleio de bello administrando praecepta dedit. Ipse cum suo exercitu in Berones et Autrigones progredi statuit, atque praeter Hiberum in Bursaonum, Cascantinorum et Graccuritanorum fines profectus, ad Calagurim Nasicam, sociorum urbem, venit: transgressusque amnem propinquum urbi castra posuit. Tum M. Marium quaestorem in Arevacos et Cerindones misit, ad conscribendos ex iis gentibus milites, frumentumque inde Contrebiam, quae Leucada appellatur, comportandum: et C. Insteium, praefectum equitum, Segoviam et in Vaccaeorum gentem, ad equites conquirendos. Quibus dimissis ipse profectus, per Vasconum agrum ducto exercitu, in confinio Beronum consedit: postero autem die ad Vareiam, Beronum urbem validissimam et Autrigonibus vicinam, haud inopinantibus oppidanis pervenit.

Haec gesta sunt biennio

U. C. Cat. IOCLXXVI. Capit. IOCLXXVII. Varr. IOCLXXVIII.

Cn. Octavio, C. Scribonio Curione Coss.

U. C. Cat. IOCLXXVII. Capit. IOCLXXVIII. Varr. IOCLXXIX.

L. Octavio, C. Aurelio Cotta Coss.

A. C. LXXVI. et LXXV. 45)

45) In temporis notatione, uti olim, ita nunc quoque Brotierio et Brossio accessi; quorum illum ex rationibus Varronianis, hunc ex fastis Capitolini annos recte computasse, liquido apparet ex iis, quae Niebuhrius, aliud agens, subtiliter et copiose disseruit p. 44. sq. coll. eiusdem nota ad fragmenti lin. 160. 161. Vir doctus in Ephemerid. literar. Gottingens. a. 1774. Vol. I. No. 2. p. 12. res in fragmanto Liviano expositas, Freiushemium cum aliis temere securus, ad annos U. C. Cat. 675. Capit. 676. Varr. 677. et U. C. Cat. 676. Capit. 677. Varr. 678. sive A. C. 77. et 76. minus accurate retulit.

TAMENINSEQUENTI
IPSOPERVIGILANTEIN
EODEMLOCOALIAEXCI
TATATVRRISSPRIMALV
SCEMIRACVLOHOSTIB
FVITSIMVLETOPPIDI
TVRRISQVAEMAXIMV
PROPVGNAGVLVMFVE
RATSVBRVTISFVNDA
10MENTISDEHISCEREIN
GENTIBVSrimisettv
* * * * * * * * * * *
- O * * * * VMIGNICOE
PITINCENDIIQ· SIMV
15ETRVINAEMETVTER
RITICONTREBIENSES
DEMVRROTREPIDIREFV
GERVNTEVTLEGATIMIT
TERENTVRADDEDENDA
20VRBEMABVNIVERSA
MVLTITVDINECONCLA
MATVMEST EADEM VIR
TVSQVAEINRITANTE
OPPVGNAVERATVICTo
25REPLACABILIOREM
FECITOBSIDIBVSACCEP
TISPECVNIAEMODICA
EXEGITSVMMAMARMA
QVEOMNIAADEMITTRAN
30*VGASLIBEROSVIVOS

ADSEADDVCIIVSSITFVG
TIVOSQVORVMMAIOR
MVLTITVDOERATIPSI
IMPERAVITVTINTERFI
35CERENTIVGVLATOSDE
MVRODEIECERVNT· CV
MAGNAIACTVRAMILI
TVMQVATTVORETQVA
DRAGINTADIEBVSCON
40TEBRIAEXPVGNATARE
LICTOQVEIBI· L· INSTEIO
* * * * * * * * * * *
IPSEADHIBERVMFLVME
COPIASADDVXITIBIHIBER
45NACVLISSECVNDVMOP
PIDVMQVODCASTRAAE
LIAVOCATVRAEDIFICA
TISIPSEINGASTRISMA
NEBATINTERDIVCON
50VENTVMSOCIARVMCI
VITATIVMINOPPIDOA
GEBATARMAVTIERE^N
PROCOPIISCVIVSQ· POPV
LIPERTOTAMPROVINCI
55AMEDIXERATQVIBVS
SPECTISREFERRECETERA
ARMAMILITESIVSSITQVAE
AVTITINERIBVSCREBRIS
AVTOPPV * * * * * * * * *
60* * * * * * * * * * *

Fol. 78. b.

Fol. 73. c.

FACTAERANTNOVAQ	QVASQINOPPVGNAN
BIRISPERCENTVRIO	DISVRBIBVSHOSTIVM
NESDIVISIT EQVITA	GESSIONSETEXPOSVITET
TVMQVOQNOVISIN	ADRELIQVABELLICOHOR
65STRVXITARMISVESTI	95TATVSESTPAVCISEDOC
MENTAQVEPRAEPARA	TOSQVATVMHISPANI
TAANTEDIVISAETSTIPE	AEPROVINCIAEINTER
DIVMDATVMFABROS	ESSETSVASPARTESSV
GVRACONQVISITOSVN	PERIORESESEDIMIS
70DIQEXCIVERATQVIBVS	100SODEINDECONVENTV
OFFICINAPVBLICAIN	IVSSISQVAEOMNIB.
* * * * * * * * * * RA	* * * * * * * * * * *
TIONEINITAQVIDINSIN	INCIVITATE * * * * *
GVLOSDIESEFFICIPOSIT	RESVASPRINCIPIOVE
75ITAQ· OMNIASIMVLINSTRV	105RIS ·M· PERPERNAM
MENTABELLIPARABAN	CVMVIGINTIMILIB.
TVRNEQVEMATERIAAR	PEDITVMEQVITIBVS
TIFICIBVS PRAEPARATIS	MILLEQVINGENTIS
ANTEOMNIBVS * NIXO	INILVRCAONVMGEN
80CIVITIVM -- VDIONEC	110TEMMISITADTVENDA
SVOQVISQOPERIARTI	REGIONISEIVSMARI
FEXDEERAT CONVOC A	TIMAMORAMDATIS
TISDEINDEOMNIVMPO	PRAECEPTISQVIBVSITI
PVLORVMLEGATIONIB·	NERIBVSDVGERETAD
85ETCIVITATIVMGRATI	115DEFENDENDASSOCIAS
ASEGITQVODQVAEIN	VRBESQVASPONPEIVS
PERATAESSENTIN—EDE—	OPPVGNARETQVIB·
TRE — — — — STI	QVEIPSVMAGMEN
* * * * * QVASIPSERES	PONPEIEXINSIDI*
90* * * * * * * * * * *	120ADGREDERETVR

fol. 75. b.

- EODEMTEMPOREET REGIONEMSVERPOSITV^Q
ADHERENNVLIEIVM VTEAQVAEINTEGRAAD
QVIINISDEMLOCISE HVCABHOSTESINTTVE
RATLITTERASMISITET RIPOSSETETSQVAOCGA
125 INALTERAMPROVIN 155 SIODETVRINCAVTOSPER
CIAMAD·L·HERTVLEIV^Q TEMPVSADGRESSVRVM
PRAEICIENSQVEMAD IPSECVMSVOEXERCITV
MODVMBELLVMADM^I INBERONESETAVTRICO
NISTRAREVELLETANTE ^N RESPROGREDISTATVIT
130 OMNIAVTITASOCIACI 160 AQVIBVSSAEPEPERHIE
VITATES TVERETVRNEA MEMCVMABSEOPPVG
CIECVMMETELLODIMI NARENTVRCELTIBER--
CARETCVINECAVCTORI VRBESINPLORATAMES
TATENECVIRIBVSPARES SEOPEMPONPEICONPER
135 SET NEIPSIQVIDEM 165 ERATMISSOSQQVIITINE
CONSILIVMESSEDVCERE RAEXERCITVIROMANO
-- VERSVPONPEIVM MONSTRARENTET--IP
NEQVEINACIEMDESCEN SORVMEQVITIB·VEXATOS
SVRVMEVMCREDEBAT SAEPEMILITESSVOSQVO
140 SITRAHERETVRBELLV^Q 170 CVMQVEACASTRISPEROP
HOSTICVMMAREABTER PVGNATIONEMCONTRE
GOPROVINCIASQOMNES BIAEPABVLANDIAVTFRV
INPOTESTATEHABERET MENTANDICAVSAPRO
NAVIBVSVDIQCOM ----- AVSITVMQVO
145 MEATVSVENTVROSIPSI 175 Q --- ARVACOSIN - AR
AVTEMCONVMPTISPRI^O T ----- EDITO
REAESTATEQVAEPRAEPA ----- BELL^I
RATAFVISSENTOMNIV^Q CONSILIVMSEINITVRV^Q
RERVMINOPIAMFORE VTRVMPRIVATESTEMV
150 PERPERNAMINMARITIMA^Q 180 TRAMPROVINCIAM * * *

fol. 75. b.

- MARITIMAMNEORAM
Icl. 76. b. VTPONPEIVMABILERCA
 ONIAETCONTESTANIA
 ARCEATVTRAQ·SOCIAGE
 185 TEANADMETELLVMET
 RVSITANIAMSECONVER
 TAT HAECSECVMAGI
 TANSERTORIVSPRAE
 TERIIBERVMAMNEM
 190 PERPACATOSAGOSQVIE
 TVMEXERCITVMSINE
 VLLIVSNOXADVXITPRO
 FECTVSINDEINBVRSAO
 NVMETCASVANTINORV
 195 ETGRACCVRITANORVM
 FINESEVASTATISOMNIR
 PROCVLCATISQVESEGITI
 BVSADCALAGVRIMNA
 SICAMSOCIORVMVRBE
 200 BENITTRANSGRESSVS
 QAMNEMPROPINQVM
 VRBJPONTEFACTOCASTRA
 POSVIT POSTERODIE·M
 MASIVMQVAESTOREM
 205 INARVACOSETCERINDO
 NESMISITADCONSCRI
 BENDOSEXIISGENTIBY
 MILITESFRVMENTVM
 QVEINDECONTREBIAM
 210 * * * LEVCADAAPPELLA
 TVRCONPORTANDVMPRAE
 TERQVAMVRBEMOPPOR
 TVNISSIMVSEXBERO
 NIVBSTRANITVSERAT
 215 INQVAMCVMQVEREGI^o
 NEMDVVCEREEXERCITV
 STATVISSETETC·INSTE
 LVMPRAEFECTVMEQVI
 TVMSEGOVIAMETIN
 220 VACAEORVMGENTEM
 ADEQVITVMCONQVISI
 TIONEMMISITIVSSV
 CVMEQVITIBVSCONTRE
 BIAESESEOPPERIRIDI
 225 MISSISIISIPSEPROFEC
 TVSPERVASCONVMA
 GRVMDVCTOEXERC
 TVINCONFINIOVIRO
 NVMPOSVITCASTRAPOS
 230 TERODIECVMEQVITIB
 PRAEGRESSVSADITINE
 RAEXPLORANDAISSO
 PEDITEQVADRATOAGMI
 NESEQVIADVAREIAM
 235 VALIDISSIMAMREGIO
 NISEIVSVRBEMVENIT
 HAVDINOPINANTIB
 IIISNOCTVADVENERAT
 VNDIQEQVITIBVSET
 240 SVAEGENTISETAVTRIC
- Fol. 75. a.*

FRAGMENTUM LIVIANUM PASSIM EMENDATUM ET SUPPLETUM.

*Contrebienses, quum, super cetera, extrema fames etiam U.C. 673.
instaret, multis saepe frustra conatibus captis, ut bellum A. C. 76.
ab urbe ac moenibus propulsarent, coniectis de muro igni-
bus Sertorii opera infestarunt; et turris contabulata, quae o-
mnia munimenta urbis superabat altitudine, effusis hausta flam-
mis cum ingenti fragore procidit. Nocte tamen insequenti,
ipso pervaigilante, in eodem loco alia excitata turris
prima luce miraculo hostibus fuit. Simul et oppidi
turris, quae maximum propugnaculum fuerat, subru-
tis fundamentis, deliscere ingentibus rimis, et tum con-
flagrare, inmisso facium igni, coepit: incendiique simul
et ruinae metu territi Contrebienses de muro trepidi re-
fugerunt; et, ut legati mitterentur ad dedendam urbem,
ab universa multitudine conclamatum est. Eadem vir-
tus, quae irritantes oppugnaverat, victorem placabilio-
rem fecit. Obsidibus acceptis, pecuniae modicam exe-
git summam, arinaque omnia ademit. Trans fugas li-
beros vivos ad se adduci iussit: fugitivos, quorum
maior multitudo erat, ipsis imperavit, ut interficerent.
Iugulatos de muro diecerunt.*

*Cum magna iactura militum quatuor et quadra-
ginta diebus Contrebia expugnata, relictoque ibi L.
Insteio cum valido praesidio, ipse ad Hiberum flumen*

copias adduxit. Ibi hibernaculis secundum oppidum, quod Castra Aelia vocatur, aedificatis, ipse in castris manebat: interdiu conventum sociarum civitatum in oppido agebat. Arma ut fierent pro copiis cuiusque populi, per totam provinciam edixerat: quibus inspectis, referre cetera arma milites iussit, quae aut itineribus crebris, aut oppugnationibus et proeliis inutilia facta erant, novaque viris per centuriones divisit. Equitatum quoque novis instruxit armis, vestimentaque, praeparata ante, divisa, et stipendium datum. Fabros, cura conquisitos, undique exciverat, quibus, officina publica instituta, uteatur; ratione inita, quid in singulos dies effici possit.

Itaque omnia simul instrumenta belli parabantur; neque materia artificibus, praeparatis ante omnibus enixo civitatum studio, nec suo quisque operi artifex deerat. Convocatis deinde omnium populorum legationibus et civitatum, gratias egit, quod, quae imperata essent in pedestres copias, praestitissent: quas ipse res in defendendis sociis, quasque in oppugnandis urbibus hostium gessisset, exposuit, et ad reliqua belli cohortatus est; paucis edoctos, quantum Hispaniae provinciae interesset, suas partes superiores esse. Dimisso deinde conventu, iussisque omnibus

U. C. 679. *bono animo esse, atque in civitates redire suas, principio veris M. Perpernam cum viginti millibus peditum, equitibus mille quingentis, in Illecaonum gentem misit, ad tuendam regionis eius maritimam oram: datis praceptis, quibus itineribus, duceret ad defendendas socias urbes, quas Pompeius oppugnaret, qui- busque ipsum agmen Pompeii ex insidiis adgredetur.*

Eodem tempore et ad Herennuleum, qui in iisdem locis erat, litteras misit, et in alteram provinciam ad L. Hirtuleium, praecipiens, quemadmodum bellum administrari vellet: ante omnia, ut ita socias civitates tuereatur, ne acie cum Metello dimicaret, cui

nec auctoritate nec viribus par esset. Ne ipsi quidem consilium esse ducere *adversus Pompeium*: neque in aciem descensurum eum credebat. Si traheretur bellum, hosti, quum mare ab tergo, provinciasque omnes in potestate haberet, navibus undique commeatus venturos: ipsi autem, consumatis priore aestate, quae praeparata fuissent, omnium rerum inopiam fore. Perpernam in maritimam regionem superpositum, ut ea, quae integra adhuc ab hoste sint, tueri posset, et, si qua occasio detur, incautos per tempus adgredsurum. Ipse cum suo exercitu in Berones et Autrigones progredi statuit: a quibus saepe per hiemem, quum ab se oppugnarentur Celtiberæ urbes, iuplora tam esse opem Pompeii compererat, missosque qui itinera exercitui Romano monstrarent; et ab ipsorum equilibus vexatos saepe milites suos, quocumque a castris, per oppugnationem Contrebiae, pabulandi aut frumentandi causa progrederentur. Ausi tum quoque erant Arevacos in partes sollicitare. Edito igitur exemplo belli, consilium se initurum, utrum prius hostem, utram provinciam petat: maritimamne oram, ut Pompeium ab Ilercaonia et Contestania arceat, ultraque socia gente, an ad Metellum et Lusitaniam se convertat.

Haec secum agitans Sertorius praeter Hiberum amnem per pacatos agros quietum exercitum sine ullius noxa duxit. Profectus inde in Bursaonum et Cascantinorum et Graccuritanorum fines, evastatis omnibus, proculatisque segetibus, ad Calagurim Nasicam, sociorum urbem, venit: transgressusque amnem propinquum urbi, ponte facto, castra posuit. Postero die M. Marium quaestorem in Arevacos et Cerindones misit, ad conscribendos ex iis gentibus milites, frumentumque inde Contrebiam, quae Leucada appellatur, comportandum, praeter quam urbem opportunissimus ex Beeronibus transitus erat, in quamcumque regionem du-

cere exercitum statuisset: et C. Insteium, praefectum equitum, Segoviam et in Vaccaeorum gentem ad equitum conquisitionem misit, iussum, cum equitibus Contrebiae sese opperiri. Dimissis iis ipse prosector, per Vasconum agrum ducto exercitu, in confinio Beronum posuit castra. Postero die cum equitibus prae-gressus ad itinera exploranda, iusso pedite quadrato agmine sequi, ad Vareiam, validissimam regionis eius urbem, venit. Haud inopinantibus iis noctu ad-venerat. Undique equitibus et suae gentis et Autri-gonum accitis oppidani, *eruptione facta, Sertorio obviam ierunt, ut eum aditu arcerent.*

ADNOTATIONES

AD

FRAGMENTUM LIVIANUM.

TITI] Ὀλογραμμάτως, ut praenomen *Marcus* apud Fabrettum cap. IV. n. 450. MARCO. AVRELIO. AVGG. LIB. et n. 528. MARCUS. MALLIVS. M. F. quorum lapidum alter ad Antoninorum, alter ad remotiora reipublicae tempora referendus est. Ac Fabrettum, quo loco de ratione notandorum aut perscribendorum praenominum agit 46), horum suorum lapidum non meminisse, neque quidquam de huius praenominis scriptura contra Sigonii aliorumque ἀρχαιολόγων praecripta statuere, sane miror. Apud marmorarium quoque de via Iulia vetus monumentum legi huiusmodi:

D. M
AVR. ALBANAE
CONIVG. B. M
INCOMPARABILEI. QVAE
VIXIT. ANNIS. XXIII. MENS
II. D. XIII. MARCVS. AVRELIVS
MAXIMVS. MARI
TVS. FECIT

Vbi pariter praenomen *Marcus* perscriptum est, quum contra feminiae nomen, quod ipsum ne ab illorum quidem temporum consuetudine abhorret, primoribus tantum literis significatum sit. Adde *Aulum*, *Lucium*, *Publum*, *Sextum*, ac si quaeris, *Titum* etiam in eiusdem Fabretti συναγωγῇ cap. I. n. 141. et apud me in lucubratione de Vrbe Aveia p. 61. quam postremam inscriptionem, quantum ex literarum con-

46) Cap. I. p. 22. ubi notae praenominum ex Sigonii libello de nominib. s. Romanis proferuntur.

formatione elegantiaque coniicere licebat, nec enim semel eam Amiterni, nec incuriose memini inspicere, facile adduccebar, ut ipsius Augusti principatu positam existimarem. Quorsum haec de notis praenominum, inquies, tam longe repetita disputatio? Videlicet ne quis forte sit, cui mirum videatur, *Titi* praenomen in his membranis perscriptum fuisse, eaque de causa retrahendas eas ad multo, quam cuius re ipsa sunt, videntur quidem certe, recentiorem aetatem putet. Ut enim hoc obiter nunc dicatur, Antoninorum eas temporibus, aut, quam serissimum id fuerit, iis quae Constantini Magni principatum proxime antecesserunt, scriptas opinor fuisse; quam opinionem cur sequare, causae multae sunt, cur abiiciam, adhuc nulla. Sed obiter hoc modo, ut dixi: proprium enim locum desiderant, nec ita paucis verbis absolví possunt, nec multis nunc vacat. Itaque pluribus infra fortasse, si per tempus licebit; sin minus, haec omnis tractatio in praesens quidem omittetur, aut certe in aliud tempus differetur 47). Tantum si qua deinceps αὐτοχθόνας γονεῖ, ut necesse nunc quidem est, occurrit, ex quibus doctorum virorum inveterato iam diu praeiudicio aliter de toto hoc genere constituendum esse videatur, ea satis habebo ostendere, non modo in quam dixi aetatem, sed in superiores etiam veterum lapidum et scriptorum testimonio convenire. Haec igitur ad hunc modum. Deinde qui multorum saepe fidem requirere, multorum studium atque industriam in his vetustatis reliquiis describendis atque edendis consuevi, non committam, ut mihi ipse aliquando, exolescente, ut fit, in dies harum rerum memoria, aut aliis, in quorum haec manus pervenient, accusandi mei causam dem. Itaque visum est ea pariter non praetermittere, quae τῆς αὐτοψίας loco esse possint, quaeque si ab apographo exspectes, quamlibet alioqui magna cura ac diligentia expresso, quanta hoc certe est, frustra exspectes; qua in re velut periti ratiocinatoris vitiorum, quae in scripto insederunt, partibus fungar, ut quae in eo peccata a quoque sint, sive is antiquior, seu recentior librarius fuerit, sive operae, quae Livianas schedas ad novam libelli molem aptarunt, sive ipsarum denique schedarum longaevitás, sua quibusque accepta referam; secutus haec parte amplissimorum virorum auctoritatem, magnam quidem apud me et in primis gravem, Io. Caietani Bottarii et Petri Frau-

47) Vid. infra horum scholiorum additamentum, quod ex ed. Neap. petitum nostrae subiecimus, et cf. supra not. 13.

cisci Fogginii, qui in Virgilii exemplaribus Vaticano ac Mediceo suis huius generis maxima minima persequenda sibi esse censuerunt. Quid ita? Quod non ignorabant scilicet, experiundo etiam, ut opinor, quod eorum semper fuit cum his Musis assiduum multiplexque commercium, didicerant, quantum emolumenti ex tantularum rerum accurata; diligentia in literas atque in totum hoc genus redundare soleat, quantum rursus ex negligentia detrimenti. Denique, si qua erunt, vel potius quaecunque erunt, quae sive ad scriptum illustrandum, sive ad pretium eidem constitendum pertinere, seu qua alia de causa adnotatione non indigna videbuntur, de iis non praetermittam, quin quae in solum, ut dicitur. Sed de adnotationum modo satis. Nunc quod instat. *IURENATIUS*. Non solum in marmorum titulis, quod Iuvenatius sub huius notae initium docuit, sed etiam in codicibus antiquis praenomina Romanorum interdum perscripta esse, appareat ex Livii codice Vindobonensi, olim Laurishamensi, in quo, ut alia mittam, XLI, 21. *Lucio Cladio pro L. Claudio*, XLII, 34. *Tito Gracco pro Ti. Graccho*, XLIII, 13. *Luci Atrei*, XLV, 37. *Servius Galba*, et eiusdem libri cap. 44. *Tullium Quintium pro T. Quinctium deprehendi*. De antiquioribus Ciceronis orationum codicibus idem testatur Niebuhrius p. 54. ad orationis pro Fonteio supplementum, in quo *Titum Crispinum* plene scriptum exstat.

LIVI] Similiter in codice Vindobonensi, qui cum aliis bonae notae libris hanc contractam genitivi formam saepissime exhibit, non tantum Liv. XLIII, 11. *Livi pro Livii*, venum etiam in librorum singulorum subscriptionibus *Titi Livi* legitur, et in Sallustii Historiarum lib. III. fragmentis, quae ex schedarum Vaticanarum apographo, quod Niebuhrius benevole mecum communicavit, non solum auctiora et emendatoria, sed etiam in iustum ordinem redacta propediem evulgabuntur, *Anni pro Annii* scriptum est. Vid. prae ceteris Ianius ad Ovid. Met. XV, 728. et in Seebodii Nov. Biblioth. crit. a. 1824. No. 8. p. 878. sq. coll. No. 12. p. 1417. sq. notamque ad huins fragmenti lin. 119.

LIB. XCI.] Debuisset: DECADIS X. LIB. I. si iam tun fastidiosa legentium ignavia, ut Petrarchae verbis loquar, hos libros in decadas scindere consuevisset; quod non incuriose praetereundum est, addendumque ad quae de inscriptione librorum Livii initio suarum in optimum historicum adnotationum disputat Sighonius, et cum eo alii. *IURENATIUS*.

Lin. 1. TAMEN INSEQVENTI] Apparet praecessisse

nocte, sive hoc auferendi, seu quo alio casu. *Ipsò* autem, quod sequitur, ad Sertorium refero, ut ex sequentibus manifestum est. Iam quae deinceps de viro *summae quidem*, quod eius verissimum apud Florum lib. III. cap. 22. exstat elogium, *sed calamitosae virtutis* leguntur, absque hoc fragmento esset, ut aeque cum iis, qui patrum ac maiorum nostrorum memoria hoc Livii libro caruerunt, ignoraremus: altum enim de iis omnibus, quantum euidem legi, aut meminerim, in ceterorum historicorum scriptis, quae vulgo hodieque manibus teruntur, silentium. *IUVENATIUS*. Desideramus ad ipsum initium vocem *nocte* 48). Scilicet arbitror, Livium verbis proxime praecedentibus commemorasse, Contrebienses aut facta eruptione, opera Sertorianorum perdidisse, aut immissis e muro facibus, malleolis aut falaricis, turrim ambulatoriam eorum concremasse; Sertorium vero, ut erat impigerrimus consiliique plenissimus, mox insequente nocte novam in locum prioris turrim confecisse, murisque admovisse, quae prima luce conspecta evigilantibus hostibus miraculo fuerit. Nec mirum est, si celeritate, qua perfectum est tantae molis opus, obstupuerint oppugnati, utpote quod eo altitudinis elevari debuit, ut aequaret non muros modo urbis, sed etiam muro impositas turres. Pluribus insuper tabulatis distinctum erat, iisque adeo robustis, ut praeter non exiguum militum numerum machinas bellicas, arietes, balistas, catapultas etc. sustinere posset. Non quidem constat, qua altitudine fuerint moenia Contrebiensium; admodum tamen excelsa fuisse, inde constare poterit, quod mox indicatur, deiectos inde servos certam mansisse mortem 49). Ut autem, qua ratione audec operosa substructio tanta celeritate perfici potuerit, constet observandum est, veteres Romanos Graecosque, qui similia damna inter oppugnandum sibi noverant pertimescenda esse, inter cetera belli instrumenta turres plicatales (*φορητοῖς*

48) Ihrium putasse, vocabulum *nocte* post *insequenti* exidisce, Rupertius Vol. IV. p. 271. retulit, Ihrii libelo carere coactus atque ab eins censure in Ephemerid. lit. Gottingens. a. 1777. Additam. p. 670. in errorem inductus. Lallemandus autem, licet in fragmento emendando Invenatii scholiis uteretur, verbis; *Tamen 1) insequenti* subiecit hanc notam: 1) *Videtur exidisce nocte*, atque lacunam, ni fallor, ita voluit suppleri: *Tamen nocte insequenti*. Quod quum parum probabile videatur, praestat sequi Invenatum ceterosque fragmenti editores.

49) Hanc Ihrii opinionem explosimus infra ad lin. 35. 36.

πύργον vocant Graeci scriptores 50) in promptu habuisse, quae ita fabricatae erant, ut solatae earum partes pro re nata coagmentari subito possent, suisque rotis superimponi. Talibus usum fuisse Cassium commemorat Appianus Bell. Civil. lib. IV. cap. 72. ἐλπίζων γάρ, inquit, τι τοιοῦτον, ἐπεφέρετο πύργον πτυγμένον, οἱ τότε ἀνίσταντο, Tale aliquid exspectans, attulerat secum turres solutiles, quae tunc erectae sunt 51). Describit eiusmodi turres Vitruvius lib. X. cap. 19. earumque inventorem Diadem quendam fuisse refert. Cf. Iusti Lipsii Poliorcet. lib. II. dial. IV. p. 85. sqq. ed. Antwerp. a. 1625. Maiores nostros ambulatorias huiusmodi turres *barfrid* appellasse, observatur in Glossario Suiogothico. Lat. Barb. *belfrigium* Gall. *belfroi* 52). Cf. Inl. Gaes. de B. G. lib. II. cap. 12. 30. 31. etc. *IHRIUS*. Supplevi nocte; idque postulabat, quod mox sequitur, *prima luce miraculo hostibus fuit. Nocte* erat sane scriptum in superiore pagina. *BROTIERIUS*. Ne fragmentum capite truncum esset, praemisi hanc periodum, centonis instar ex aliis Livii locis consarcinatam: *Contrebienses, quum, super cetera, extrema fames etiam instaret, multis saepe frustra conatus captis, ut bellum ab urbe ac moenibus propulsarent, coniectis de muro ignibus Sertorii opera infestarunt; et turris contabulata, quae omnia munimenta urbis superabat altitudine, effusa hausta flammis cum ingenti fragore procidit.* Vid. Liv. XXII, 6. III, 5. et 69. XXI, 61. XXIV, 34. XXI, 11. XXX, 6. et XXI, 8. coll. Virgil. Aen. IX, 530. sqq. Haec enim, vel his similia Livium in antecedentibus narrasse, Ihrius ex sequentibus perquam probabiliter coniecit. Brossius turrim a Sertorio exstructam a Contrebiensibus, saxis aliisque molibus in eam coniectis, funditus destructam esse opinatur. Vocabulum *nocte* verba *tamen insequenti praecessisse, praeter Iuvenatium, Ihrium et Brotierium etiam Sivrius* 53), Brossius et Harduinus conie-

50) Veluti Athenaeus mechanicus, cuius verba laudavit Schneiderus ad Vitruv. X, 19.

51) Lib. V. cap. 36. in religio apparatu bellico commemo-
rantur πύργοι πτυντοὶ σανίδας ἐς τὰ τείχη μεθιέντες, qui
sunt i. q. πύργοι ἐπτυγμένοι.

52) Sive *belfroi*; de qua machina bellica vid. Brossii Hist. Reipubl. Rom. lib. III. cap. 40. not. 1. Tom. II. p. 99. sq.

53) Hic, quum fragmenti apographo literis minusculis ex-
arato uteretur, neque ed. Rom. ad manum haberet, vo-
cem *nocte* sub initium fragmenti positam vetustate exole-
visse opinatus est.

ctura cuivis facile obvia perspexerunt. Solus interpres fragmenti Anglicus, qui *in sequenti* ad Sertorium retulit, a vero huins loci sensu aberravit, vertens: *Nevertheless, as he persisted, and was extremely vigilant; quasi Livius scripsisset: Tamen in sequente ipso et per vigilante.* Ceterum vix erat, quod Iuvenatius propter vocem *in sequenti* dubitaret, an *nocte casu sexto reponendum* sit, quam Livium ablativum singularem participiorum temporis praesentis non modo in *e*, sed etiam in *i*, formasse atque, si rem ex codicim auctoritate aestimes, sine discrimine modo *sequenti* et *in sequenti*, modo *sequente* et *in sequente* dixisse, satis constet. Vid. Liv. XXI, 43. et 56. XXV, 21. XXXVIII, 24. Hirt. B. G. VIII, 23., quos locos, dum haec scribo, cum aliis etiam a viro docto, ut hanc formae diversitatem ad legem certam revocaret, in Ephemerid. literar. Ienens. a. 1825. No. 32. p. 255. laudatos esse deprehendi, et cf. Drakenborch. ad Liv. VI, 14, 15. et cap. 21, 1. atque Ruddimann. Institut. Gramm. Lat. Part. I. p. 88. et Part. II. p. 300.

Lin. 2. IPSO PERVIGILANTE] De Sertorii in rebus bellicis rite obeundis alacritate et temperantia Plutarchus in Sert. cap. 13. haec habet; πόνος δὲ μεγάλους καὶ μακρὰς ὅδοιποιας καὶ συνεχεῖς ἀγρονομίας ὀλίγοις εἰθιστὸ καὶ φαύλοις ἀρνούμενος αἵτιοις διαφέρειν.

Ibid. IN EODEMI LOCO] Ed. Rom. male IN omittit. *NIEBUHRIUS.* Praepositionem *in*, quam Brunsii schedae et apographum, cui serius adiecta videtur, cum ed. Hamb. tuentur, edd. Rom. et Neap. omittunt; et poterat salvo sensu abesse⁵⁴⁾. Sed eam re vera in codice extare, Niebuhrius testatur. Atque alibi etiam Livius hanc praepositionem addit, ubi plerumque solet omitti. Vid. Drakenborch. ad Liv. I, 52, 2. et cap. 57, 1. Ceterum haec ipsa verba, turrim illam non mobilem fuisse sive ambulatoriam, quae Ihrii est sententia, sed vel aggeri impositam, vel fundamento saltem superstructam, satis declarant. Cf. Iul. Caes. B. G. VII, 72. et Sallust. Ing. 76.

Lin. 4. ALIA EXCITATA TVRRIS] Ad hanc lectionem omnes editiones conspirant, praeter Bassanensem, in qua pro TVRRIS typographi culpa TVRRI legitur, quod orationis structurae adversatur. *Turres excitare*, pro *erigere*, alibi quoque occurrit, veluti Liv. XXIII, 57. XLIII, 18. Iul. Caes. B. G. III, 14. et V, 40. atque Sueton. Calig. 46.

54) Nihilominus tamen editor Oxoniensis et Noelius, licet ille ed. Ern. ex ed. Neap. derivatam, hic edd. Rom. Bip. et Ern. sequatur, pro *eodem loco*, addita praepositione, *in eodem loco* scripserunt. Vid. infra not. 82.

Lin. 10. DEHISCERE] Quoties huc revertebamur, nam locus mire lacer, detritus ac corruptus est, toties hae ferme literae apparebant: DIPSDSCEND; sed postquam sequentia legimus, non diu in hoc quoque verbo revocando laborandum fuit. Quorsum tamen nunc haec? Itaque statui deinceps de reliquis eiusdemmodi ne verbum quidem. *IUVENATIUS*. Etiam in Brunsii schedis pro DEHISCEREIN literas.. DESCENDEN inveni; unde, quam difficile fuerit, veram huius loci lectionem, quam Brunsii apographum et editiones omnes exhibent, oculis animoque expiscari, satis superque liquere puto.

Lin. 11. ET TV] Qui sequebatur versus οἶζται. Ferme autem ad hunc locum pari ab extremis membranis intervallo in sequentibus paginis lacunae apparebunt; cuius rei ea causa est, quod ex singulis Livii paginis binae novi libri paginae factae sunt, quae iccirco plicari hac ipsa parte, consui ac glutinari inter se debuerunt. Inde qnas dixi labes 55). *IUVENATIUS*. TV illud mihi suspectum est, et, ut sciri queat, qua ratione, qui in muro lapidibus vel lateribus constructo, propugnatores collocati erant, ruinae non tantum, sed etiam incendii calamitatem timere possent; sciendum est, veteres Romanos Graecosque urbes munitas oppugnaturos, inter alias artes poliorceticas id etiam consilii adhibuisse, ut cuniculos sub terra agerent ad id profunditatis, ut murorum fundamenta subirent. Id vero agentes, donec in opere erant, fulcra impendentibus fundamentorum lapidibus, aut etiam trabes transversarias furculis suspensas supponebant, quoad fovea iustae altitudinis fieret, ita ut deciduum murum vel aliquam illius partem capere posset, superioreni moenium partem tracturam. Scilicet postquam fossam arida materia, virgultis sarmentisque compleverant, ignem subiecerunt, quo siebat, ut, consumitis fulcris suppositis, muri non tantum corruerent, sed flamma etiam propugnatores involveret. Fieri ita iubet Vegetius lib. IV. cap. 24. Quum ad murorum fundamenta pervenerint, suffodiunt eorum maximum partem, et appositis siccioribus lignis ruinam muri tumultuario opere suspendunt. Sarmenta insuper iungunt, aliaque somenta flammarum. Tunc praeparatis bellatoribus subter ignis immittitur, combustisque columnis ligneis atque tabulatis, muro subito corrueiente irruptione 56) aditus reseratur. Eodem hoc artificio

55) Vid. qnae supra not. 9. ex Niebuhrii libro petita adscripti.

56) Vocabulum *irruptione* non cum Stewechio unius codicis auctoritate delendum, sed cum libris hand paucis, et manuscriptis et impressis, *irruptioni* legendum esse, recte,

usos fuisse Indaeos, citante Lipsio Poliorcet. lib. V. dial. VI. p. 202. ed. Antverp. tradit Hegesippus lib. V. cap. 20. cuius verba, Latine redditā 57), haec sunt: *Ioannes, princeps seditionum, cuniculum suffudit, et Romanorum opera suspendit; ignorantibus his, quid latenti cuniculo Iudaei moliti forent: quia fultura tabularum, materia aeque subiecta, superiora cuniculorum suspenderat, fraus omnis latebat.* Itaque ubi opportunitas visa, ignem apposuere: qui adiutus sulphure et pice, quibus illita erat materies, quae fulturam cuniculo dabat, ligna omnia facile consumsit; incendium subiectorum ruina secuta est. Itaque Romanorum opera subito lapsa, sonitum ingentem dedere: pulvere et fumo repleta omnia plurimum tenebrarum obduxerant, maioremque terrorem induxerat latens causa. Deinde, ubi consumtis alimentis ceteris, quibus primo opertus erat, liber ignis erupit, dolum prodidit. Commemorat etiam Appianus, Pompeium eodem hoc artificio usum esse adversus eundem Sertorium, ubi Pallantium, Hispaniae urbem, obsideret. Rem ille ita narrat ex versione Sigismundi Gelenii lib. I. p. 219. 58). *Pompeius Pallantium obsidens suffossa moenia subditis stipitibus suspenderat, quem Sertorii superventu oppugnatio soluta est: prius tamen succensis moenibus oppugnatores se ad Metellum*

si quid video, monuit vir doctus in Miscell. Observatt. crit. in auctores veteres et recentiores, Vol. IX. Tom. II. p. 235.

57) Iosephus, ex quo Pseudo-Hegesippus sua hausit, Bell. Iud. lib. V. cap. 21. Opp. Vol. II. p. 355. ed. Havercamp. eandem rem narravit hunc in modum: *Προσαγομένων δ' ἥδη τῶν ὁργάνων, ὁ μὲν Ἰωάννης ἔνδοθεν ὑπορύξας τὸ κατὰ τὴν Ἀντιοχίαν μέχοι τῶν χωμάτων διάστημα, καὶ διαλαβὼν στανδοῖς τοὺς ὑπονόμους ἀναπρήμνησι τὰ ἔργα. πίσσῃ δὲ καὶ ἀσφάλτῳ διακεχρισμένην ὕλην εἰσκομίσας ἐνίσι οὐδόν, καὶ τῶν στανδῶν ὑποκαέντων ἥτε διώρυνξ ἐνέδωκεν ἀθρόα, καὶ μετὰ μεγίστου φόρου κατεσιθῆ τὰ χώματα εἰς αὐτὴν. τὸ μὲν οὖν πρῶτον μετὰ τοῦ κονιορτοῦ καπνὸς ἐγέίρετο βαθὺς πνιγομένον τῷ πταισματι τοῦ πυρός. τῆς δὲ θλιβούσης ὕλης διαβεβρωσυμένης ἥδη φανερὰ φλόξει ἐρέγνυντο. καὶ τοῖς Ρωμαίοις ἐκπληξις μὲν πρὸς τὸ αἰφνίδιον, ἀθυμία δὲ πρὸς τὴν ἐπίνοιαν ἐμπίπτει. καὶ κρατήσειν ολομένους ἥδη τὸ συμβάν, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἐψυχεῖ τὴν ἐπίδαι. τὸ δὲ ἀμύνειν ἀχρεῖον ἐδόκει πρὸς τὸ πῦρ, καὶ εἰ σβεσθείη, τῶν χωμάτων καταποθέντων.*

58) Appian. Bell. Civ. lib. I. cap. 112. *Παλλαντίαν δὲ Πομπηϊὸν περικαθημένου, καὶ τὰ τείχη ἔύλων κορμοῖς ὑποκορεμάσαντος, ἐπιφανεῖς δὲ Σερτώριος τὴν μὲν πολιορκίαν ἐξέλυσε· τὰ τείχη δὲ ἐφθασεν ὑποκαύσας δὲ Πομπηΐος, καὶ ἐς Μέτελλον ἀνεχώρει.*

conulterunt etc. Sensus itaque hoc aut simile complementum requirere videtur: *et nutare, spargente se latius immisso igni, coepit.* Sed sunt tamen, quod fateor, quae huic meae coniecturae remoram iniiciant: nam praeterquam quod TV ab initio loco moveatur, IVS illud, quod ita pars erit vocabuli *latius*, a praecedente consona dirimuntur, quum tamen alias syllabae a librario nostro indulsaे poni soleant. Tu, Lector, tanquam e tripode dictum accipe, quod habet vir eruditissimus, Petrus Burmannus in Dissert. de Vectigalibus Pep. Rom. p. 58. *Nihil nempe nec periculosius, saepe nec inutilius esse, quam fragmenta emendare velle.* IHRIUS.

Lin. 13. - O ***** VM IGNI COEPIT] Ambae editiones principio lin. 13. cuius dimidia pars in lacuna est, IVS exhibent, omnino mendose: nam quod perspicue in membranis exstat, O est, prima litera evanida, tertiae vestigio nullo. Hic error viros eruditos prohibuit, ne veram redintegrationem invenirent: quae quadratis literis exhibita ipso aspectu firmabitur: ETTV [GVRIVMCONFLAGRAREC]O[RREPT] VMIGNICOEPIT. Niebuhrius. Literas VM, quae in ed. Hamb. non comparent, ex apographo schedisque Brunnii, nec non edd. Rom. et Neap. ante vocabulum IGNI inserendas esse, Niebuhrius tacito adsensu comprobavit. Itaque vel hac de causa non admittenda est sententia Brotierii, qui ed. Hamb. secutus lacunam ita explevit: *et tum erumpente validius ardescere igni coepit.* Praeterea vero hac ratione literae IVS, quas quidem in codice plane non exstare, Niebuhrius docuit, a priore parte vocabuli *validius* male divelluntur, id quod etiam suae coniecturae obstarat, Ihrius ipse, ut supra vidimus, ingenue professus est. Atque eodem nomine reprehendenda venit inepta Sivrii opinio, qui, quum in apographo suo, minus accurate concinnato, reperisset: *et tu... ius... um igni coepit,* suspicatus est, in textu olim exstitisse: *et turris unius aedium igniseere coepit.* Rationem suam commendaturus addit, minime abhorrente a vero, librarium h. l. *igniseere* scripsisse pro *ignescere*, quum alibi quoque vocalem *i* ponere soleat, ubi vulgo *e* ponatur, imo ubi redundet, e. g. in vocabulis *segilibus* pro *segetibus*, et *civitatum* pro *civitatum*. Verum ut nihil dicam de sensu, quem verba fundunt, minus commodo; quis, quaeso, sibi persuadeat, Livium h. l. *ignescere*, quod apud Ciceronem de N. D. II, 46. de mundi conflagratione legitur, pro *ardescere* sive *ignem concipere* dixisse, et post vocem *igni* syllabas *seere* vel temporis iniuria vel librarii incuria excidisse? Neque

multum iuvabitur huius loci restitutio supplementis Brossii et Noelii, quorum ille vix satis Latine rescripsit: *et turris cultura ardere proprius missso cum igni coepit; hic autem, vocabulum turbinibus, quod apud Lucretium VI, 640. de Aetnaeis ignibus legitur, in lacuna tu....ius 59) latere ratus, totum locum ex parte reparatum in versione ita expressit: d'ou sortaient des tourbillons de flamme.* In Niebuhrii autem supplemento, quod lacunae spatio et literis residuis optime convenit, hoc potissimum displicet, quod, quum Contrebienses incendii simul et ruinae metu territi de muro refugisse dicantur, quale illud tugurium fuerit, non facile intelligitur. Praestat igitur cum Ihrio, Brotierio, Brossio et Noelio de turris incendio cogitare, et, quum olim in fine lin. 11. TV~, ut lin. 36. CV~, scriptum fuisse, admodum probabile sit, locum lacunosum, dum meliora et certiora succurrunt, ita supplere: *et tum conflagrare, in missso faciūm igni, coepit.* Potuisset quidem Livius, si re vera ita scripsit, simplicius dicere, *immissō igni vel inieictis facib⁹;* idem tamen lib. XXIII, 57. quem locum postea adscribam, similiter: *facib⁹,* inquit, *ardentib⁹ plurimum simul ignem coniecerunt.* Cf. etiam Drakenborch. ad Liv. IV, 53, 2. Jam vero illa, quae praecesserunt, *subrutis fundamentis dehiscere, et immisso faciūm igni conflagrare* ad amussim sibi respondent. Atque ignem a Sertorii militibus in turrim labefactatam esse conjectum, et per se probabile est, et quodammodo ab ipso Livio confirmatur, qui lib. XXIII, 57. de Sempronio Graccho Cumis ab Hannibale obsesso haec narrat: *Adversus ligneam ingentem admotam urbi, aliam turrem ex ipso muro excitavit consul Romanus, aliquanto altiore: quia muro satis per se alto subiectis validis sublicis pro solo usus erat. Inde primum saxis, sudibusque, et ceteris missilibus propugnatores moenia atque urbem tuebantur: postremo, ubi promovendo adiunctam muro viderunt turrem, facibus ardentibus plurimum simul ignem coniecerunt.] Quo incendio trepida armatorum multitudo quum de turre sese praecipitaret, eruptio ex oppido simul duabus portis stationes hostium fudit, fugavitque in castra; ut eo die obsesso, quam obsidente, similior esset Poenus.* Nam quae h. l. Cumarum propugnatores patrasse dicuntur, et Contrebienses paullo ante in turri a Sertorio excitata hand dubie fecerant, hic Contrebiae oppugnatores fecisse putandi sunt. Ihrius qui-

59) Ita enim Noelius non satis accurate scripsit in fragmēto literis minusculis expresso.

dem, verbis *subratis* *fundamentis* inductus, cum Brossio, Noelio et Anglico fragmenti interprete existimavit, oppidi turrim, cniculis actis et suspenso furculis muro, subversam esse, atque Contrebienses et moenium ruina et flammis ex terra prorumpentibus perterritos refugisse. Et sane verbum *subruere* saepius, v. c. Liv. V, 21. XXXIII, 17. XXXIV, 29. et XXXVIII, 7. ita dicitur, ut sit i. q. *subfodere* apud Veget. IV, 24. Sil. Ital. I, 567. et Sallust. Iug. 57. ubi vid. Cort. qui tamen minū recte hanc in rem laudavit Liv. XXI, 11. *Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit*. Mihi autem Livius hoc potius narrasse videtur: oppidi turrim, quam partim latericiam partim ligneam fuisse crediderim, quum fundamenta eius, acta testudine, vel ariete discussa, vel dolabris convulsa essent, ingentes duxisse rimas, atque tum in casum pronam et, facibus iniectis, succensam incendii simul et ruinae metu oppidanos perculisse. Neque huic interpretationi usus verbi *subruere* repugnat. Vid. Liv. XXI, 11. quem locum supra adscripsi, XXXI, 46. Tacit. Hist. II, 22. Iul. Caes. B. G. II, 6. et in primis B. C. II, 11. ubi verba: *Interim sub musculo milites vectibus infima saxa turris hostium, quibus fundamenta continebantur, convellunt*, quid cap. 12. *turrem subruere* significet, optime declarant. Praeterea Livium saepius *igni pro igne* scripsisse, hic quoque locns probat. Vid. Ruddimanni Institut. Gramm. Lat. Part. I. p. 85. Schneideri Gramm. Lat. Part. II. Vol. I. p. 229. et quae vir doctus in Ephemerid. literar. Ienens. a. 1825. No. 32. p. 252. sq. de hac ablative forma praecepit.

Lin. 14. INCENDIIQ.] Hoc Brunsius in ed. Hamb. posuit, idemque in eius apographo schedisque reperitur. At edd. Rom. Neap. et Mannh. plene INCENDIIQVE offerunt; neque, recte, an perperam, interpretor. Parum enim hac in re sibi constitut librarius, qui v. c. lin. 61. NOVAQ, lin. 91. QVASQ, lin. 142. PROVINCIASQ, lin. 165. MISSOSQ; sed lin. 28. 29. ARMAQVE, lin. 40. 41. RELICTOQVE, lin. 65. 66. VESTIMENTAQVE, lin. 197. PROCVLATISQVE sine scribendi compendio, quo in enclitica que saepius utitur, exaravit. Nolui tamen de Brunsii fide quidquam detrahere; praesertim quum Niebuhrius ed. Hamb. scripturam tacite probasse videatur. Pro SIMVL, quod sequitur, ed. Mannh. minus accurate SIMVL exhibit. Vid. Brunsii Epist. ad Kennicott. p. 333.

Lin. 16. CONTREBIENSES] Contrebia urbs citerioris
T. Liv. Tom. IV.

Hispaniae, seu Tarragonensis, nunc *Santa-Vert*, dans la Mancha. *BROTIERIUS*. Vid. notam ad lin. 39. 40.

Lin. 17. TREPIDI REFVGERVNT] Utraque editio perperam EFFVGERVNT. *NIEBUHRIUS*. Brunsium pro TREPIDI primum TREPIDE ex detrita codicis scriptura exsculpsisse, eius schedae me docuerunt. Illud haud dubie praestat. Cf. Drakenborch. ad Liv. XXII, 12, 6.

Lin. 19. DEDENDA] Ed. Hamb. recte DEDENDA *NIEBUHRIUS*. In Brunsii schedis quoque DEDENDAM reperitur, idemque primum ab illo in apographo positum, sed postea in DEDENDA mutatum est. Hinc facile intelligitur, qui factum sit, ut illud, quod ed. Mannh. quoque offert, in edd. Rom. et Neap. exstet. Praeterea notandum est, vocabula *urbs* et *oppidum* hic et lin. 6. de eodem loco dici, ut Liv. V, 29. VIII, 29. XXXI, 40. et Cic. de Div. I, 25.

Lin. 21. CONCLAMATVM EST] Hoc est, simul vel unanimi consensu clamatum est. Propria enim huius verbi significatio h. l. tenenda. Sic. Liv. III, 50. *il modo a multitudine conelamatum est*, ut *L. Valerium et M. Horatium ad se mitterent*; et lib. XXXVII, 49. *Conclamatum deinde prope ab universo senatu est* etc. Alibi *conclamare* est idem quod *simplex clamare*, v. c. Virg. Aen. IX, 575. *conclamat ab agmine Volscens*, pro *clamat*, *exclamat*. Vid. Ernest. ad Sueton. Claud. 38. atque Davis. et Oudendorp. ad Iul. Caes. B. G. I, 47.

Lin. 22 — 26. EADEM VIRTVS — PLACABILIOREM FECIT] Hoc illud est, quod de Romanis rerum dominis scribit Virgilius Aen. VI, 854. *Parcere subiectis, et debellare superbos*: ut non iniuria, quum in hunc locum, tum in ceteras tanti ducis virtutes intuigentes, quas late Plutarchus persequitur, satisque sese luculenter in tam brevi fragmento, tanquam in parvo speculo produnt, iusuppare de homine illud aequo Virgilianum Aen. VI, 866. possimus: *Quantum instar in ipso est!* Vide interim quae infra adnotamus ad verba: *M. Masium quaestorem. IUVENATIUS*. Ut axiomatis instar mihi est, quidquid minus commode in Liviano opere dictum nobis videmur invenire, aut nostrae id linguae imperitiae assignandum esse, aut etiam librariorum incuriae, qui non satis fideliter auctorem hunc exscriperint; ita alterutrum hic locum invenerit, et, nisi omnia me fallunt, posterius. Qui enim fieri potuit, ut qui pro aris fociisque, pro vita et libertate depugnarunt Contrebienses, vocari meruerint *inritantes*, et quomodo Sertorianorum in oppugnando virtus victorem

placabiliorem reddere eadem potuit? Sensu haec carent, atque adeo a concinnitate Liviana plurimum abhorrentia sunt. Ego itaque arbitror, librarium duarum vocum terminaciones permiscuisse, atque *inritantes oppugnaverat exarasse*, ubi scriptum oportuit *inritaverat oppugnantes*, qua ratione sensus opido *coimmodus erit*, Contrebiensium nempe virtutem pertinaciorem, quae sub ipsa *oppugnatione irritaverat Sertorium*, id effecisse, ut in hoste eandem laudaverit, et post deditio-
nenm sese placabiliorem praebuerit. Scilicet laudatur etiam ab aliis ducis huius erga devictos humanitas et animi man-
suetudo, utpote qui aequa *parcere subiectis*, et *debellare superbos* noverat, et in quem convenit illud Rutilii Numantiani,
in Itinerario vers. 72. *Quos timuit, superat, quos superavit,*
amat. Plutarchus eum ut *ἡμεράτατον πρὸς πολεμίους* sub ini-
tium eius vitae laudat 60), et infra cap. 5. subiicit: Σερτώ-
γος λέγεται μόνος οὗτος ἀποκτεῖναι τινὰ πρὸς ὁργήν, οὗτος ἐνν-
θρόνου κρατῶν: *Sertorius dicitur solus nec quemquam per iram*
occidisse, nec insolens fuisse in victoria. Non quidem infitior,
culpam, quam librario imputo, paullo graviorem esse: sed
eum non raro dormitasse, evincunt non paucae ab ipsomet
factae emendationes. Imo quin hic non nisi duo folia in
hac collectione 61) compareant, eaque desumpta ex profligato
paene Historiarum opere, conjectura subiit, eadem, ut va-
riis vitiis deformata, damnata, inque eorum locum alia cor-
rectiora substituta esse. Non enim in animum inducere pos-
sum, elegantissimi huius historici scriptum, ad librum us-
que XCI. perductum, adeo vile unquam habitum fuisse, ut
illud delendum ulla voluerit aetas. Credamus itaque, haecce
folia, ut reiectanea, compendii facta fuisse: fierique potuisse,
ut etiam hic locus inter damnationis causas fuerit 62). Sed

60) Plutarchus in Sert. cap. 1. Sertorium appellat Ἀρρίβον
ἡμεράτερον πρὸς πολεμίους, qui locus Ithrio obversabatur; ideisque ibidem cap. 18. de eodem Sertorio: ἔλε-
χιστα γάρ δοκεῖ θυμῷ χαρίσασθαι τῶν στρατηγῶν οὗτος
ἄνήρ.

61) Ita Ihrius vocat codicem Vaticanum, cuius membranae
ex variis et diversis codicibus de prompta sunt.

62) Haec speciosa dictu potius, quam vera esse, non so-
lum ex ceteris huius codicis foliis, quae Niebuhrius non
sine fructu maximo per vestigavit, sed etiam ex aliis co-
dicibus palimpsestis, quos nostra potissimum aetate Mai-
lius et Peyronus in bibliothecis Mediolanensi, Vaticana
et Taurinensi excusserunt, satis superque intelligitur.
Late enim et libere, supra quam cuiquam credibile est,

hoc et huiusmodi similia alia mea nemini obtrudere velim.

IHRIVS. Quod ad scripturam huius loci attinet, pro INRITANTEꝝ et VICTO, quae Brunsii apographum et ed. Hamb. exhibent, in Brunsii schedis atque edd. Rom. Neap. et Mannh. INRITANTES et VICTO exstat, quorum utrumque Brunsius primum etiam in apographo suo positum postea denum correxit. Neutrum tamen scripturae a nobis expressae praferendum. Idem enim Brunsius, codice iterum iterumque inspecto, in Epist. ad Kennicott. p. 553. voce INRITANTEꝝ usus est exemplo, quo librarium signo ꝑ, quod in fine versuum literae M saepius substituit, etiam ad indicandum aliarum literarum defectum uti demonstraret. Atque idem signum, si edd. Rom. et Neap. fides habenda atque nostrae conjecturae locus concedendus est, lin. 45. 55. ubi Brunsii apographum atque ed. Hamb. Iꝝ pro Iꝝ offernut, et 184. pro litera N ponitur. VIGTO autem eo minus in VICTO mutandum esse videtur, quo certius est, librarium, qui lin. 146. PR1^o et lin. 215. REGI^o scripsit, in fine lineae interdum literas minoris moduli subiecisse; quanquam alibi, e. g. lin. 235. ab hoc more discessit. Ita etiam, ut hoc addam, Virgilii codex Mediceo - Laurentianus, ad saeculi quinti finem referendus, exaratus est charactere capitali minore, admixtis tamen nonnullis minusculis. Vid. Heynium de Virgilii Codd. MSS. p. 134. Restat, ut paucis absolvam de conjecturis Ihrii, qui librarium, permutatis duarum vocum terminationibus, inritantes oppugnaverat pro inritaverat oppugnantes scripsisse existimavit, et Weiskii, nunc loco quidem a me disiuncti, sed amicitia mihi coniunctissimi 63), qui librarium eodem errore lapsum inritantem oppugnaverat pro inritaverat oppugnantem exarasse suspicatus est. Librarios interdum hoc modo peccasse, et per se credibile est, et confirmatur loco Liv. XLIII, 7. ubi similiter pro quum interrogati non infitiarentur, quod Grynæus certissima emendatione Livio restituit, in codice Vindobonensi cum infitiati non interrogarentur scriptum

haec pestis in praestantissimos scriptorum antiquorum libros, quorum iactura nunc resarciri nequit, videtur esse grassata.

63) Hic enim ante hos quindecim annos, prius quam in Afraneo nostro collegii necessitudine cum eo coninngerer, ultro mihi obullit fragmenti Liviani emendationes atque supplementa, quae nostris adnotationibus interponere eo minus dubitavi, quo maiorem ingenii sagacitatem produnt et quo luculentius illis decus atque ornamentum addunt.

exstat. Quodsi mihi optio detur, ut alternram correctionem eligam: Weiskii certe, quam Ihrii, rationem sequi malim, quod illa, quum *oppugnantem et victorem, atque irritaverat et placabilorem fecit*, sibi invicem accuratissime respondeant, maiori orationis concinnitate commendatur. Verum tamen membranarum vetustissimarum auctoritate permotus, licet INRITANTE et *inritantes et inritantem* pronuntiari possit, intactam reliqui vulgatam codicis scriptram, cuius sensum interpretes fragmenti ad unum omnes adsecuti sunt. Idem etiam bene perspexerunt, non cum Ihrio cogitandum esse de virtute Sertorianorum, sed ipsius Sertorii, qui quidem, etsi Contrebiensium obfirmate resistentium pertinacia ad iram irritatus, tamen persuasum habebat, *claram victoram vincendo oppugnantes, non saeviendo in afflictos, fieri; eamque praeclaram victoram ducebat, in qua plus esset clementiae, quam crudelitatis.* Vid. Liv. XLII, 8. et Cornel. Timol. cap. 2. coll. Plutarch. Sert. cap. 1. 5. et 18. quos locos cum Ihrio supra adscripsimus not. 60.

Lin. 27. MODICA] Fortasse A~, quam notam utrum librarius praetermisserit, an vetustas ab oculis renoverit, non quo statuere. Alterutrum quidem certe potuit: infra enim lin. 110. manifesto AD TVENDA pro AD TVENDAM. Vide locum. IUVENATIUS. In apographo schedisque Brunsii non minus quam in ed. Hamb. MODICA~ legitur, quod editore Mannhemensi praeeunte recepi.

Lin. 29. 30. TRANS*VGAS] Literam F, quam in codice Vaticano, qualis nunc est, et quidem in folii 73. partis aversae ora superiore prorsus intercidisse, characterum specimina editioni Romanae adiecta docent, h. l. inserendam esse, nemo non videt. Ceterum in fine lin. 29. pro TRAN in edd. Lips. et Bass. TRAN, in ed. Bip. TRAN, atque in ed. Mannh. TRAN parum accurate scriptum reperitur. Vid. Brunsii Epist. ad Kennicott. p. 333. et not. 17.

Lin. 31. AD SE] Prima huius columnae litera A non est reliquis maior, ut in ed. Rom. NIEBUHRIUS. Idem valet de lin. 91. 151. et 211. ubi etiam literae initiales columnae quartae, sextae et octavae in edd. Rom. et Neap. sunt aliquanto grandiores. Brunsii apographum cum ed. Hamb. eas tantum lin. 31. 91. et 151. ceteris paullo maiores exhibet.

Lin. 31 — 35. ET FVGITIVOS—INTERFICERENT] Illa interpunctio, quam exhibet Cl. Brunsius, ita explicanda verba Livii docere videtur, ut indicaverit, fugitivos numero maiori fuisse, quam transfugas. Sed hunc sensum minime reor hi-

storicum nostrum agniturum fuisse. Ut autem huic loco lux aliqua affundatur, dispiciendum erit, quid discriminis fuerit inter *fugitivum* et *transfugam*, idque eo magis, quum lexicographi hac in re nos fere destituant. Apud Livium saepissime *perfugae* atque, quod idem erat, *transfugae* et *fugitivi* iunctim positi inveniuntur, in primis ubi devictis urbibus imperari consuevit, ut utrosque sine fraude dederent. Lib. XXX, 57. *Perfugas, fugitivos, et captivos omnes redderent Romanis;* cap. 43. *Perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt;* XXXVIII, 11. *Perfugas, fugitivos captivosque reddito Romanis.* Haec ut rite intelligantur, observandum est, *fugitivos* non nisi servos dici, qui a dominis ausfugerant, et inde, qui id egerunt, ut ubi celarentur haec mancipia, indicarent, vulgo appellatos fuisse *fugitivarios*. *Perfugae* vero erant, qui a suis desciscentes in hostium castra transibant, aut post commissa facinora impunitatem quaesituri, aut adversus suos ipsorum cives arma moturi. Hi vero liberae conditionis erant, utpote quibus solis concessum erat, arma gerere. Amborum conditio luculenter indicatur in foedere Romanorum cum Antiocho rege icto, apud Livium lib. XXXVIII, 58. ubi inter alias pacti leges convenit, *ut servi, seu fugitivi seu bello capti, seu qui liber captus aut transfuga fuerit, redderentur Romanis sociisque.* Conferri ulterius meretur Donatus ad Livii lib. XXII. cap. 23. ubi varia in hanc rem facientia eruditè observantur 64). His ita positis, ulterius meminisse oportet, inter sanctissima iura Quiritium id habitum fuisse, quod vetaret, ne quis civium Romanorum indicta causa ad supplicium duceretur. Sertorius itaque, qui adhuc reverentiam erga sanctiones civium suorum servabat, imperavit, ut, qui apud Contrebienses commorabantur *perfugae*, utpote liberi homines, ad se adducerentur, causam dicturi 65): de servis vero

64) Drakenborchius quidem ad Liv. XXII, 23, 4. locos attulit ab Ihrio laudatos, in quibus, ut etiam Liv. XXX, 16. XXXI, 19. et alibi *perfugae fugitivis* iuncti reperiuntur; sed Donatus ad Liv. XXX, 45, 11. de utroque nomine fusius disputavit. Rupertius Forcellinum, opinor, secutus ad posteriorem Livii locum contra Ernestium et Doeringium monuit, *fugitivos* non solum dici servos a dominis profugos, sed etiam milites ex fuga palatos et ab hostibus interceptos. Quod utrum vere, an falso statuerit, alii viderint. In hoc fragmento saltem hand dubie de servis fugitivis cogitandum, quum hic quoque, ut Liv. XXXVIII, 38. *fugitivos*, ab Auct. de Bell. Hisp. cap. 22. *servi transfugae* appellatis, *transfugae liberi* opponantur.

65) Sertorius utique *transfugas*, si non graviore, at igno-

statim supplicium sumi voluit, adeoque Contrebiensibus imperavit, ut *ipsi* eos interficerent. Tu itaque virgulam vel mininam distinctionem, loco motam, post antecedentem vocem repone. *IHRIU*S. Ambae editiones perperam ET addunt. *NIEBUHRIU*S. Etiam in Brunsii apographo schedisque legitur copula, quam Niebuhrri auctoritate delevi. Vid. infra notam ad lin. 49. De verborum distinctione sic habeto, duplificem huius loci interpunctionem in primis fragmenti editionibus reperiri. Brunsius in ed. Hamb. scripsit: *Transfugas liberos vivos ad se adduci iussit, et fugitivos, quorum maior multitudo erat ipsis, imperavit ut interficerent*. Hanc verborum distinctionem, quae Ihrio recte displicuit, Anglicus fragmenti interpres in versione secutus est. In edd. Rom. et Neap. orationis membra ita sunt divisa: *transfugas liberos vivos ad se adduci iussit, et fugitivos, quorum maior multitudo erat. Ipsi imperavit, ut interficerent*. Sed iam Sivrius in nota fragmento subiecta recte monuit, *verba ipsis imperavit, ut interficerent*, non maxima, sed minima distinctione ab antecedentibus esse separanda. Huic et Ihrio postea editor Mannhemensis et Noelius accesserunt 66), quos, omissa tamen copula, cum Niebuhrrio secutus sum. Ceterum, mutata quoque et emendata huius loci interpunctione, hoc certe manet, fugitivorum numerum maiorem fuisse, quam transfugarum; quod Livium narrasse, nescio quo errore ductus, negavit Ihrius sub notae initium, ubi id agens, ut quam Brunsius exhibuit, distinctionem reprehenderet, pronomen *ipsis* sexto casu pro *illis* possum ad *transfugas* retulisse videtur.

Lin. 35. 36. IVGVLATOS DE MVRO DEIECERVNT.]
Sensem horum verborum, quibus ex Brunsii apographo et ed. Hamb. punctum addidi, in edd. Rom. Neap. et Mannh.

miniosiore saltem supplicio affecturus erat. Etenim alias quoque de perfugis gravius, quam de fugitivis, consultum esse constat. Vid. Liv. XXIV, 20. 30. 45. et in primis XXX, 43. coll. Valer. Max. II, 7, 12. quem locum illustravit Ivenatus ad lin. 186. De poenis transfugarum cf. P. Fabri Semestr. I, 18. quem librum Duker. ad Liv. Epit. LI. laudavit, et Cort. ad Sallust. Iug. 56, 2.

66) Brotierius in Taciti ed. Paris. Tom. IV. p. 556. et Brossius, verba Livii ceteroquin recte interpretatus, in fragmentorum Sallustianorum ed. Divionens. p. 15. cum Lallemando servarunt Brunsii distinctionem huius loci minus accuratam, cui editor fragmenti Liviani Bassanensis p. 100. et Schlueterus in vernacula operis Brossiani versione Vol. II. p. 143. eam substituerunt, quam nos cum Niebuhrrio recepimus.

omissum 67), ridicule pervertit Ihrins, qui supra p. 378. ad hunc ipsum locum respiciens: *Non quidem constat, inquit, qua altitudine fuerint moenia Contrebiensium; admodum tamen excelsa fuisse, inde constare poterit, quod mox indicatur, deiectos inde servos certam mansisse mortem.* Piget contra monere, Livium nihil aliud narrare, quam Contrebienses fugitivorum iugulatorum cadavera de muro praecipitasse, sive per ludibrium, sive ut se Sertorii imperium exsecutos esse ostenderent. Similia de Pompeianorum militum crudelitate in hospites Ateguenses retulit Auct. de Bell. Hisp. cap. 15. hunc in modum: *Quum bene magnum multitudinem telorum ignemque nostris defendantibus iniecissent, nefandum crudelissimum facinus sunt adgressi, in conspectuque nostro hospites, qui in oppido erant, iugulare et de muro praecipites mittere coeperunt, sicuti apud barbaros: quod post hominum memoriam nunquam est factum.* Neque ab his abhorrent, quae Livius ipse lib. XLI, 11. de Istris memoriae prodidit, qui *in eadem coniugum ac liberorum versi, etiam, ut spectaculo hostibus tam foedum facinus esset, palam in muris trucidatos praecipitabant.*

Lin. 38. QVATTVOR] Pro vulgari *quatuor*, nota scripturae diversitate, non solum in antiquis inscriptionibus, sed etiam in codicibus optimis, veluti Sallustii fragmentis, quae Niebuhrius ex schedis Vaticanis descripta mecum communicavit, et Livii codice Vindobonensi, passim obvia; de qua vid. Schneideri Gramm. Lat. Part. I. Vol. II. p. 446.

Lin. 39. 40. GONTEBRIA] Addita est R litera supra T et E, tum alteri post B punctum superne notatum est, ut fieret CONTREBIA. *Quis autem nescit, punctum inferius, vel superius appositum literis in antiquis codicibus eas expungere?* Quae verba sunt optimi atque doctissimi senis Io. Caetani Bottarii in Notis et Emendationibus ad vetustissimum exemplar Vaticani Virgilii ab eo editum. De R superaddita exempla quoque in veteribus libris passim occurunt, et videri potest Gellius lib. II. cap. 3. ubi ad eundem modum de voce *aena* in libro Aeneidos secundo, miranda vetustatis, quem Fidus Optatus ipsius Virgilii fuisse credebat, illo versu: *Exsultat telis, et luce coruscus aena, Additam, inquit, supra vidimus h literam, et ahenā factum. IUV-*

67) Brotierius quoque, licet ea legisset, quae Brunsius in Epist. ad Kennicott. p. 553. scripsit, tamen in Taciti ed. Paris. Tom. IV. p. 549. punctum omisit.

NATIUS. In hoc ipso Livii fragmento lin. 52. FIERET pro FIERENT, et lin. 190. AGOS pro AGROS scriptum reperiatur. Operarum errore ed. Lips. cum Bip. CONTERBIA, et ed. Mannh. CONTEBIRA exhibet pro CONTEBRIA, quod non solum in apographo schedisque Brunsii, sed etiam in edd. Hamb. Rom. et Neap. ceterisque omnibus exstat. De Contrebia, urbe Hispaniae citerioris seu Tarragonensis in Celtiberorum finibus, qua Carpetaniam attingebant, a Livio XL, 33. aliisque commemorata, praeter Livii interpretes ad l. l. et Dantillium Comm. p. 763. ed. Paris. cui Brotierins supra ad lin. 16. accessit, vid. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 461. sq. Anglicus fragmenti interpres, qui nescio quos auctores secentus Contrebiam nunc *Tortosa* vocari dixit, facile erroris convinci potest, quum et satis constet, hanc urbem cis Hiberum sitam olim *Dertosa* fuisse appellatam, et ex hoc ipso fragmento intelligatur, Sertorium, Contrebia expugnata, ad Hiberum copias adduxisse, atque postea de mun ad Calagurim Nasicam flumen illud, ponte facto, cum exercitu traieciisse.

Lin. 41. L INSTEIO] Sic notas praenominum solet, puncto ad utrumque earum latus adscripto; quod valde notandum est: nec enim alibi huius moris exempla, nec in scriptis libris, nec in veteribus lapidum, aut aeris tabulis observare memini. Tantum Graeci nunc epigrammatis in mentem venit in marmore scalpti, quod marmor extare aiunt Neapolii, in quo subdita in voce εὐνότας vocalis, quum ab antecedente et subsequente seiungenda esset ad versum sustentandum, duobus pariter punctis inclusa est, hoc modo: ETNO·I·HC. Afferam autem integrum ipsum epigramma, quale iam ab aliis editum est:

ΣΗΜΑΦΙΛΕΙΝΩΤΟΤΟΦΙΛΑΩΔΕΙΜΕΝΘΕΡΑΠΟΝΤΙ
ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣΠΑΛΗΣΕΙΝΕΚΕΝΕΤΝΟ·I·HC 68).

Quod iecirco adscripsi, ut intelligatur, quantulae res quam tam viris ingenio et eruditione praestantibus molestiam et difficultatem saepenumero obiiciant. Ecce enim alias in priore versu ΔΕΙ scalptum pro ΔΕ fuisse suspicatus est;

68) Σῆμα Φιλείνω τοῦτο φίλῳ δεῖμεν θεάποντι
Ιπποκράτης πάσης εἰνενεν εύνοτης.

Hoc epigramma ex Ignarra de Palaestra Neapol. p. 167. repetit Iacobsius in Antholog. Gr. Tom. II. p. 858. n. 318. atque in notis criticis Tom. III. p. 952. conferri iussit Ruhnken. in Biblioth. crit. Vol. II. Part. I. p. 83.

alius pro ΔH malebat; denique tertius extitit, qui ipsum ΔEI retinuit, atque ex Hesychio πρέπει interpretatus est. Ita quod in epigrammate scriptum nusquam erat, omnes videbunt; quod scriptum erat, suaque veluti sponte sese in oculos ingerebat, non viderunt. Quanti enim, quaeso, acuminis fuisse δεῖμεν ὑφὲν ἀρτὶ τοῦ ἔδειμεν ἰωνικῶς positum agnoscere? Haec iam scripseram, quum venit ad me visendi causa, ut solet, adolescens nobilissimus et Gaspare patre, quem ego virum ob singularem quandam doctrinae ac virtutis praestantiam semper maximi feci, dignissimus, Aloysius de Torres, qui epigrammate perfecto (est enim quum multis liberalibus studiis atque artibus supra communeum eius aetatis captum praeditus, tum Latinis Graecisque literis insigniter eruditus) hanc quidem meam lectionem probavit, sed interim petiit, ut tentarem eosdem versus Latine reddere; quod petenti qui potui non concedere? Itaque non belle quidem, sed tamen ut res possit intelligi, sic converti:

Hippocrates dulci posuit monumenta Phileno

Servo haec omnigenae pignus amicitiae.

Idem quia dixerat antea, dubitare se, an duo illa ΔEI MEN iuncta in marmore legerentur, an potius aliquid spatii inter utrumque μόριον intercederet manus, quam in eiusdem distinctionis syllabis aut literis solet, eamque sibi videri doctis viris alucinandi causam fuisse; egoque contra Graecas inscriptiones antiquiores continentis notarum serie, nullis verborum aut syllabarum interordiniis exarari consuevisse, obieceram, protuleramque in eam rem, quod tum primum in manus venit, alterum epigramma, quod sculptum vidi Romae tribus quatuorve ante annis supra τοῦ humani σκελέτου figuram, in quo continuata (quod contendebam) sculptae literae visebantur, ille ut hoc pariter epigramma, quod satis elegans ac festivum esset, huic scholio adiungere et in Latinum sermonem item ut superius converterem, magnopere mihi auctor fuit; cui etsi videbar, si morem gererem, longius quam par erat, progressurus; tamen quod non utiliter, nec nulla eorum, qui lecturi essent, voluptate ab instituto divertebam, non invitus feci, ut obtemperarem. Graecum igitur epigramma tale est:

*ΕΙΠΕΙΝΤΙΑΤΝΑΤΑΙΚΗΝΟΣΛΙΠΟΣΑΡΚΟΝΑΘΡΗΣΑC
ΕΙΠΕΡΤΛΑΣΗΘΕΡΣΕΙΤΗΣΗΝΩΠΑΡΟΔΕΙΤΑ 69).*

69) Εἰπεῖν τις δύναται, συῆνος λιπόσαρκον ἀθρήσας,
Εἰπεξ "Τλας, ἡ Θερσείτης ἦν, ὃ παροδεῖται;

Quod sic converti potest:

Quis potis, adspiciens nudato iam osse cadaver,

Thersites, an Hylas fuerim, dixisse, viator?

Et brevius, ut multo ante verteram:

Quis osseam, viator, intuens formam,

Hylasne fuerim, dicat, anne Thersites?

Osseam formam dixit Ovidius, ut opinor, in Ibin 70), et *cadaver osse nudato* pro eodem commode accipi posse sum arbitratus: etsi utrumque a Graecae locutionis vi et venu-
state longissime abest. Συῆνος autem praeter scriptores,
quos affert doctissimus Laelius Bisciola in suis Horis sub-
secivis, offendi hac ipsa significatione in Democratice gnome
1. et 2. Ocello Lucano in Fragmento de legibus, Timaeo
Locro, aliisque Pythagoreis scriptoribus. *IUVENATIUS. L.*
(forte potius *C.*) *Instelo, praefecto equitum.* Is mihi videtur
esse *C.* Instelus, praefectus equitum, qui infra memoratur
lin. 217. 218. Proclivis autem fuit error, ut *L.* pro *C.* ma-
xime in unciali charactere ac detrito legeretur. Si *L.* *In-*
stelo legendum est, quae sit eius dignitas militaris ignoratur.
BROTIERIUS. Eundem librariorum morem, cuins ignarum
se esse, Iuvenatius fatetur, Maius non solum in rescripto
codice Mediolanensi, sed etiam in aliis plurimis licet non
antiquissimis manuscriptis deprehendit, in quibus literae
compendiariae pariter duobus punctis includuntur. Vid. M.
Tullii Ciceronis sex orationum partes ante nostram aetatem
ineditae etc. Ed. alt. Mediol. 1817. Praefat. alt. p. 39. sq.
Atque etiam in Livii codice Vindobonensi praenominum et
numerorum notis puncta in utroque latere passim apposita
reperiuntur. Erotierii autem de hoc loco in integrum resti-
tuendo sententia per se quidem nihil habet, quod displiceat,
quam literae *C* et *L* alibi quoque, v. c. Liv. XXVIII, 8, 14.
et Curt. V, 1, 25. in notis numerorum, a librariis permuta-
tae sint, ac fieri sane potuerit, ut Sertorius eundem *C.* In-
stelum, sive potius Insteium, hieme instante Contrebiae re-
linqueret atque principio veris Segoviam et in Vaccaeorum

Hoc epigramma in Jacobsii Anthologia Graeca frustra
quaesivi. Ex eo Schaeferus verba συῆνος λιπόσαρκον et
παροδίτης, pro vulgari παροδίτης positum, intulit Ste-
phani Thes. Gr. Ling. Part. XX. p. 6551. atque Part.
XXV. p. 8261. et 8453. ed. Lond. Pro Θερσείτης apud
Homer. Iliad. II, 212. 244. et alibi Θερσείτης scribitur.

70) Vers. 146. *ossea forma* legehatur ante Nic. Heinsium,
qui *ossea larva* ex uno codice reposuit.

gentem ad equitum conquisitionem mitteret. At quidni statuamus, praeter Hirtuleios fratres, quos sub Sertorii signis militasse ex Flor. III, 22. et Oros. V, 23. discimus, duos alios duces eiusdem nominis, praenomine diverso, in Sertorii exercitu fuisse, quorum opera summus imperator in bello administrando interetur? Pro INSTELO, quod Brunsii apographum schedaeque cum ed. Hamb. offerunt, ex edd. Rom. et Neap. INSTEIO, quod Niebuhrius tacito adsensu comprobasse videtur, in textum recipere non dubitavi; quantum infra lin. 217. 218. INSTELVM omnes omnino editiones exhibent. Quin etiam, si hoc quoque loco INSTELO in codice Vaticano legeretur, necesse esset hic *Insteio* et infra *Instelum* scribere, quum *Insteius*, ut *Anneius*, *Carteius*, *Fonteius*, *Nanneius*, *Petreius* et *Pompeius*, sit nomen gentile formae Romanae, *Instelus* non item. Commemoratur *M. Insteius* a Plutarcho Anton. cap. 65. et *Insteius Capito* a Tacito Annal. XIII, 39. ubi similiter cod. Bud. *Iustello* 71), atque a Velleio II, 16. ubi Ruhnkenius nostri fragmenti quoque mentionem iniecit et de gente *Insteia* conferri iussit Cuiacii Observ. X, 37. quibus Oberlinus ad Taciti l. l. addidit lapidum titulos apud Gruter. p. 172. et 362. Qua quidem in re tota quin plane mecum consentiat Iuvenatius in nota ad lin. 217. 218. hoc tantum insuper adiiciam, vicum urbis Ronae ab *Insteia* gente nominatum memorari Liv. XXIV, 10. ubi pro *vico Istrico* codicum optimorum auctoritate *vico Insteio* rescripsi.

Lin. 42. * * *] Desideratur *cum praesidiaria manu*, aut aliquid huiusmodi. *IHRIUS*. Admisi Kreyssigii supplementum: *cum modico praesidio*, ne quid hiulcum remaneret: at fatendum est, nihil esse unde colliganus, modicumne an validum firmumve praesidium Contrebiae relictum fuerit. *NIEBUHRIUS*. Brossius qui *civitati praeesset*; Harduinus *custode*, pro quo, quum lacunae spatium non expleat, *custodis*

71) De creberrima literarum I et L permutatione praeter notas ad lin. 158. 159. et 234. vid. quos laudavit Drakenborch. ad Liv. II, 23, 3. et adde, in Ciceronis quoque scriptis *Staleno*, quidquid post Ernestum Ellendtus ad Brnt. cap. 68. obloquatur, cum Niebuhrio p. 57. et Peyrono p. 190. substituendum esse *Staienum*, quod nomen Heusingerus recte derivavit a gentili *Staius*, de quo cf. Ruhnken. ad Vellei. II, 69. In fragmento Liviano, ut nec hoc omittam, errore operarum ed. Ern. exhibit *Insteio*, quod editor Oxoniensis non solum cum Rupertio et Lenario servavit, sed etiam infra pro *Instelum* vel *Instcium*, quod unice probamus, vel *Iusteum*, quod magnopere reprobamus, scribendum esse censuit.

loco ex Iul. Caes. B. G. VI, 6. reponere malim, inserendum esse censuit. Qum Contrebia caput belli finisset atque Serterio verendum esset, ne Celtiberi, abducto exercitu, pro insita genti perfidia, quam olim, id quod Livius XL, 50. narrat, Ti. Sempronius Gracchus senserat, extemplo rebelarent; nunc malui supplere: cum valido praesidio.

Lin. 43. IPSE] In utraque editione IPSE deest: quod in membranis in eodem versu legitur. *NIEBUHRIUS*. In schedis Brunii hic versus ita scriptus est, ut sub initium eius vocabulum deesse videatur.

Ibid. AD HIBERVM FLVME] Nunc *Ebro* dicitur; de quo Plinius H. N. III, 3. *Iberus amnis navigabili commercio dives, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iuliobriea, nunc Fuente d' Icero, per CCCCL. M. pass. fluens: navium per CCLX. M. a Varia oppido, nunc Logroño, de quo infra adhuc dicitur, capax, quem propter universam Hispaniam Graeci appellavere Iberiam. Videre est apud eruditum Florez, *Medallas de España*, Tab. LII. n. 12. rarissimum insignemque nummum, in quo caput hominis ex ore aquam proiecuntis: infra HIBERVS. Inde constat tum antiqua orthographia, cui favet codex Vaticanus, tum Hispanum fluminis symbolum. *BROTIERIUS*. De scriptura nominis *Iberus* vid. Schneideri Gramm. Lat. Part. II. Vol. I. p. 194. Pro FLVME, cuius loco in edd. Rom. Neap. et Mannh. FLVME⁷²⁾ exstat, Brunius in apographo, ut in schedis, FLVMEN scripsit, sed postea literam N delevit, ita ut ed. Hamb. cum apographo conveniat. Cf. notas ad lin. 67. 68. 72. et 184. Sed haec leviora sunt. Illud paullo gravius, quod Niebulrius edidit ad *Hiberum flumen*; cur ita ediderit et a vulgata scriptura discesserit, in notis non significavit. Verum hoc ipso silentio facile adducor, ut credam, vocabula *flumen* et *fluvius*, quae, ut *amnis*, notis quoque fluminum nominibus interdum a Livio addita esse, Drakenborch. ad Liv. II, 32, 2. docuit, per errorem 72), cuius origo patet, hic aeque permutata esse, ac Liv. XXXIII, 4. ubi vide quae adnotavimus.*

Lin. 44. 45. HIBERNACVLIS] *Hibernacula*, i. e. tabernacula pellibus coniecta, primum ad Veios a. n. c. 351. Varr. a Romanis exaedificata esse, testatur Livius V, 2. *hibernacula etiam, res nova militi Romano, aedificari coepit*. Cf. Liv. XXX, 3.

72) Contrario errore in Erotierii nota ad lin. 194. ed. Mannh. *flumen* pro *fluvium* exhibet.

Lin. 46. 47. CASTRA AELIA] Cuius oppidi nusquam, quod equidem sciam, non modo apud geographos, sed ne in aliorum quidem veterum, aut recentium scriptorum monumentis mentio sit. Θέοις ex his, quae narrat Livius, dextra Hiberi ripa. Hoc amplius antem, si conjecturis dandus aliquis locus est, qua Celtiberi Hedetanos attingebant, et ntrique amnem, non longe a Salduba, seu Caesarangusta: ut qua in urbe annis post propter eius frequentiam, vel loci, quod veri mihi similius videtur, opportunitatem iuridicus conveniens constitutus est, qui idem omnium, in quos Hispania citerior, Baetica etiam ac Lusitania, (si recte rationes subduxii) dividebantur, amplissimus fuit, prope eandem urbem prudenterissimus imperator hac eadem opportunitate loci usus conventus suos sibi agendos statuerit. Adde, eundem inter Ilercaonum et Vasconum regionem castra metatum fuisse, ut et ab maritima quidem ora abesset, et antequam educto ex hibernis milite ad Calagurim veniret, per complurium urbium agros praeter Hiberum amnem iter facere necesse haberet. Sed haec Hispani doctiores viderint. Tantum addam, Contrebiam, ex qua Sertorius castra movit, ultra Hiberum fuisse sitam, notius esse, quam ut pluribus a me dici necesse sit.

IUVENTATIUS. Oppidum illud uni Livio memoratum, propinquum fuit Hibero fluminis; ita sane dictum ab Aelio aliquo, qui castra ibi condiderit. In Oscae, nunc *Huesca*, nūmīmis memoratur C. AELIVS II. VIR, id est, C. Aelius duumvir.

BROTIERIUS. Multa Hispaniae aliarumque terrarum oppida castris, praesertim hibernis, olim ibi positis et originem et nomen debere, satis constat. Vid. Casaub. ad Suet. Octav. cap. 18. Freinshem. ad Curt. IV, 7, 2. et Tzschuck. ad Mel. I, 7, 2. Vol. III. Part. I. p. 171. Castrorum Aeliorum situm non accurate definiri posse, fatetur Ukert. Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 464. ubi idem in nota perperam tradidit, Danvillium Comm. p. 763. ed. Paris. censuisse, hoc oppidum, in dextra Hiberi ripa situm, non diversum esse a Lusitaniae oppido, quod Plin. H. N. IV, 55. *Castra Caecilia* vocatur. Quum Aelium aliquem bellum in Hispania gessisse, non meminissem, olim suspicabar, pro *Castra Aelia*, syllaba *mi* inserta, *Castra Aemilia* scribendum esse, atque hoc oppidum nomen traxisse a L. Aemilio Paullo, qui propraetor Hispaniam ulteriore sortitus, primum quidem a Lusitanis caesus est, postea vero in Hispania prospere rempublicam gessit. Vid. Liv. XXXVI, 2. et XXXVII, 2. 46. 57. 58. coll. XLIII, 2. Neque tamen huic conjecturae nunc multum tri-

buo; praesertim quum Castra Aelia haud dubie in Hispania citeriore sita fuerint et Ptolemaeus II, 6. commemoret urbem *Aemiliana* in Oretanis, quae et ipsa a L. Aemilii Paulli castris, quod vocabulum Schwarzius in Cellar. Notit. Orb. Ant. Tom. I. p. 100. in huius urbis nomine subaudiri putat, appellari potuit. Etenim locus in Africa, ut hoc utar, quem Plin. H. N. V, 4. et Mel. I, 7. *Castra Cornelia* vocant, a Iul. Caes. B. C. II. 24. et 25. *Castra Corneliana* nominatur.

Lin. 49. MANEBAT INTERDIV] Quam olim proposui conjecturam, verbum *manebat* copulam et *intercepisse*, eam nunc ita retracto, ut non tam scripturam, quam interpolationem loci mutandam, atque post *manebat* pro commate colon, vel cum Brossio, Rupertio et Noelio semicolon ponendum esse censem. Sic Livius supra, ut hoc uno, quod in promptu est, exemplo defungar, scripsit: *Transfugas liberos vivos ad se adduci iussit: fugitivos, quorum maior multitudo erat, ipsis imperavit, ut interficerent.* Ibi enim Niebhuriūm copulam codicis auctoritate eiecisse vidimus. Vocabulum *interdiu*, quod Anglicus fragmenti interpres omisit, Sivrius per errorem inexcusabilem cum *interdum* confudit, vertens: *allant seulement quelquefois tenir dans la ville l'assemblée des cités alliées;* quanquam Brossius quoque, salva tamen loci sententia, voculam *quelquefois* versioni suae inseruit. Quodsi quis, optima quaeque depravandi libidine inductus, vocabula *interdiu* et *interdum* a librario permutata esse existimaverit, nae is, hercle, ab horum verborum sensu aliquantum aberrabit, quum Livius hoc sibi velit, Sertorium more suo in castris hibernis pernoctasse et interdiu conventus sociorum in urbe egisse. Cf. Plutarch. Sert. cap. 6. quem locum Ihrius paullo post ad lin. 51. 52. adscripsit, et Iuvenatii notam ad lin. 202. 203.

Lin. 51. CIVITATIVM] *Civitatum* hic scriptum observare licet, non *civitatum*, quod crasin pae se fert. Utramque vocis formam in usu fuisse, iam M. Terentius Varro indicavit de Ling. Lat. lib. VII, 37. ed. Gothofred. Interim tamen orthographiae, quam hic deprehendimus, adstipulantur tam marmora antiqua, quam optimae notae codices vetusti, qui etiam Livio tribuunt *hospitium, necessitatum, aetatum, principium, simultatum, clientium, supplicium pro hospitum, necessitatum, aetatum, principum, simultatum, clientum, supplicum.* Vid. omnino Drakenborsch. ad Liv. IV, 33. et XXXIII, 20. qui etiam in sua editione ubique *civitatum* exhibet, Gronovii inconstantiam taxans, qui utrumque habet, sed *civita-*

tum saepissime. Cf. etiam Vossium de Arte Gramm. lib. II. cap. 14. p. 744. *IURIIUS.* Eadem huius nominis forma, quam etiam Livii codex Vindohonensis ubique tuerit, ex hoc loco et lin. 85. Livio infra lin. 80. restituatur. Vid. quos hac de re laudavit Schneiderus in Gramm. Lat. Part. II. Vol I. p. 253. et praeter Niebuhrii notam ad lin. 85. adde Ioach. Iungii Specimen lectionum variantium codicis membranacei Liviani saeculo XI. exarati, qui in bibliotheca Collegii Medici adseratur. Part. II. Hafn. 1784. ad Liv. I, 9, 1.

Lin. 51. 52. IN OPPIDO AGEBAT] Illustrari hic dicta possunt ex Plutarcho, qui commemorat, Hispanos imperio Romano minus fuisse eam ob causam, quod eorum duces Hispanorum oppida militum hospitiis ninnium vexarent. Sertorius itaque, ut hanc invidiam declinaret, Hispanosque adeo a Pompeianis alienaret, hibernacula secundum oppidum, Castra Aelia vocatum, aut, ut Plutarchus ait, in suburbio eius aedificanda curavit. Notata digna sunt verba huius scriptoris in Sert. cap. 6. μάλιστα δὲ τῶν ἐπισταθμῶν ἀπαλλάξας ἡγαπήθη. Τοὺς γὰρ στρατιώτας ἡνάγυαξεν ἐν τοῖς προστετίοις χειμάδια πήγνυσθαι, πρῶτος αὐτὸς οὖτω παταχηνῶν, h. e. ex interpretatione editionis Parisinae: *in primis vero grata fuit eis hospitorum praebendorum sublata necessitas.* Siquidem milites hibernacula in suburbis coegerit constituere, ac tabernaculum suum ipse ibi princeps (i. e. primus) locavit. *IURIIUS.* Vid. supra notam ad lin. 49.

Lin. 53. PRO COPIIS CVIVSQ· POPVLI] Hoc est, pro suis cuiusque populi facultatibus, vel, quantum quisque possit, ut Livius XXVIII, 45. et XLI, 5. loquitur. Similiter *pro copia* et *pro copiis* dixit Livius XXV, 2. XXVI, 11. XXVII, 6. et XXVIII, 21. atque Sulpicius in Cic. Epp. ad Fam. IV, 12. *pro ea copia*, *quae Athenis erat.* Ad Virgil. Aen. V. 10. *quae cuique est copia*, Servius: *pro sua quisque facultate*, *qua formula* Cicero Tusc. I. 45. eodem sensu usus est. Aliter Sallust. Cat. 59. *pro loco atque copiis*, i. e. *pro loci natura et militum numero.* Ceterum pro CVIVSQ·, ut obiter hoc addam, CVIVSQ in edd. Rom. et Manih. atque Taciti ed. Paris. Tom. IV. p. 550. scriptum exstat. Vid. infra notam ad lin. 81.

Lin. 55. EDIXERAT] D litera non oblitterata est. *NIEBUHRIUS.* Ed. Rom. E : : IXERAT, Neap. E : IXERAT exhibet, atque etiam in characterum specimine editioni Romanae addito inter E et I spatium uni tantum literae enotandae sufficiens relictum est. In Brunsii apographo et ed. Hamb. EDIXERAT legitur; sed in schedis Brunsii EdiXE-

RAT deprehendi. Ergo Bransius non minus quam Iuvenatius primum de huins vocabuli scriptura dubitasse videtur; quanquam alibi in his ipsis schedis verba facili negotio exsculpenda, veluti quae in fragmenti initio leguntur, *Tamen insequenti*, et primum lin. 151. vocabulum *Regionem*, literis minusculis scripsit.

Lin. 55—60. QVIBVS INSPECTIS — AVT OPPV***] Haec non de industria quaesita, sed ultiro sub acumen stili subeuntia cur praeteream? Itaque excidit hic imprudenti integer choliambus: *referre cetera*, isque, qnod magis miraberis, constans ex puris iambis, praeterquam quod necessario, ut fiat claudus, recipi debet spondens. Sic infra: *agros quietum exercitum sine ullius*, ubi idem genus vides. Supra quoque ex illis verbis: *Hispaniae provinciae interesset trimeter catalecticus efficitur*, isque bene numerosus ac concinnus. Atque adnotaverat iam ante Quintilianus Institut. Orat. IX, 4, 74. Livium ab hexametri exordio historiarum suarum libros fuisse exorsum: *Facturusne operae pretium sim*. Quid si huc spectans hoc fragmentum legisset? Nam ut mittam anapaesticos ac trochaicos, trimetros quoque iambicos atque quadratos, quos bene multos ex tam brevi scripto possem eligere, sane adnotavi in eo iambicos dimetros ad viginti et eo amplius, plerosque liberoribus numeris fusos, quales comicorum solent, at quosdam valde etiam probos ac sonoros, ut curam possis agnoscere. Sed et initio statim fragmenti quod scribitur: *Tumen insequenti ipso p̄evigilante eodem*, si postrema in *insequenti* vocalis a subsequente non absorbeatur, habebitur integra strophe constans ex dimetro catalecticō, quem statim excipiet choriambicus, eritque similis illi: *Borysthenes Alanus, Caesareus veredus*. Quod si praeterea vocem loco, quae statim consequitur, exteris, recurret novus dimeter iambicus: *alia excitata turris*. Sed desino λεπτολογεῖν. Tantum in Hadriani his, quos proxime citavi, versibus adnotabo, dnos in medio male transpositos legi: *Vel extimam saliva sparsit ab ore caudam*, quum, qui prior ordine versus est, posteriore loco collocandus sit; quod Salmasium, Casaubonum, aliquique, qui illud poemation ediderunt, non vidisse, quis non miretur? Nam quod locus paullo superior ex tabulae archetypae fragmento, (quod in agro Aptensi effossum narrat Gassendus in vita Peireskii), exspectandum erat, ut restitueretur, id nemini quidem mirandum est 73). *IUVENATIUS*.

73) Hoc epigramma, primum a Pithoeo Epigrammat. et poemat. vet. lib. III. p. 145. insertum, deinde a Salma-T. Liv. Tom. IV.

Aut nimium fallor, aut pro *cetera*, unius literulae immutazione, *vetera* legendum. Alterum tum locum habere potuisset, si quaedam arma recensuisset historicus, quae militi retinenda tradita essent, addito edicto, ut *cetera* referrent. Evidenter hoc erit, si observetur oppositio veterum armorum novorumque, quae loco priorum horis matutinis inter milites dividebantur. Ita enim verba haec disponenda esse, res ipsa docet: *Arma ut fierent, pro copiis cuiusque populi, per totam provinciam edixerat: quibus inspectis referre vetera arma milites iussit, quae aut itineribus crebris aut oppugnationibus munimentorum inutilia facta erant. Nova mane per centuriones divisit etc.* Haec ut satis evidentia arbitror, ita manuissae loco tantummodo observabo, *inspicere* verbum esse imperatorum, usurpatumque, ubi ipsis videndum erat, ut omnia, quae ad belli apparatum pertinebant, proba essent et usui apta. Ita apud auctores legimus *inspicere equos, viros, classem etc.* Liv. XLIV, 1. *Auditio successoris adventu, quum arma, viros, equos cum cura inspexisset.* Auctor Belli Alex. cap. 56. *classem, quam parabat, ut inspiceret, Hispalim accedit.* Maiores nostri eodem sensu vapnasyne usurpabant, Galli *revue. IHRIUS.* Non solum *inspicere*, sed etiam *adspicere* hoc sensu dici, docuerunt Livii interpretes ad lib. XXVI, 51, 8. XLII, 5, 8. et XLIV, 1, 6. De versibus iambicis et hexametris prosae orationi admixtis vide quae disputavit Koenigius, Rector scholae Afranae celeberrimus, in Progr. quo numerosae orationis studium commendatur, Misell. 1821. p. 9. sq. et quos ibi laudavit. Pro *cetera* litera C, quam in Hieronymi prologo in Iobum sub litera secunda vocabuli *asteriscis* latere, ex characterum specimine editioni Romanae adiecto apparet, in V mutata, *vetera* scribendum esse, post Ihrium Weiskius quoque suspicatur est, quoniam *cetera arma* non novis armis inter milites dividendis, sed aliis usu quidem detritis, nec tamen prorsus corruptis et militum usui relictis opponi possint. Neque ab hac opinione alienus fuisse videtur Brossius, qui

sio, ut alios taceam, ad Spartiani Hadr. cap. 20. emendatius editum, Burmannus, licet vers. 6. 7. *Pannonicos in apros.* *Nec ullus insequentem,* a Gassendo in Vita Peireskii lib. IV. p. 531. ex tabula marmorea essent restituti, parum accurate exhibuit in Antholog. Lat. Tom. II. p. 288. sqq. iure meritoque propterea notatus a Schradero in Epistola critica huic tomo praemissa p. 80. qui tamen et ipse non magis quam Burmannus vedit, vers. 10. 11. *Vel extimam suliva Sparsit ab ore caudam,* ut metri forma sibi constet, ex Iuveatii sententia esse transponendos.

hunc locum ita vertit: *Les soldats eurent ordre de rapporter leurs vieilles armes*, pro quo Noelius simpliciter: *il commanda à ses soldats de lui apporter les leurs*. Atque hanc coniecturam, per se admodum probabilem, magis etiam confirmare possis tribus his scriptorum antiquorum locis: Liv. XLV, 33. ubi de M. Aemilio Paullo haec leguntur: *Edito ludicro omnis generis, clipeisque aereis in naves impositis, cetera omnis generis arma, cunulata in ingentem acervum, ipse imperator, fuce subdita, succendit*; Cornel. Agesil. cap. 8. ubi de Agesilao, cui a Tacho munera cuinsque generis per legatos erant oblata, ille, inquit, *praeter vitulina et huiusmodi genera opsonii*, quae *praesens tempus desiderabat*, nihil accepit; *unguenta, coronas secundamque mensam servis dispergiit*; *cetera referri iussit*; Curt. IX, 3. ubi de Alexandro haec narrantur: *Inter haec Memnon ex Thracia in supplementum equitum sex millia, praeter eos ab Harpalio peditum septem millia adduxerat*; *armaque viginti quinque millia auro et argento caelata pertulerat*, quis *distributis, vetera cremari iussit*. Nihilominus tamen, inita subductaque ratione, in codicis scriptura acquiescendum esse existimavi, quum non solum, si *vetera pro cetera scribas*, sequentia: *quae aut itineribus crebris, aut oppugnationibus et proeliis inutilia facta erant*, otiose adiecta esse, sed etiam usus vocabuli *cetera latius patere et novis armis*, a Sertorio inspectis, quae et ipsa ad universum armorum genus referenda sunt, *cetera arma*, h. e. *vetera et longo usu corrupta*, commode opponi posse videantur. Cf. quae de discriminis vocum *ceteri et reliqui* exposuit Beierus in Friedemann et Seebodii Miscell. crit. Vol. I. Part. I. p. 181. sqq. Atque hoc modo, ni fallor, Sivrius quoque Livii verba intellexit, vertens: *il commanda à ses troupes de rapporter toutes les autres armes*; quod sane praestat Anglicae interpretationi: *he ordered the soldiers to return the rest*.

Lin. 57. 58. QVAE AVT ITINERIBVS CREBRIS] Haec Cl. Brunsius sine ulla distinctione cum sequentibus *nova mane* etc. coniungebat. Quod quam vitiosum sit, satis indicat rerum verborumque series. *BROTIERIUS*. Brunsium in ed. Hamb. quam Anglicus fragmenti interpres sequitur, verbo *iussit* maximam et vocabulo *nova* minimam interpunctionem non satis accurate subiecisse, iam ante Brotierum, id quod supra vidimus, Ihrius recte improbavit. Cancellarius hoc nomine laudandus, quod verba: *quae aut itineribus crebris* etc. in ed. Rom., posito post *iussit* commixta, arctius cum praecedentibus coniunxit.

Lin. 59. 60. AVT OPPV * * *] *Oppugnationibus variisque proeliis labefacta erant.* Ita supplendum monstrant et superstites literae, et vacuum ipsum spatium. Arma autem itineribus, oppugnationibus, proeliis deteri, labefieri notum ac compertum est. Nec de itineribus mirum videatur, quum in iis saepe caedendae essent materiae, aliaque praestanda, quae passim occurunt in anaglyphis columnae Traianae. *BROTIERIUS.* *Oppugnationibus et proeliis irutilia facta erant.* Sic lacunam resecti versus explevi, servato literarum numero. *NIEBUHRIUS.* Similiter proelia et oppugnations coniunxit Tacitus Annal. XIII, 6. *num proelia quoque, et oppugnations urbium, et cetera belli per magistros administrari posseant, anquirebant.* Ex quo loco si quis forte colligat, hic etiam nomini oppugnationibus, ne absolute ponatur, vocabulum urbium addendum, vel coll. lin. 91. 92. *oppugnandis urbibus et proeliis scribendum esse; is, quaeso, meminerit, Velleium quoque lib. II, 98. dixisse: gentesque ferocissimas, plurimo cum earum excidio, nunc acie, nunc expugnationibus, in pristinum pacis rededit modum.* Weiskius non male quidem coniecit, Livium scripsisse: *oppugnandis urbibus proeliisque fracta erant.* Praestat tamen vulgatum servare. Minus probabiliter Brossius et Harduinus, distinctionem a Brunsio projectam secuti, hunc locum suppleverunt; quorum ille: *iussit, quae aut itineribus crebris, aut oppugnationibus trita.* Quae per civitates facta erant nova, mane etc. hic: *iussit.* Quae aut itineribus crebris, aut oppugnationibus, aut proeliis erant corrupta abstulit, et eorum loco quae facta erant nova, mane etc. rescripsit. Ceterum apographum et schedae Brunsii, nec non ed. Neap. et characterum specimen editioni Romanae additum OPPV **; edd. Hamb. et Rom. cum ceteris omnibus OPPV ** legentium oculis offerunt. Illud rectius. Nam lineam huius columnae ultimam et penultimam dimidiari partem cum membrana, in qua inscriptae erant, funditus interiisse atque hac flagellarum Livianarum mutilatione literas PV attonsas esse, ex eodem characterum specimine intelligitur.

Lin. 61. FACTA ERANT] Hinc incipit prodigiosa illa inter utramque editionem diversitas. Nam in ed. Rom. undecim versus primi omnino desunt, nisi quod in primo singulae literae F : : : AN : : : exstant; duodecimi, qui in pliatura periit, ratio habita non fuit; itaque tertius decimus eius locum tenet, atque sic deinceps. In Hamb. plurima exstant, certe neque integra neque plerumque sana, ita scilicet:

*facta erant nova mane per centuriones divisit tum quo-
q instruxit armis vestimentaq ipedium datum fa-
bros indequa exciverat quibus officinabus bitumen . . .
ratione etc. NIEBUHRIUS.*

Lin. 61—74. NOVAQ BIRIS —— EFFICI POSSIT] Ex illis, quae hic lacera comparent, aliquis sensus exculpi poterit, si haec aut meliora aliorum inserantur: *Nova mane per centuriones divisit exercitui. Tum quoque naves instruxit armis: vestimentaque distributa inter milites, et stipendum datum. Fabros ex provincia undique exciverat: quibus officinabus bitumen parandum esset, edixerat, ratione inita, quid in singulos dies effici posset.* Haec ita iunctim afferre volui, lectori iudicandum relinquens, quam felicem crebris his vulneribus medicinam attulerim. Praeter supplementa indeque in undique commutandum iudicavi: inque eo non gravate assensum me impetraturum confido, quum verborum *συνάρτησις* hic testimonium dicat. *Officinabus* hic invenit lector, quod nescio, an in ullo alio Romano scriptore sit observaturus. Est autem casus tertius sextusque regularis antiquorum, qui florente Roma obsolevit. Docet tamen Sosipater Gramm. p. 39. ed. Putsch. Gellium pro *puellis, raptis, famulis* usurpasse *puellabus, raptibus, famulabu*s 74). Quod *filiabus, libertabus* retenta fuerint, in causa utique fuit, quod per hunc archaismum *sexus* discrimen facilis observabatur. Ceterum praesens vocabulum luculento indicio erit, frivolam esse Servii observationem, qui terminationem hanc in *abus* inventam fuisse docet propter testamentorum necessitatem, ut perspicuus esset sermo, de masculine an femellis ageretur, a qua opinione nec alienus est Sosipater 75). Officinae certe ambiguitatem lectori afferre nequibant. *IURIIUS.* De hac forma ablative primae declina-

74) Gellium pro *familis* dixisse *famulabu*s, Sosipater Charisius l. l. non docuit, et hanc huius vocabuli formam neque apud scriptores Latinos reperiri, neque a grammaticis antiquis commemorari, monuit Schneiderus Gramm. Lat. Part. II. Vol. I. p. 27.

75) Ubi Servins hoc observaverit, non potui reperire. At Sosipater Charisius non solam p. 39. ait, ut *libertabus* et *filiabus* diceretur, iurisperitos ambiguitatis secernendae gratia instituisse, sed etiam p. 103. sq. *Filiabus*, inquit, in testamentis ob discrimen *sexus*, ait Plinius, dici consuesse. Qui quidem locus Ihrio, quem Plinio Servium substituisse suspicor, obversatus esse videtur.

tionis, quam Brunsius hic sibi visus est reperisse, cf. Rudmanni Institut. Gramm. Lat. Part. I. p. 49. sqq. et Schneideri Gramm. Lat. Part. II. Vol. I. p. 25. sqq. Quum autem tota huius loci facies laudabili Niebuhrri studio in melius mutata sit, aliorum supplementa, quae pariter atque Ihrii commenta a codicis scriptura longissime discedunt, hic apponam. Brotierius igitur lacunas hoc modo explevit: *Nova mane per centuriones divisit militi: tum quoque ipsos instruxit armis, vestimentaque addita; et operarum impendium datum.* *Fabros enim advo cavebat, indeque exciverat quibus officinabus bitumen excoqueretur, ratione inita, quid in singulos dies effici posset.* Brossius ita: *mane per centuriones divisit legionibus: tum quoque Hispanos instruxit armis, vestimentaque simul militibus divisa, et stipendum datum.* *Fabros in fodinis montium paraverat, indeque exciverat; quibus officinabus bitumen ligni vice fuit in usu;* *ratione inita, quid in singulos dies effici posset.* Harduinus deinde hunc in modum: *mane per centuriones divisit aequaliter. Tum quoque socios milites instruxit armis: vestimentaque data.* *Stipendum datum.* *Fabros omnis generis construendis operibus bellicis idoneos, pretio proposito, allexit: indeque exciverat quibus, officinabus, bitumen, ceteraque materie distribui curavit, ratione inita, quid in singulos dies effici posset.* Iam de singulis videamus.

Lin. 61. 62. NOVAQ BIRIS] In membrana EIRIS, ex rustica literarum B et V permutatione, quae in codicibus vergentis imperii temporibus scriptis frequentissima, ut infra benit, etiam hodie in variis dialectis Italicis obtinet, atque praecipue in Neapolitana regnat. *Viri, subsequente equitatus mentione, pro peditibus positum: uti XXI, 27. omnem ripam equites virique obtinentes:* ubi vide Gronovium patrem, Dukerum et Drakenborchium; qui viri praeclari id solum observandum reliquerunt, natum hoc esse de priscae linguae usu, quae equum equitem dicebat. *NIEBUHRRIUS.* Vid. Gell. Noct. Att. XVIII, 5. Macrob. Sat. VI, 9. Burmann, ad Virg. Georg. III, 116. et Oudendorp. ad Frontin. II, 5, 51. De literarum B et V permutatione admodum frequenti cf. notas ad lin. 200. Ceterum haec verba, priusquam medicamentum a Niebuhrio adhiberetur, lectu difficillima fuisse, colligas ex schedis Brunsii, cuius oculis in lin. 62. initio primuni TIRVR, quod obscura vocabuli BIRIS vestigia continet, deinde MANIBVS oblatum est. Hoc postea in MANE PER mutavit.

Lin. 63. 64. EQVITATVM QVOQ· NOVIS] Ita scribendum esse, Weiskius certissima et, quum nunc codicis auctoritas accesserit, invidenda sane coniectura perspexit. Recte enim idem monuit, verba *tum quoque*, in quibus Ihrius, Brotierius, Brossius, et Harduinus non offenderunt, hic ferri non posse ob rationes grammaticas, de quibus, si vacat, vide notam nostram ad Liv. XXXIII, 34. et cf. lin. 174. 175. ubi eadem suo loco leguntur. Pro NOVIS in Brunsii schedis deprehendi ... OS, quo Brotieri conjecturam, *ipso*, sc. centuriones, legendum esse, quodammodo confirmari, olim existimabam. Quod Ihrius supplevit *naves*, vel propterea displicet, quod non probabile est, Sertorium, qui nunc quum maxime hoc agebat, ut reliqua belli terrestris perficeret, de maritimo ne cogitabat quidem, *naves armasse*, sive, ut Colum. IV, 3. dixit, armamentis instruxisse.

Lin. 65 — 67. VESTIMENTAQVE PRAEPARATA ANTE] Hoc ipsum a Livii manu profectum esse, quum in Brunsii schedis lin. 66. MENTAQV.. PAIPA .. et lin. 67. TA AVT. reperissem, coll. lin. 78. 79. probabili admodum coniectura adsecutus sum. Nam literas E et I, quas a fragmenti Livi editoribus passim confusas esse, infra ad lin. 72 — 74. videbimus, atque R et P a librariis etiam permutatas esse, docuit Drakenborch. ad Liv. IX, 24, 10. et XXIII, 1, 6. Literam V in AVT. residuam esse literae N particulam, facile perspexi. Pro VESTIMENTAQV-, quod ed. Hamb. offert, in ed. Mannh. VESTIMENTAQ .. exstat. Anglicus fragmenti interpres *vestimenta qu*, quod in ed. Hamb. literis minusculis scriptum legitur, male vertit: *the garments which*.

Lin. 67. 68. STIPE-DIVM DATVM] Brunsius edidit -- IPE^N DIVM; ita ut vel literula N vel signum pro ea poni solitum in fine lineae nunc prorsus evanuisse videatur. Cf. notam ad lin. 43. *Stipendium datum esse scribendum*, probe perspexerunt Ihrius, Brossius et Harduinus, qui haec verba minus recte a praecedentibus seiunxit. Brotierius militum stipendio male *operarum inpendium* substituit. Weiskius, quoniam de lacunae proximae supplemento nondum constaret, hoc nobis rogantibus obtulit: *et in tres menses stipendium datum*. Sertorium autem, qui Romanos patria profugos et Hispanos, id quod Plutarchus Sert. cap. 14. narrat, in iusti exercitus formam redigisset, militibus suis nunc stipendium numerasse, non est, quod miremur; licet Pompeius biennio post in sua ad senatum Romanum epistola, Fragm. Sallust. p. 965. ed. Cort. haec scripserit: *Itaque meo et hostium ex-*

erexitur par conditio est, namque stipendium neutri datur: victor uterque in Italiam venire potest.

Lin. 69. CVRA CONQVISITOS] Nisi me omnia fallunt, vocula CV⁷⁵ ob ductum similitudinem ante vocabulum CVRA excidit, et Livius hic quoque scripsit *cum eura*, i. q. diligenter, ut alibi saepissime. Vid. Drakenborch. ad Liv. XXVII, 24, 8. XXXVIII, 18, 7. et XXXIX, 41, 6. atque Ernest. Glossar. Liv. s. v. *cum*.

Lin. 69. 70. VNDIQ· EXCIVERAT] Sic membranae, quod optime iam Kreyssigius coniecerat. *NIEBUHRIUS*. Huius emendationis laudem ab Ihrio, quem in idem incidisse supra vidimus, mihi praeceptam esse, postea intellexi. Similiter Liv. I, 56. *fabris undique ex Etruria accitis*, lib. II, 11. *navigibus undique accitis*, et Sueton. Calig. 43. *legionibus et auxiliis undique excitis*. Quemadmodum autem literas V et I atque I et E in hoc Livii fragmanto sive a librario sive ab editoribus passim confusas esse, infra ad lin. 79-80. videbimus, ita vocabula *undique* et *indeque* etiam Horat. Od. I, 7, 7. a librariis esse permutata, colligas ex Iani notis criticis.

Lin. 71. OFFICINABV.s BITVMEN ***] Aut excoquere-
tur, aut eliquaretur supplendum. Sertorius machinarum scientia
et usu peritissimus, ut videre est apud Plutarchum in eius
vita, adversus hostes et bitumine et malleolis et falaricis
utebatur, maxime quum incendendae essent eorum tress. De
his machinamentis Vegetius de re militari IV, 18. *Quod si
oppidanī exire non audeant, maiores ballistas, malleolos, vel
falaricas cum incendio destinant, ut perruptis coriis, vel cento-
nibus, intrinsecus flamma condatur. Malleoli velut sagittae sunt,
et ubi adhaeserint, quia ardentes veniunt* 76), universa conflag-
rant. Falarica autem, ad modum hastae, valido praefigitur
*ferro: inter tubum et hastile sulphure, resina, bitumine, stup-
pisque convolvitur, infuso oleo, quod incendiarium vocant, quae
ballistae impetu destinata, perrupto munimine, ardens figitur
ligno, turritamque machinam frequenter incendit. Falarica usos
esse Saguntinos docet Livius XXI, 8. Falarica autem erat
Saguntinis missile telum hastili abiegno, et cetera tereti; praet-
erquam ad extremum, unde ferrum exstebat: id, sicut in pilo,
quadratum stappa circumligabant, linebanque pice. Ferrum
autem tres longum habebat pedes, ut cum armis transfigere cor-*

76) Codices et antiquas editiones secundus veniunt pro *sunt*
scripsi cum viro docto in Miscell. Observatt. crit. in
auctores veteres et recentiores, Vol. IX. Tom. II. p. 230.

pus posset ??). Antiqua arma in Celtiberia reperta exhibet Serenissimus Princeps Hispaniae, D. Gabriel, in egregio suo opere, *Salustio*, p. 503. *BROTIERIUS*. Fucum fecit Brotierio non minus quam Ihrio, Brossio et Harduino prava lectio ed. Hamb. OFFICINABVS BITVMEN, in fronte huius notae posita, cui codicis scripturam OFFICINA PVELICA IN *** Niebuhrius substituit totumque locum probabiliter ita supplevit: *quibus, officina publica instituta, uteretur.*

Lin. 72—74. RATIONE INITA——EFFICI POSSIT] An RATIONE INITA ??), ut lib. XXIX. cap. 17. *Vix ratio iniri potest, uter casus civitatis sit detestabilior;* et lib. XXVI. cap. 4. *Inita tandem ratio est?* Ceterum locus ita foede corruptus depravatusque vetustate est, literarum vestigiis magnam partem detritis, aut penitus amissis; ut potius quod unum atque alterum fugitivum verbum revocaverimus, boni consulendum sit, quam, quod retrahere cetera nequierimus, reprehendendum. *IUVENATIUS*. Hoc comma in ed. Hamb. recte legitur, praeterquam quod pro *possit*, *posset* habet. Ed. Rom. autem, omissa syllaba *ra*, exhibet: .. *tione inita qu..di ..culo effici possit*. *NIEBUHRIUS*. Lacunas edd. Rom. et Neap. duplici modo possis explere; vel: *ratione inita, quid diluculo effici possit*, quod Sivrio quoque obversatum esse, colligo ex verbis: *pour le point du jour*, quae in eius versione leguntur; vel: *ratione inita, quid in die singulos effici possit*, quod ad codicis scripturam propius accedit. Cancellerius enim quum fragmentum describeret ordine, quo Iuvenatius legendum esse ad eius marginem adnotaverat, verborum posituram, uti lin. 102. 103. ita etiam h. l. temere mutasse videtur. Cf. Cancellerii Praefat. p. 10. ed. Lips. et not. 35. Pro POSSET, quod non solum ed. Hamb. sed etiam Brunsii apographum exhibet, ex edd. Rom. et Neap. recepi POSSIT, quod in Brunsii schedis quoque a me reperturn in ipso codice extare, testatur Niebuhrius, qui in fine lin. 73. pro SIN, quod Brunsii apographum et schedae cum ed. Hamb. offerunt, SI tacite reposuit, ita ut vel hypotheta ipsi non paruisse, vel litera extrema nunc penitus deleta esse videatur. Cf. notam ad lin. 43. Cum toto autem loco iuvat conferre, quae Liv. XXVI, 51. de Scipione Nova Carthagine

??) In hoc Livii loco pro *oblongo* et *in longum* Drakenborchii obsecutus abiegu et *longum* scripsi.

??) Quum in edd. Rom. et Neap. nihil nisi : : TIONE INITA exstet, Iuvenatius codicis scripturam conjecturae ope restituit. Vid. Niebuhrii notam, quae sequitur.

commorante leguntur: *Urbs ipsa strepebat adparatu belli, fabris omnium generum in publica officina inclusis: dux cuncta pari cura obibat; nunc in classe ac navalii erat: nunc cum legionibus decurrebat: nunc operibus adspiciendis tempus dabat, quaeque in officinis, quaeque in armamentario ac navalibus fabrorum multitudo plurima in singulos dies certamine ingenti faciebat.*

Lin. 75 — 77. ITAQ· OMNIA — — PARABANTVR] Ed. Rom. mutile et mendose: *Itaq. omnes simul insta.m....tur. NIEBUHRIUS.* In sola ed. Hamib. exstat ITAQ pro ITAQ, quod in Brunsii apographo et schedis ceterisque fragmenti editionibus reperitur. Vid. infra notam ad lin. 81. Pro *insta*, quod in edd. Rom. et Neap. vitiouse legitur, Rupertius per novum errorem, quem Lemarius non correxit, *iusta* edidit. Sivrius ed. Rom. lacunas ita supplevit: *Itaque omnes simul, instante imperatore, operantur, etc.* Non male quidem, si non meliora suppeterent. Praeterea *operabantur* scribendum erat ob sequens deerat.

Lin. 79. 80. *NIXO CIVITIVM--VDIO] His verbis 79), quae corrupta esse ecquis non videt, medelam ego afferre nullam potui. Sic enim in codice reperiuntur; literaeque fere nihil evannerunt, in primis X et VITIVM. Quae M et V interiacet litera, si modo una est, mihi non liquet. IXO fortasse corrigendum in IPSO; nam de legato quodam consulari Suetonius in vita Aug. cap. 88. quod *ixi pro ipsi* scripsérunt. BRUNSIUS. Fortasse: ENIXO CIVITATIVM, vel CIVIVM STVDIO. Sed malui haec, ut scripta esse videbantur, cum fide proponere, quam quidquam, quod exploratum perspectumque mihi quidem haud esset, profectum a Livio fuisse, in eius ordinem verborum recipere. Quod ipsum tamen, quid enim dissimulem? de duobus ENIXO ac STVDIO intelligi volo: nam ad CIVITIVM quod attinet, quum omnibus vestigiis indagare eius verbi lectionem studuerimus, nulla nobis quidem relinqu videbatur dubitatio, quin ad hunc plane modum antiquitus scriptum legeretur. IUVENATIUS. Non ita longe a principio dissentient in lectione libri scripti

79) Quum Brunsius et Iuvenatius, id quod ex sequentibus apparebit, hunc locum ita edidissent, ut ille INIXOCIVITIVM - VDIO, hic :::: NIXOCIVITIVM :::: IDIO exhiberet, editor Mannhemensis iam ante Niebuhrium, qui in ed. Hamib. GIVITIVM pro CIVITIVM extare, non monuit, utraque lectione recte coniuncta, .NIXOCIVITIVM ..VDIO scripsit. Vid. infra not. 82.

exhibenda Iuvenatius et Brunsius. Nam ille exhibet: *neque materia artificibus praeparatis ante omnibus .nixo civitum .. i-*
dio: hic inixo givitium .. udio. In correctione vitii autem
 iidem dissentunt. Nam Brunsius coniicit *in ipso:* non tactis
 reliquis; unde adeo nihil efficitur: at Iuvenatius, *enixo civium,*
 vel *civitatum, studio;* quod nobis sane placet. Enimvero
 absoluta erit loci correctio interpunctione apta in hunc modum:
neque materia artificibus, praeparatis ante omnibus enixo
civitatum studio, nec suo quisque operi artifex deerat: quae
 sunt plane concinnitatis Liviana. ERNESTIUS in Praefat. ed.
 Lips. p. 6. *Inixogivitium* monstrum esse vocabuli, Cl. editor
 ultro fatetur: sed qua ratione procurari debeat, sibi non
 liquere. Ego non magis Oedipus sum; sed quid tamen in
 mentem mihi venerit, pace lectoris proferam. Priorem vocis
 partem perexigua cum variatione esse arbitratus sum *enixo;*
 sive quod pro E lectum scriptumve I fuerit, sive quod auctor,
 ut alias quoque archaismos videtur adamasse, tertiam voca-
 lem pro secunda substituerit. Quidquid huius sit, egregie
 hocce *enixo* adaptatur mox sequenti *studio:* ita enim lacunam
 hanc integrandam censeo. Ex eo, quod in medio est, facile
dīvitium efficitur, adeo ut indicetur, in comparando bellico
 apparatu pauperibus parcere voluisse Sertorium, remque
 omnem in ditiorum humeros inclinasse. Aliquando etiam
 suspicari subiit, quum sex ultimas literas *vitium* satis mani-
 festas apparere doceat Cl. editor, *servitium* scripsisse Livium,
 commemorarie impigram servorum operam in caedenda
 comportandaque materia ad belli usus necessaria 80). Si vero
 neutrum placeat, uti nec mihi allatae conjecturae omnino
 satisfaciunt, credere liceat, inter 179 oppida, quae suo
 tempore in Hispania fuisse narrat Plinius H. N. lib. III. cap.
 3. aliquod in vicinia Castrorum Aelii fuisse, quod nomen
 habuerit huic terminationi accommodatum, quodque in hoc
 rerum discrimine subsidio esse voluerit. Quod ad vocabulum
 ipsum attinet, omnes norunt, quid sit *enixe agere, studere,*
 et, licet nomen adiectivum rarius occurrat, habemus tamen
 apud Livium lib. VI. cap. 24. *enisa virtus*, et apud Plinium
 H. N. lib. IX. cap. 8. *enixior opera*, uti docent lexicographi.
 IHRIUS. In fragmento ex lib. XCI. Historiarum Titi Livii,

80) Vocabulum *materia* h. l. non solum lignorum copiam
 significat, sed etiam cetera omnia, quae ad instrumenta
 belli paranda essent necessaria. Haec autem non a servis
 comportata, sed a civitatibus ante praeparata esse di-
 cuntur.

quod ex cod. MS. Vaticano nuperrime publicavit Cl. Brunsius, ita scribitur lin. 75. sqq. *Itaque omnia simul instrumenta belli parabantur. Neque materia artificibus, praeparatis ante omnibus inixogivitum - udio, nec suo quisque operi artifex deerat.* Haec mutila et corrupta sunt. Tentabat Cl. editor, sed medelam nullam afferre potuit. Ego vero vel quovis pignore contenderim ita dedisse Livium: *Neque materia artificibus, praeparatis ante omnibus enixo civitatum studio, nec suo quisque operi artifex deerat.* Error librarii ex compendio. Ut θεόπτον pro θεοπέπτον, sic civitum pro civitatum. Vox autem civitatum occurrit supra in hoc fragmento: *Interdiu conventum sociarum civitatum in oppido agebat.* Recte autem scripsimus, *enixo studio.* Valerius Max. lib. VIII. cap. 15. ext. 1. *Enixo Crotoniatae studio ab eo petierunt, ut senatum ipsorum, qui mille hominum numero constabat, consiliis suis uti paterentur.* Tourpius in Opusc. crit. Part. II. p. 264. sq. ed. Lips. 81) *Neque materia artificibus, praeparatis ante omnibus,*

- 81) Verissime Schaeferus in Meletemat. crit. Spec. I. Part. I. Praefat. p. 5. *Ea est, inquit, critique scriptorum veterum pervestigationis ratio, ut, si rectam viam institeris, fieri nullo modo possit, quin multa reperias, in quae alii ante te incederint.* Quibus plane consona sunt, quae Jacobsius in Exercitat. crit. in script. vet. Tom. I. Praefat. p. 14. sq. ex animi mei sententia scripsit. Nam non solum egomet ipse, id quod in primis huius fragmenti editione p. 21. ingenuo professus sum, Livium enixo civitatum studio scripsisse, prius divinavi, quam conjecturam meam Iuvenatii et Tonpii auctoritate egregie confirmari intelligerem, sed etiam Herelius, de fragmenti editione Hamburgensi exponens, in Ephemerid. literar. Erford. a. 1773. No. 66. p. 549. de toto hoc loco non minus εὐγράφως in hunc maxime modum disseruit: *Auf der ersten Kolumne der zweiten Seite heisst es: Itaque omnia simul instrumenta belli parabantur. Neque materia artificibus, praeparatis ante omnibus inixogivitum - udio, nec suo quisque operi artifex deerat.* Der Sitz des Uebels füllt jedem in die Augen, und die Schrift, besonders x und vitium, ist hier wenig verblichen, nur vor udio waren ein, oder zwei Buchstaben unkennlich. Hr. Bruns wagt keine Verbesserung, doch muthmaset er, ixo möchte vielleicht in ipso zu verändern seyn. Der Recensent ist bei sich überzeugt, die wahre, ursprüngliche Leseart gefunden zu haben, doch ist er weit davon entfernt, sich aus dieser Entdeckung ein Verdienst zu machen, da eine lange Erfahrung ihn gelehrt hat, wie viel in diesem Theile der Kritik der blosse Zufall und ein glücklicher Augenblick selbst über den grössten Scharfsinn und die ausgebreiteteste Gelehrsamkeit

in ministerium tardior; nec suo quisque operi artifex deerat. Locus omnino corruptus ab ipso vetere librario, si quidem in codice Vaticano legitur inixogivitum - udio. Ni tamen me men fallit coniectura, ad Livii sensum proxime accedunt, quae reposui. Erunt forte qui coniiciant, *in hoc servitium tardior.* At displicet *servitium* hoc sensu usurpatum, nec Livianum est. *BROTIERIUS.* Ed. Hamb. prave *inxo:* prima enim vocalis, ut recte indicat ed. Rom., omnino evanuit. Mox ed.

vermöge. Er liest nämlich: *enixo civitatum studio,* und findet seine Veränderung sowohl durch den ganzen Zusammenhang der Erzählung, als auch durch die Regeln der Kritik in Rückicht auf diese Handschrift begründigt. Die Rede war kurz vorher von den Massregeln zu Fortsetzung des Kriegs, die Sertorius mit Zuziehung der verbündeten Völkerschaften nahm. Interdiu, sagt Livius auf der vorhergehenden Kolumne, *conventum sociarum civitatum* (man bemerke hier die gleiche Endung des Genitivs dieses Wortes *in ium*) *in oppido agebat. Arma ut fierent, pro copiis cuiusque populi per totam provinciam edixerat.* Und gleich darauf: *Convocatis deinde omnium populorum legationibus, -- quas ipse res *** quasque in oppugnandi urbibus hostium gessisset, exposuit, et ad reliqua belli cohortatus est, paucis edoctos, quantum Hispaniae provinciae interesset, suas partes superiores esse.* Dimisso deinde *conventu etc.* Wie eifrig in der That die meisten hispanischen Völkerschaften den Sertorius unterstützten und seine Partey nahmen, zeigt Plutarch in dem Leben dieses grossen Unglücklichen. Die Ausartung dieser üchten Lesart in das räthselhafte Unwort ist leicht begreiflich. Der Text des Fragments ist ohne Absonderung der Worte von einander geschrieben, das E in *enizo* ward durch die Verlöschung oder Verdeckung seiner drei Querstriche zum I, G und C werden in alten Manuscripten unzählige Male mit einander verwechselt und sind nach der Probe des Kupferstichs in dieser Schrift sehr wenig von einander unterschieden, die ausgelassene Sylbe ta vergass der Kopiste entweder darüber zu setzen, oder wollte mit zwey Buchstaben, zur Verunstaltung seiner Abschrift, das nicht wagen, was er, wie wir wissen, bisweilen mit einem that, und ST passt genau in die Lücke vor *udio*, deren Buchstaben Hr. Bruns nicht sogleich erkennen konnte. Der Ausdruck *enixum studium* ist dem kritischen Zeichendeuter dieser Stelle verschiedene Male in der Lectüre des Livius vorgekommen. Quibus quidem omnibus, si discesserim ab iis, quae Herelius de formula *enixum studium*, quam praeter hunc fragmenti locum non nisi Liv. XLII, 3. reperi, sub notae finem dixit, laetus lubensque subscribo.

Rom. perperam .. *idio* pro .. *udio*. *NIEBUHRIVS*. Brunsius, quem INIXO GIVITIVM - VDIO edidisse, iam supra adnotavimus 82), editionis Hamburgensis exemplo, quo ipse utebatur, haec in margine adscripsit: *ENIXO GENTIVM STUDIO*, *Markham*, *Episcopus Cestrensis*, ingeniosissime, et addidit locum *Liv. XLII*, 3. *Q. Fulvius Flaccus censor*, aedens *Fortunae equestris*, quam in Hispania praetor bello Celtiberico voverat, faciebat enixo studio, ne ullum Romae amplius aut magnificentius templum esset. Ibi Doeringius, quum huins fragmenti non meminisset, *Livium* pro *eniso* studio fortasse *immenso* studio scripsisse, temere opinatus, immensum quantum a scopo aberravit. Idem valet de Brossio et Harduino, quorum ille *inixo*, pro quo Schlüterus saltem rectius *innixo* scripsit, *civitatum studio*; hic autem *innixoque virium studio*, in fragmenti textu reponendum esse censuit. Nam neque *studium innixum* pro *opera enixa*, neque *virium studium* pro *virium contentione*, ex consuetudine Latina dicitur. Praeterea Harduinus copulam loco alienissimo inseruit et, quum hoc forsitan ipse sensisset, in nota suspicatus est, *pro civitum, omissa copula, legi posse iubentium*, h. e. *ducum*; quod non minus barbarum est. Nam *parentes substantiae* ponuntur pro *subjectis imperio*; *iubentes* pro *imperantibus* sive *ducibus* non item. Vid. *Cort. ad Sallust.* *Cat. 6, 5. et Ing. 102, 7.* Anglicus fragmenti interpres sati habuit pro verbis: *praeparatis ante omnibus inixogivitium - idio*, in versione ponere: *especially being prepared*; et *Sivrius*, qui, licet in Mercurii Francogallici *edd. Paris. et Amst. praeparatis nixo civitum .. idio* legatur, in editionis *Romanæ apographo* ipsi tradito verba omissa *ante omnibus* reperisse videtur, sensum totius loci ita expressit: *Aussi fut il servi de tous avec un égal zèle, nulle matière ne manquant à l'ouvrier, grace à l'empressement antérieur des cités à remplir les magasins; et nul ouvrier, d'autre part, ne manquant à sa tâche. Ergo Sivrius quoque, id quod ex eius verbis: grace à l'empressement antérieur des cités à remplir les magasins, satis perspicue intelligitur, pro civitum .. idio, desperata vocabuli nixo emendatione, civitatum studio legendum esse*

82) Vid. not. 79. Nescio, qui factum sit, ut editor Oxiensis, quem fragmenti textum ex ed. Ern., quae Neapolitanam sequitur, descripsisse not. 71. docui, hic * *inxo civitum ** idio*, quae partim ex ed. Hamb. partim ex ed. Ern. petita videntur, pro .*nixo civitum .. idio* exhiberet. Vid. supra not. 54.

censuit. Expositis igitur omnibus omnium de loco vexatisimo coniecturis, hoc unice tenendum, Livium *enixō civitatum studio* scripsisse, quod Iuvenatius, Toupius et Herelius, quem vernacule loquentem supra not. 81. induxi, una mecum, Ernestio comprobante, penitus perspexerunt; Markhamus, cuius opinio proxime abest a vero, Ihrius, Sivrius, Brossius et Harduinus ex parte saltem adsecuti sunt. Nam inania Brotierii commenta, quibus verborum et sententiarum concinnitas tollitur, vanamque Ihrii suspicionem, pro *civitatum vel divitium vel servitium* legendum esse, cui leges grammaticae adversantur, nihil attinet refutare. Sed qua ratione genuina huius loci scriptura depravata fuerit; id quidem facile poterit doceri. Etenim si Brunsius re vera primae vocabuli *enixō* literae, quam prorsus evanuisse Niebuhrius testatur, vestigia perobscura in codice Vaticano deprehendit, ea ad vocalis I similitudinem propius accessisse, non mirabimur, quum voces *ensis* et *innis* Horat. Od. III, 3, 10. in codicibus antiquis, atque literae E et I in hoc ipso Livii fragmento passim vel a librario vel ab editoribus sint permutatae. Vid. quae adnotata sunt ad lin. 17. 66. 70. 74. 129. 135. 138. 153. 154. 163. 197. et 228. atque cf. Drakenborch. ad Liv. IX, 24, 10. Vocabulum *civitatum* autem, quod ex Livii consuetudine pariter hoc casu terminatum etiam lin. 50. 51. et 85. legitur, in *civitum* est corruptum eodem librarii errore, quo apud Ciceronem Off. III, 25. *optiones in optiones*, Tusc. I, 14. *adoptiones in adoptiones*, Cat. mai. 16. *natationes in nationes*, et, ut ex Graecis quoque scriptoribus exempla addam, apud Polyb. XXXII, 25, 14. θεοπέμπτον, quod Toupius l. 1. Polybio restituit, in θεόπτον, apud Xenophont. Anabas. III, 3, 4. ὑπόπεμπτος in ὑποπτος, et Cyropaed. I, 6, 36. εὐχειρωτοτάτον in εὐχειροτάτον mutatum reperitur. Constat enim, librarios medias vocabulorum syllabus, praesertim ab eadem cum sequenti incipientes litera, saepissime neglexisse. Vid. Beckii Comm. II. de interpretatione veterum scriptorum etc. Lips. 1791. p. 86. et Drakenborch. ad Liv. X, 37, 2. Praeterea nec hoc mirum videbitur, quod Brunsius GIVITIVM pro CIVITIVM edidit, quum tanta sit literarum G et C similitudo, ut non solum huius fragmenti lin. 240. a Iuvenatio, sed alibi quoque, v. c. Liv. XLV, 19. ubi pro *gladiis*, quod in codice Vindobonensi legitur, *cladis* rescripsi ex certissima Walchii coniectura in Emendat. Liv. p. 268. proposita, a librariis sint confusae. Vid. Drakenborch. ad Liv. VI, 25, 6. Trilleri Obs. crit. p. 283. et Iuvenatii

notam ad lin. 109. Denique Iuvenatum, quum .. IDIO pro .. VDIO in codice extare putaret, aequo ac Brunsum, qui supra lin. 69. 70. INDEQ pro VNDIQ in eodem codice reperi existimavit, literas V et I, quum prior diuidio exolevisset, in detrita scriptura confudisse, facile intelligitur.

Lin. 81. QVISQ] In sola ed. Neap. QVISQ' positum est pro QVISQ, quod ceterae omnes cum Brunii apographo schedisque recte exhibit. Nam librarius aliquoties quidem huic scripturae compendio punctum addidit, sed multo saepius, nisi passim fuerit extritum, addere supersedit. Vid. lin. 14. 53. 75. 184. et lin. 61. 64. 70. 91. 142. 144. 165. 201. 239. atque cf. notas ad lin. 53. 75. et 239.

Lin. 82—90. CONVOCATIS —— QVAS IPSE RES***] Haec omnia usque ad verba *quasque in oppugnandis* etc. ab ed. Rom. absunt. Ed. Hamb. prima quinque vocabula habet: at ea quoque cetera omittit, praeter ultima, *quas ipse res*. NIEBUHRIUS. Quae olim deerant, Erotierius ita supplevit: *Convocatis deinde omnium populorum legationibus, summatis prioris belli eventus recensuit, laudatisque civitatum consensu et militum virtute, quas ipse res consilio providisset, quasque* etc. Brossius, paullo liberius in huius loci interpretatione versatus, hunc in modum: *Convocatis deinde omnium populorum legationibus, quae ad provinciae securitatem ac gerendum in Hispania bellum pararet; tum etiam quas per legatos, quas ipse res in proeliorum discriminine, quasque* etc. Harduinus ita: *Convocatis deinde omnium populorum legationibus, verbis extulit quas ipse res pro sociis, quasque* etc. quae quidem omnium minime satisfaciunt. Nos in hoc loco resarciendo Niebuhrium secuti sumus.

Lin. 85. ET CIVITATIVM] Accedunt schedae nostrae ad optimorum quorumque librorum auctoritatem, Florentini, Leidensis, Moguntini, Vindobonensis, quibus obsecutus Drakenborchius hanc formam ubique restituit: vide eum ad XXXIII, 20, 11. NIEBUHRIUS. Cf. supra notas ad lin. 51. et 80. Praeterea vide, an, vocabulis transpositis, scribendum sit: *omnium populorum et civitatum legationibus*, ut Liv. XLV, 19. *Inter multas regum gentiumque et populorum legiones*; quamvis non ignoro, orationis Livianae, structuram alibi quoque ita esse comparatam, ut ex nostro quidem sensu duritie quadam laborare videatur. Multo autem durius illud est, quod Liv. XLIV, 38. legitur: *ne quis*

*sine caussa vestrum credat, pro ne quis vestrum sine caussa cre-
dut, ut ibi scribendum esse coniecimus.*

Lin. 87 — 89. IN -- DE - TRE ----- STI * * *] Livius, capite ex quo mox aliud exemplum sumam, XXXVIII, 43. *quam imperata praestare parati essent. NIEBUHRIUS.*

. Lin. 89. 90. QVAS IPSE RES * * *] Ultimus versus cum dimidio praecedentis resectus est. Usque ad undeviginti literas, quae in supplemento meo numerantur, haud ita raro in his schedis in uno versu reperiuntur. *NIEBUHRIUS.* Haec verba, quae in Brunsii schedis quoque leguntur, eius apographo serius adiecta sunt.

Lin. 91. QVASQ] Perperam ed. Rom. *quaeque. NIEBUH-*
RIVS. Edd. Rom. et Neap. lectionem QVAEQ, cui editor Mannhemensis recte quidem, sed parum accurate, ex ed. Hamb. QVASQVE pro QVASQ substituit, iam verba praecedentia *quas ipse res suspectam reddebat.* Sertorium autem boni imperatoris et strenui militis officia simul *exsecutum esse,* testatur Plutarchus Sert. cap. 4. οὐ μῆν, inquiens, ὑφῆκατο τῆς στρατιωτικῆς τόλμης, εἰς ἀξιώμα προειληυθῶς ἡγεμόνος, ἀλλὰ καὶ χειρός ἐπιδεικνύμενος ἔργα θαυμαστά, καὶ τὸ σῶμα τοῖς ἀγῶσιν ἀφειδῶς ἐπιδιδούς, τῶν ὄψεων ἀπέβαλε τὴν ἑτέραν ἐκκοπεῖσαν.

Lin. 94. RELIQLA BELLI] *Reliqua belli et belli reliquias* Livius aliquique scriptores dixerunt id, quod reliquum belli est, ut Livius XXVI, 40. et XXVIII, 2. loquitur. Illud legitur Liv. IX, 16. XXVI, 1. et Tacit. Annal. XIV, 38. hoc Liv. IX, 29. XXV, 57. et 40. Vellei. II, 17. et 114. Iustin. XXII, 8. et in oratione Philippi inter Sallust. Hist. Frigm. p. 948. ed. Cort. Contra Liv. V, 13. *reliquiae pugnae*, lib. XXII, 56. XXV, 5. et XLIII, 10. *reliquiae cladis*, atque lib. XLI, 12. *reliquiae caedis* appellantur, qui pugnae, cladi et caedi supersunt, ut dixit Livius X, 41. XXVI, 41. et IX, 58. Non satis accurate haec constituit Rupertius ad Liv. IV, 27.

Lin. 96—99. QVATVM—ESSE] Codex *quatum*, ut ed. Hamb. *NIEBUHRIUS.* Edd. Rom. Neap. et Mannh. QVATVM exhibit. Similia huic vitia librarius lin. 52. et 190. correxit. In editionis Romanae apographo, ex quo fragmentum in Mercurii Francogallici edd. Paris. et Amst. descriptum est, exstabat: *quantum Hispaniae provincias interesset, suas partes superiores esse; quo soloecismo non offensus Sivrius haec verba, corrupta totius loci sententia, ita vertit: combien il étoit important pour les provinces d' Espagne, que son parti triomphât.*

T. Liv. Tom. IV.

Dd

Lin. 101. IVSSISQVE] Sic emendavi quod membranae habent *iussisquae*, vulgatissimo in his valde vetustis errore. Ed. Rom. male Q:E, quasi VA non legeretur. *NIEBUHRIUS*. Vid. eundem ad Cic. orat. pro Fonteio p. 54. et 64. Nihil hoc et contrario errore frequentius in Livii codice Vindobonensi, atque etiam in Sallustii fragmentis Vaticanis aliquoties ita peccatum est. Brunsius et ipse in apographo primum QVE scripsit et postea in QVAE mutavit. Hinc originen lectionis, quam edd. Rom. et Neap. exhibit, repetenda esse appareret. Brotierius in Taciti ed. Paris. Tom. IV. p. 550. pro IVSSIS perperam IVSSIT, sed p. 557. recte *iussis* scripsit.

Lin. 102. 103. ***IN CIVITATE***] IBI, quod hic comparet 83), sensum turbare videtur, et aegre locum inventire: quid si reponeremus, *iussisque omnibus et singulis impigre partes obire suas*? Sed haec ut dubia sunt, ita mirum non est, si in tam densis tenebris caecutiamus. *IHRIVS*. Hoc quoque loco versus duodecimus in plicatura periit, simul cum parte sequentis: ubi, loco verborum *in civitate*, ambae editiones *ibi* habent, quod ed. Rom. perpetram in praecedente versu collocat. Supplementum meum [BONOANIMOESSEATQ.] INCIVITATE[SREDI]RESVAS, cum spatio optime convenire manifestum est, mentem verbaque auctoris exprimere confido. Literarum DI tenuia vestigia conspicuntur. *NIEBUHRIUS*. Voculae IBI, cui Niebuhrius IN ex codice substituit, in Brunsii apographo literae CLVI, in quibus manifesta vocabuli CIVITATES vestigia facile agnoscas, atramento flavescente serius adscriptae leguntur. Quarum uti nullam rationem habere potuit Cancellerius, ita idem h. l. in disponendis et coamentandis fragmenti partibus eodem fere modo peccavit, quo eum supra lin. 73. 74. peccasse vidimus. Brotierius, literam S ante IBI extritam esse ratus, lacunam ita supplevit: *iussis, quae omnibus conducerent, quibusque sibi possent res servare suas*, quod Brossius quoque adscivit, aliter locum in versione supplere conatus; Harduinus autem hoc modo: *iussisque omnibus, quae possent res ibi stabilire suas*; in quibus, ut cetera mittam, pronomen *sueas* pro *ipsorum* positum nemini non displicebit. Ego olim suspicabar, Livium scripsisse: *iussisque omnibus sociorum legatis, qui ibi erant, do-*

83) In ed. Hamb. de cuius lectione vid. Niebuhrii notam, quae sequitur.

mos a bire suas, h. e. in suam quemque civitatem, coll. Liv. II, 7. XLV, 38. et Cornel. Themist. cap. 4. Anglicus fragmenti interpres, de ceteris nihil laborans, iussisque legit et vertit: and having ordered; Sivrius autem mira sane commentatus haec posuit: Ensuite il congédia la diete des alliés, et leur fixa un tems pour le venir rejoindre au même lieu.

Lin. 105. ·M· PERPERNAM] Opinor, solens more suo fecerat descriptor, ut in Perpernae praenomine significando duobus punctis eius praenominis notam includeret, quae tamen amplius nunc in scripto non comparent. Pusilla res, dices. Quippe. Verumtamen cur tam pusilla in re aut scribae constantiam, aut nostram diligentiam desiderari paterer? *IUVENATIUS.* Puncta utrinque posita desiderat Iuvénatius; ea tamen etiam hoc loco adsunt. *NIEBUHRIUS.* Neque in Erumi-
sii apographo neque in ed. Hamb. haec puncta desiderantur. Vid. quae infra ad lin. 203. 204. adnotavimus. De vera scri-
ptura nominis *Perperna*, quam hoc fragmentum quoque tue-
tur, cf. Drakenborch. ad Liv. XLIV, 27, 11. viros doctos ad
Cornel. Cat. cap. 1. et Oros. V, 23. atque prae ceteris
Tzschuck. ad Eutrop. IV, 20. not. 10.

Lin. 106. MILIB·] Libri veteres, inscriptiones, ut et hic codex Vaticanus Livii, saepe habent *milibus*, *milia*. Sed et ipse quoque mox habet *mille*. *BROTIERIUS.* *Olim antiquos mi-
lle et milia scripsisse, et ita in melioribus quibusque membranis
exaratum reperi, testatur optimus Broekhusius et quos laudat
ad Propert. lib. I. El. 5. vs. 10.* Sunt verba Drakenborchii ad
Liv. IV, 2, 8. et nota res est; neque nos haec vocabula ali-
ter scripta deprehendimus in Livii codice Vindobonensi. Il-
lud minus notum est, veteres *mille* et *milia* scripsisse, quod Pompeius grammaticus, iam ab Heusingero ad Cic. Off. II,
21, 6. ex codice Guelpherbytano laudatus, Plinii Secundi au-
toritate confirmavit in Commento Artis Donati p. 172. et 202.
ed. Lindemann. Quod si vere praecipitur, librarius recte hic
milibus et paullo post lin. 108. *mille* scripsit, quod orthogra-
phiae discrimen servandum esse negavit Schneiderus in Gramm.
Lat. Part. I. Vol. II. p. 412.

Lin. 109. ILVRCAONVM] Videndum, an rectius *Iler-
caonum* aut *Ilergaonum*, ut saepe harum duarum literarum
C et G ob propinquam soni ac formae similitudinem altera in
alteram transit 83). Paullo post enim idem Livius *Ilercaonia*:

83) Brunsius quoque in apographo primum *ILVRGAONVM* scripsisse et postea G in c mutasse videtur.

et constat, eandem regionem seu gentem utrobique ab eo significari. Ptolemaeus quoque lib. II. cap. 6. *'Ιλεργάνοις et Ἰλεργάνων* dixit; et Plinius lib. III. cap. 3. *regio Ilergaonum*. Tamen idem Livius lib. XXII. cap. 21. alio inclinatu: *Castra Punica*, inquit, *in agro Ilercaonensium*; pro quo pariter non dubitare*ni Ilercaonum* reponere, nisi exemplarium emendatorum Caesaris de Bell. Civ. obstaret auctoritas; in his enim lib. I. cap. 6o. aperte *Illurgavonenses*: *Paucis post diebus Illurgavonenses, qui flumen Iberum attingunt, insequuntur*. Sed aliud Caesarem, aliud Livium in hoc nomine derivando sequi potuisse, cuivis, opinor, credibile fit. Livium autem, qui non annales, aut adversaria conscribebat, sed iustum absolutumque historiae corpus aequabili tractoque, atque, ut ita dicam, unicolo dicendi genere conficiebat, aliud alibi secutum fuisse, aliterque unum idemque gentis nomen alio loco extulisse, cui, quaeso, erit credibile? *IUVENATIUS*. Ilurcaones oram marinam ad ostia fluminis Hiberi, *l' Ebro*, habitabant; nunc la partie méridionale de la Catalogne et la partie septentrionale du Royaume de Valence. Fortasse melius scriberetur *Ilercaonum*. Ipse Livius XXII, 21. dixit: *in agro Ilercaonensium*; et ipse mox infra in fragmento memorat *Ilercaonium*. In Plinio H. N. III, 3. legitur *regio Ilergaonum*. Multa est apud antiquos scriptores in scribendis nominibus varietas. Iidem enim Iulio Caesari de Bell. Civ. I, 6o. dicuntur *Illurgavonenses*, Ptolemaeo II, 6. *'Ιλεργάνοις*. *BROTIERIUS*. De *Ilercaonibus*, quam nominis scripturam Danvillius quoque Comm. p. 764. ed. Paris. recte praferendam censet, vid. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 314. In eo autem, quod Livius unum eundemque Hispaniae populum in hoc fragmento *Ilercuones Graeca*, et lib. XXII, 21. *Ilercaonenses* Latina terminatione appellavit, Iuvenatius sine causa offendit. Nam Livium alibi quoque ab hac in populorum nominibus efferendis inconstantia, si qua est, haud sibi cavisse constat. Ita *Carpetani*, quos lib. XXI, 5. et 11. commemoravit, iidem esse videntur, qui lib. XXIII, 26. *Carpesii* nominantur; et qui lib. XXXVIII, 15. et 39. *Alabandenses* et *Mylasseni* vocantur, lib. XLV, 25. *Alabandeni* et *Mylassenses* appellantur.

Lin. 110. AD TVENDA] Pro AD TVENDAM, quod ita librarium reliquisse, tam mihi certum est, quam meridie, ut aiunt, lucere. Suspicer autem, quia animadvertebat, si literani M, aut notam, qua eius vice uti solet, adscripsisset, versum paullo longius excursurum fuisse, quam reliquorum versuum modus et scripti concinnitas pateretur, ideo neutram apposuisse, quum ceteroqui locus utri libuisset notanda non deesset. Cete-

rum ad hoc genus quod attinet, illud tenendum est, librarium quum abundantes in versu literae in sequentem versum transfrendae sunt, grammaticorum de verbis ac syllabis dividendis praescripta non magni pendere⁸⁴⁾. Tantum si contingat, postremam verbi literam ad versus mensuram abundare, eam aut vicaria nota significat, quod facit cum M et N; aut ad precedentem annexit, ut SIMV, GENTIBY, et TRAN; aut denique prorsus praeterit, ut hic in TVENDA; certe non transfert⁸⁵⁾. *IUVENATIUS*.

Lin. 114. DVGERET] Verbum *ducere*, ut Graecum *ἄγειν*, hic et lin. 156. absolute dictum pro *ducere exercitum*, Livio in deliciis fuisse, docent loci paene innumeri, quos concessit Drakenborch. ad Liv. I, 23, 5. XXIII, 18, 13. et XL, 25, 1.

Lin. 116. PONPEIVS] Attonsa est S litera ab iis, qui paginas novi libri abraserunt, ut et post duos versus in verbo *in-sidiis*. Iam *Ponpeius* hic et in sequentibus, contra quam veritas patiebatur, per N, non per M scriptum est; quod ipsum tamen non caret exemplo antiquitatis. Ita enim *Ponponius* in veteri titulo nondum edito, quem vidi et descripsi in agro Salernitano ad tertium extra urbem milliare via Ebolitana:

D. M

P. IVNIO. AVITO
PONPON. SATVRNINA
MARITO. KARISSIMO
ITEM. PARENTES. FILIO
DVLCISSIMO. ERGA. SE
A C. PIENTISSIMO
BENE MERENTI. FEC
VIX. ANN. XXIII

M. VII. D. XXVIII

Ubi duo verba ERGA SE errore, ut arbitror, scalptoris factum est, ut alieno loco ponerentur: nam quia sequens vox in easdem literas exit, quae sunt in DVLCISSIMO, scalptor hac voce perscripta, aberrante forte oculo vidit et exscripsit, quod post PIENTISSIMO sequebatur; quod deinde emendare aut neglexit, aut religione prohibitus, (ut in plerisque rebus, atque in iis

84) Non nisi bis, quantum ego existimare possum, hoc fecit librarius, qui, vocabulis contra morem divisis, lin. 161. 162. *oppug-narentur* et lin. 164. 165. *conper-erat* scripsit. De illo, quod Vaticanorum Sallustii fragmentorum, in quibus *sig-na* et *ig-nis* exaratum est, auctoritate confirmare possis, vid. Schneideri Gramm. Lat. Part. I. Vol. I. p. 272. sq.

85) Vid. Brunsii Epist. ad Kennicott. p. 333. et not. 17.

praesertim, quae ad iura Manium pertinerent, aliquanto infirmorem fuisse Romuli illam faecem, notum est) noluit. Adde *impensa*, *imperator*, *imperiosus*, *inprobus*, *importunus*, aliaque ad hunc modum, quae passim in veteribus marmoribus obvia sunt⁸⁶). *IUVENATIUS*. Ultima nominis litera perspicue scripta est, quam ambae editiones omittunt. *NIEBUHRIUS*. In ed. Hamb. haec litera non desideratur; sed in apographo serius eam Brunsius adiecit. Quo factum est, ut in edd. Rom. et Neap. omitteretur. At enim vero lin. 119. extrema vocabuli *insidiis* litera deest in omnibus omnino editionibus.

Lin. 117—120. QVIB — — ADGREDERETVR] Hunc locum, quo in contracta nominis *Pompei* forma priscis scriptoribus ex praecepto Heusingeri ad Cic. Off. II, 16, 12. vindicanda commode uti possis⁸⁷), pessum dedit puerilis Anglici interpretis ignorantia, quae effecit, ut verba: *quibusque ipsum agmen Pompeii ex insidiis adgredere*etur, ita redderet: *and how his own army might escape the ambuscades of Pompey*, h. e. ad verbum: *quibusque ipsius agmen ex Pompeii insidiis evaderet*. Hunc enim interpretem triplici errore captum *ipsum agmen* ad Perpernae exercitum retulisse, *Pompeii ex insidiis coniunxisse*, et *adgredere*etur haud dubie cum *egredere*etur confusisse, nemo non videt. Eiusmodi ineptias piget taedetque refutare.

Lin. 122. HERENNIVLEIVM] Quem eum ipsum opinor fuisse. Opinor autem? Imo is ipse certe est, quem Plutarchus in Pomp. cap. 18. ‘Ερέννιον vocat: ‘Ερέννιον δὲ, ναὶ Περπέννιον ἄνδρας ἡγεμονικὸς τῶν πρὸς Σερτώριον καταπεφευγότων, ναὶ στρατηγούντων ἐκείνῳ τινήσας περὶ Οὐαλεντίαν ὑπὲρ μνώνιος ἀπέπεινεν. Ita exemplar elegantissimum, ideinque omnium recentissimum, Londinense anni CICCCXXIX. Sic autem ibidem vertitur: *At Herennium, et Perpennam viros militares, qui ad Sertorium configuerant, huiusque legatos fudit circa Valentiam, occidit amplius decem millia militum.* Sed quis tam ἀσύστατα ναὶ συγκεχυμένα intelligat? Quod si cetera ad hunc modum interpretati sunt, nae isti praeflari interpretes non modo alienis, quod voluerunt, verbis, sed cogitatis etiam, quod omnino non debuerunt, Plutarchum nobis loquentem induxerunt. Sed desino interpretationis absurditatem exagitare; cuius causa haud scio, an in Plutarchi Graecam orationem ex

86) Similiter in hoc ipso fragmento lin. 86. 87. *imperata* et lin. 163. *imploratum* scriptum est. Vid. Schneideri Gramm. Lat. Part. I. Vol. II. p. 563. sq.

87) Vid. quae a Niebuhrio p. 57. coll. p. 110. de nomine *Fontei*, et a nobis supra p. 557. de nomine *Livi* adnotata sunt.

parte conferenda sit. Nam ut mittam duo gentilia ‘Ερέννιον et Περπένναν, quorum alteri ex his Livii membranis, alteri ex his aliisque monumentis medicina facienda est, sane pro eo, quod legimus στρατηγούντων, vereor, ut a Plutarcho fuerit στρατευόντων: ut quod supra τῶν παταπεφενγότων ponitur, is non sit genitivus, ut grammatici loquuntur, partitionis, nec ἐλειπτικῶς ab ἐκ, ἀπὸ aut quo simili μορίῳ, sed ab apposito ἀνδρας ἡγεμονικὸν regatur.. Itaque sic locus meo quidem animo vertendus erat: *Sed quum Herennuleium et Perpernam duces eorum, qui ad Sertorium confugerant, et pro eo militabant, circa urbem Valentiam debellasset, amplius decem millia interfecit*⁸⁸). Restinendum etiam hoc nomen Sallustio in epistola ipsius Pompeii, Fragm. Sallust. p. 965. ed. Cort. *Dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia et exercitu deleti.* Ubi vides utrobique diserte Valentiam nominari; quae quidem in Hedetanis sita erat, atque adeo in Sucronensi sinu, cuius citerius latutus Ilercaones, ulterius Contestani obtinebant, in quibus ipsis locis Herennuleius tum versabatur, ut ex hoc fragmenti loco, exque illis eiusdem verbis: *ut Pompeium ab Ilercaonia et Contestania arceat*, perspicue constat. Iam vero cur ex harum membranarum scriptura emendanda Sallustii et Plutarchi loca, non contra illam ex his censem, facit illarum in primis longaevitatis, cui quantum præ ceteris scriptis et impressis codicibus tribuendum sit, quis non videt? tum quod cur *Herennius* in quorundam libris legatur, non difficulter, si opus sit, dicere causam possumus; cur in his sciedis *Herennuleius*, nisi quod librarius ita scriptum in vetustioribus libris offenderit, quam aliam dicere possumus? Denique ostendant, si qui contra sentent, tantae vetustatis, tantaeque auctoritatis, quantae haec Livii sunt, Sallustii, aut Plutarchi exemplaria, in quibus *Herennius* legatur; tum quod volent, efficient. Herennuleiae autem gentis nescio, an ulla; quum contra Herenniae plurima in cuiusquemodi generis scriptis mentio fiat. Tamen eius quoque quum complura marmo-

88) Recentiores Plutarchi editores hunc locum, id quod iam vir doctus in Ephemerid. literar. Gottingens. a. 1774. Vol. I. No. 2. p. 13. desideravit, rectius ita distinxerint: ‘Ερέννιον δὲ καὶ Περπένναν, ἄνδρας ἡγεμονικὸς τῶν πρὸς Σερτώιον παταπεφενγότων καὶ στρατηγούντων ἐκεῖνῷ, νικήσας περὶ Οὐαλεντίαν, ὑπὲρ μνησίους ἀπέκτεινεν. De loci scriptura nihil mutandum. Quum enim ἀνὴρ ἡγεμονικὸς ab ἡγεμώνων aequa differat, atque ἀνὴρ στρατηγικὸς a στρατηγός, Plutarchus ἄνδρας ἡγεμονικὸς τῶν πρὸς Σερτώιον παταπεφενγότων καὶ στρατευόντων ἐκεῖνῷ, pro ἡγεμόνας si-
ve ἄνδρας ἡγεμόνας τῶν πρὸς Σερτώιον παταπεφενγότων καὶ στρατευόντων ἐκεῖνῷ, nullo pacto scribere potuit.

ra meminerunt, tum hoc ἀνέδοτον, quod commodum ante hos paucos menses ab se accurate descriptum Reate mecum communicavit Alexius Horatii Fil. Falconerius. Inscriptionis exemplar eiusmodi est:

A. H E R E N N V L E I V S
C E S T V S. N E G O T I A T O R
V I N A R I V S. A. S E P T E M
C A E S A R I B V S. I D E M . M E R C A T Θ
O M N I S. G E N E R I S. M E R C I V M
T R A N S M A R I N A R V M. L I C T O R
V I V O S. S I B I. F E C I T. E T. L I B E R T I S
L I B E R T A B V S Q V E. S V I S
P O S T E R I S Q. E O R V M

I U V E N A T I U S.

Lin. 125. IN ISDEM LOCIS] Cicero in Orat. cap. 47. de Ennio: *In templis isdem probavit, at eisdem erat verius, nec tamen eisdem opimius; male sonabat iisdem; impetratum est a consuetudine, ut peccare suavitatis causa licceret*⁸⁹). Charisius quoque lib. I. p. 86. ed. Putsch. *Is homo, inquit, idem compositum facit, nisi quia Caesar lib. II. singulariter idem, pluraliter iidem dicendum confirmat*⁹⁰); *sed consuetudo hoc non servat.* Adde Priscianum lib. VII. p. 757. ed. Putsch. et ex poetis Tibullum ad Messalam vers. 136. *Incipe: non idem tibi sunt, et Ovidium Trist. III, 1, 58. Isdem sub dominis*⁹¹); *ut comicos interim et vetustos titulos mittam, ad quos alteros dum Lipsius provocat, vereor ut satis considerate circumspecteque faciat: in his enim (de elegantioribus loquor, quosque ipse in urbe, aut alibi viderim) I productius scalptum est, quod valet EI, aut duplex II, ut in titulo areus ad montem Coelium, qui etiamnum superstes legitur: IDEMQVE PROBAVERVNT.* Iam ex his, quae hactenus adscripsimus, satis intelligitur, iam tum antiquorum Latinorum consuetudine receptum fuisse, ut hoc pronomen per unum I vulgo efferent, quodque consequens hinc est, scriberent etiam, si minus omnes, at ii certe, qui ita scribendum quodque verbum censebant, quomodo sonabat, *audituque*, ut Velius p. 2219. ed. Putsch. loquitur, *emetiebantur scriptonem.* Haec vulgaria, ac si vis, inepta et sputatilica,

89) Aliter et rectius, opinor, hunc locum constituit Schützicus, quem vide.

90) Pro *confirmat*, quod Putschius edidit, Iuvenatius nescio qua auctoritate *affirmat* scripsit.

91) Adde Met. IV, 92. *et aquis nox surgit ab isdem.*

fateor; sed ignoravit tamen Zirardinus Ravennas iurisconsultus ad Novellas Theodosii Iun. et Valentiniani III. leges p. 72. quo loco ad inscriptionem ID. AA. hoc est *Idem Augusti*, haec adnotat: *Rectius utique scriptum, aut usitatius fuisse Idem.* Quod nrumque universe falsum est. Nec si Cicero peccatum in ea re suavitatis causa, sed peccatum tamen fatetur, id viro docto quidquam adstipulatur; qui quidem Cicero de eius pronominis appellatione, non scribendi ratione locutus est. Sed haec non tam Zirardinio, quem facio eisdem, ut debeo, pluri-
mi, dicta volo, quam istis, qui quanti sunt, toti ex eius commen-
tariis sunt, plusque ex eius unius iecore, quam ex suo sapiunt,
qui que vix dubito, quin una huius pronominis scriptura animad-
versa satis magnum nacti esse campum viderentur, in quo ex-
currende ac debacchari contra harum schedarum aetatem eorum
posset oratio. Quidni? Qui rumores etiam, his nondum le-
ctis, ac ne visis quidem, tota urbe distulerunt, facinora in ci-
vitate fieri capitalia, Livio foetus supponi, adsui eius purpurae
viles lacinias? Sed haec alias fortasse; nunc mittamus rabulas,
aut, si placet, rideamus et contemnamus⁹²⁾). *IUVENATIUS.* Ver-
ba in *iisdem locis* referenda esse ad Illecaoniam, cui paullo post
altera provincia, sive Hispania ulterior, opponitur, ex iis,
quae Iuvenatius in notis ad lin. 122. et 125. disseruit, liquido
apparet.

Lin. 124. LITTERAS MISIT ET] Particulam in fine v.
4. collocatam omisit ed. Rom., sed operarum vitio. *NIEBUHRIUS.*
Non omisit, sed cum edd. Hamb. et Neap. in versum subsequen-
tem transtulit. Atque eodem modo Bruusius, in errorem emen-
dabilem lapsus, hunc locum in apographo schedisque dispescuit.
Similiter in ed. Hamb. peccatum est lin. 128. 129. et lin. 165. 166.
Pro LITTERAS Brotierius in Taciti ed. Paris. Tom. IV. p. 551.
LITERAS scripsit, sed p. 557. *litteras*, quod in codice exstat.
Vid. Schneideri Gramm. Lat. Part. I. Vol. II. p. 445. sq.

Lin. 125. IN ALTERAM PROVINCIAM] Ulteriore acci-
picio, quum ipse ex citeriore literas mitteret: erat enim etiam
tum in hibernis ad Castra Aelia. Sed haec res paullo diligentius
constituenda et constabilienda est: facem enim praeferet ad
quae mox de altero huius fragmenti loco dicemus, ubi foedum
librarii erratum ex huius ipsius loci contentione et anctoritate
emendabitur. Ac fines, quibus Tarraconeensis provincia a duabus
Baetica ac Lusitania dividebatur, Plinius lib. III. c. 1. hos
statuit, Solorium montem, Oretanorum, Carpetanorum et Astu-

92) Vid. quae Cancellarius de vanis hisce rumoribus expo-
suit in ed. Rom. Epilog. p. 77. ed. Lips.

rum iuga; quos fines eosdem fere Sertorianis temporibus fuisse, nec valde in iis ab Augusto aliisque principibus fuisse variatum, declarat in primis Livius lib. XL. cap. 30. sqq. ubi res gestas centum circiter ante Sertorianum bellum annis a Q. Flacco praetore persequitur, ac Celtiberos et Carpetanos Hispaniae citeriori adscribit; quo loco cur *κατὰ πρόληψιν* locutum eum dicamus, nihil causae est. Adde Artemidorum Ephesium lib. II. τῶν Γεωγραφουμένων apud Stephanum grammaticum, cuius integrum caput ex Porphyrogeumeta a se emaculatum affert Vossius ad Melam lib. II. cap. 6. Διηρήται δὲ ὑπὸ Ρωμαίων εἰς δύο ἵπαρχιας· πρώτη μὲν ἐπαρχία διατίνονται ἀπὸ τῶν Πυρηναίων ὅρῶν ἄπασα μέχρι τῆς καινῆς Καρχηδόνος, οὐαὶ τοῦ Βαττοῦ πηγῶν. Denique auctor accedit multo gravissimus Pompeius Magnus, de quo haec Plinius lib. III. cap. 3. Citerioris Hispaniae, inquit, *sicut complurium provinciarum, aliquantum vetus forma mutata est; utpote quam Pompeius Magnus tropaeis suis, quae statuebat in Pyrenaeo, DCCCLXXVI. oppidu ab Alpibus ad fines Hispaniae ulterioris in ditionem a se redacta testatus sit.* Hunc locum indiligerent, ut mihi quidem videntur, Plinii scholiastae praetereunt, ut et alterum lib. VII. cap. 26. huic omnino geminum. Sed quid est simpliciter *in ditionem redacta?* Itane Plinius; imo quid Plinius? Pompeius potius, cuius Plinius verbis hic locutus est, in titulo rerum ab se in iis locis gestarum, quem publice ad posteritatis memoriam dedicabat, solemnia illa omisisset P.R? Atqui ne Augustus quidem rerum iam potitus praetermisit in basibus obeliscorum, quae hodieque in urbe visuntur, altera satis celebri, altera satis obscurio et foedo loco, quam quoties intueor, toties poenae, quam sibi hortorum ille apud Horatium deus imprecabatur, in mentem venit; certe ne semel quiden eo accessi, quin *Julius et fragilis Pediatis*, ceterique isti, quos *saturos* Plautus diceret, discedere statim cogerent. In his ergo basibus diserte: AEGVPTO. IN. POTESTATEM. POPVLI. ROMANI. REDACTA⁹³⁾. Sed haec *ἐν παρόδῳ*; illud ad rem, magnam partem horum oppidorum, quae Pompeius in ditionem accepit, certe celebriora et illustriora hoc ipso tractu fuisse, qui inter Hiberum et eos, quos dixi, terminos a fretu Balearico ad oceanum Cantabricum excurrexit, facile ex Livii lib. XXXV. cap. 7. ubi Oretanos in cite-

93) Eutrop. VI, 1. de eadem Pompeii victoria: *omnes prope Hispaniae in ditionem populi Romani redactae sunt. Sed Romanos etiam simpliciter dixisse, redigere in ditionem, docuit Drakenborch. ad Liv. XXVI, 21, 17. Itaque in Plinii locis nihil mutandum.*

riore Hispania ponit, Caesare de Bell. Civ. lib. I. cap. 61. Apiano, aliisque scriptoribus confirmare possem, si hoc agere vellem; sed satis haec fortasse ad quae, ut diximus, infra de altero fragmenti loco disputabimus. *IUVENATIUS*. In Hispaniam ulteriorem; videturque Hertuleius fuisse in Lusitaniae finibus, *le Portugal*, quae pars erat Hispaniae ulterioris. *BROTIERIUS*. De Hispaniae divisione subinde mutata vid. Tzschuck. ad Mel. II. 6, 3. Vol. III. Part II. p. 509. sqq. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 303. sqq. et Iuvenatii notam ad lin. 186. Verba *in alteram provinciam* Anglicus interpres vertit: *into another province*; Sivrius: *dans un autre département*; quasi Livius scripsisset: *in aliam provinciam*. Recte Brossius: *dans l'autre province* et Noctius: *dans l'Espagne ultérieure*.

Lin. 126. ·L· HERTVLEIV ~] Nomen huius quaestoris Sertorii apud veteres auctores mendose scriptum. Epitomae Livianae habent *Herculeius*; fragmenta Sallustiana *Hirtuleius*; sed vera lectio in hoc fragmanto servata est; ex quo colligitur, quam recte iudicaverit de antiquissimis veterum auctorum membranis Gronovius in praefatione editionis suaे Livianae, qui, laudato vetustissimo Puteanoruи fratrum libro, haec adiecit: *et inde iudicium faciendum, quantum non in Livio tantum, sed in aliis quoque priscis auctoribus restituendum esset, si ad illud aevum pretiumque codices nanciscamur*. *BRUNSIUS*. Iam nunc igitur Sigonii, quo ingenio ac doctrina viri! coniecturae amplius locus non erit, qui in scholiis ad Epit. lib. XC. Plutarchi 'Ερέννιον et hunc Livii Hertuleium pro eodem accipiendum esse suspicatus est; in quo parum, aut nihil hominem, ut dixi, doctissimum vidisse, quis tanto nunc illo minor non videt? Cuius autem, nisi harum membranarum beneficio videt? Sed redeo ad Hertuleium, cuius nomen varie in Sallustii fragmentis, epitome Livii, Floro, Orosio, Eutropio scriptum offendit: alibi enim *Herculeius*, vel *Hirculeius*, alibi *Hirtuleius*; et, si superis placet, in quibusdam etiam exemplaribus *Hertulegius*; apud neminem vero, in quem equidem inciderim, *Hertuleius*, quae harum schedarum lectio est, quamque praeferre ceteris non dubitarem, nisi si in plerisque propriis nominibus turpiter lapsum hunc descriptorem viderem. Sed hoc non magni momenti est; illud ponderosius, (quod hactenus tamen criticorum diligentiam fugit) quod Eutyches de Adspiratione apud Cassiodor. de Orthogr. cap. 9. p. 2515. ed. Putsch. hoc nomen diserte per HI, non per HE scribi docet oportere: *I vocalis*, inquit, *ante R semper adspiratur, ut hircus, hirquitallus, Hirpinus, hirsutus, hirtus, Hirtule-*

ius, *Hirrus* proprium; nisi aut monosyllabum sit, ut *Ir*, aut ex motu verbi⁹⁴⁾, etc. Quae sequuntur videantur, si tanti est, apud eundem. Quantum autem unius quamvis antiquissimae membranae lectio praeponderari debeat ea, quam consulto atque exempli loco vetus grammaticus afferat, nemini, puto, obscurum est. Illa enim unius antiquitatis testimonio, haec et antiquitatis, hoc est, temporum illorum, quibus grammaticus vixerit, testimonio nititur, et praeterea consensum et auctoritatem continet superiorum. *IUVENATIUS*. Persuasit sibi Iuvenatius cum Brunsio, hoc in fragmento esse veram scripturam nominis legati Sertoriani, qui apud alios modo *Hirtuleius*, modo *Herculeius*, modo aliter appellatur. Hic est *Hertuleius*. In quo nobis dubitationem affert analogia nominum Romanorum. Nam nomina huius formae fiunt velut e stirpe nominis in *ius*: ut ab *Egnatio*, *Egnatuleius*. Sed nullum tale nomen Latinum est, unde *Hertuleius* ductum sit. At *Hirtuleius* est ab *Hirtius*. Sed illas literas, *e* et *i*, in omni lingua pronuntiatio permuat: *ERNESTIUS* in Praefat. ed. Lips. p. 6. sq. Perperam epitoine Liviana lib. XCI. habet *Herculeius*; fragmenta Sallustii *Hirtuleius*. Verum nomen prodit antiquissimus hic Livii codex, ut recte observavit Cl. Brunsius. *BROTIERIUS*. Tzschuckius ad Eutrop. VI, 1. not. 11. de vera huius nominis scriptura *Hirtuleius*, quam in supplemento orationis Ciceroniane pro Fonteio reperitam Niebuhrius p. 57. magis etiam firmavit, consentit cum Iuvenatio, cuius notam Ernestius, eum cum Brunsio, cui Brotierius accessit, codicis Vaticani scripturam probasse perhibens, festinans percurrisse videtur. Recte tamen idem, ut *Hirtuleius* scribendum esse doceret, ad nominum Romanorum analogiam provocavit. Quemadmodum enim *Herennuleius* et *Hirtuleius*, quae nomina in hoc fragmento leguntur, ab *Herennius* et *Hirtius*, atque *Egnatuleius* ab *Egnatius* descendunt; ita nomina eiusdem formae, *Appuleius*⁹⁵⁾, *Barbuleius*, *Canuleius*, *Rabuleius* et *Septimuleius* ex *Appius*, *Barbius*, *Canius*, *Rabius* et *Septimius* derivantur. Aliorum eiusmodi nominum, veluti *Aurunculeius*, *Bucculeius*, *Plaguleius*, *Proculeius* et *Venuleius*, etyma in *ius* desinentia frustra quaesivi. Certius est, nomen minus obvium ac notum *Flavoleius*, quod Liv. II, 45. legitur, a *Flavius* deducendum, neque tamen propterea in *Flavuleius* mutandum.

94) *Pro verbi*, quod in Putschii editione legitur, Iuvenatius scripsit *recti*; quod unde petitum sit et quid sibi velit, me ignorare fateor.

95) Hanc ipsam ob causam pro *Appuleius* alii minus recte *Apuleius* scribunt. Vid. Schneideri Gramm. Lat. Part. I. Vol. II. p. 426.

esse; quum prisci Romani nullam literam vocalem in eadem syllaha geminarent, sed praecedente *v* litera, veluti in cognomine *Scaevola*, *o* pro *u* ponerent. Vid. Schneideri Gramm. Lat. Part. I. Vol. I. p. 51. coll. Part. II. Vol. I. p. 58. Ceterum librarii similiter depravarunt nomen *Barbuleius* in Sallustii fragmanto apud Priscian. VI, 11. Vol. I. p. 256. ed. Krehl. coll. Plin. H. N. VII, 12. Valer. Max. IX, 14. et Tacit. Hist. I, 25.

Lin. 128. 129. ADMINISTRARE VELLET] Postremu huins verbi litera ita cum prima subsequentis connexa ac colligata est, ut tamen nemini, qui accurate locum inspexerit, quoniam vocalis sit, dubium esse possit. Itaque vel post *administrare* excidit, ut opinor, pronomen *ipsu*n, aut quid tale, quod ab oscitante librario praeteritum sit; vel reponendum est *administrari*. *IUVENATIUS*. Livianum utique fuit *administrari*; non enim alteri praecipere potuit, quod ipsi agendum erat, aut qua ratione ipse bellum administrare vellet. *IHRIO*s. *Hirtuleium — administrari*. Ita iam Iuvenatius membranarum menda correxit, cuius oculis, quum literas E et V coniunctas esse crederet, idque etiam in editione exprimit, ludibrium obiectum fuit. *NIEBUHRIUS*. De nomine *Hirtuleius* vide supra notas ad lin. 126. In ed. Hamb. prima tantum verbi *administrare* syllaba lin. 128. legitur, reliquis in versum subsequentem translatis. Quod Brunsio invito factum esse, perspicue declaranteius apographum et schedae, in quibus pariter atque in edd. Rom. et Neap. duae priores huius verbi syllabae in fine lin. 128. tres posteriores in versus subsequentis principio collocatae reperiuntur. Atque hoc ordine, quem editor Mannhemensis nobiscum secutus est, hunc locum esse scribendum, Brunsius etiam in suo editionis Hamburgensis exemplo significavit. Similiter a primis fragmenti editoribus supra lin. 124. 125. et infra lin. 165. 166. peccatum est. Ed. Bass. typographi negligentia ADMINISTRARE & ELLET exhibere, obiter moneo. Sed haec leviora sunt. Pergamus ad alia, eaque multo graviora. Quaeritur enim, num pro *administrare*, in quo Brotierius non offendisse videtur, ex Iuvenatii et Ihrii conjectura, Niebuhrio quoque probata, *administrari* scribendum; an locus haud dubie depravatus alia ratione emendandus sit. Ad quam quaestionem tum denum accurate poterit responderi, si prius constitutum fuerit, utrum verba: *praecipiens quemadmodum bellum administrari vellet*, ad Herennuleium et Hirtuleiuin, an ad hunc solum pertineant. Anglicus fragmenti interpres verba illa pressius vertens: *directing how he would have the war carried on*, rem in medio reliquit. Sivrius autem et Brossius huius loci sensum ita expresserunt, ut appa-

reat, eos illa ipsa verba ad utrumque exercitus Sertoriani ducem retulisse et hanc ob causam, ut ambiguam orationis structuram expedirent, verba *ce dernier* in sequentibus versioni inseruisse. Noelius, qui vel pronomen *ipsum* subaudiendum vel *administrari* legendum esse, in notis versioni adiectis monuit, de solo Hirtuleio cogitans, verba supra apposita ita reddidit: *pour lui prescrire le plan de ses opérations.* Hunc ut sequar, animus inclinat. Primum enim, quum Sertorium fere eadem, quae Perpernae in Ilercaoniam mittendo coram praeceperat, ad Herennuleum, qui in iisdem locis erat, perscripsisse veri sit simillimum, non erat, opinor, quod Livius huius epistolae argumentum multis verbis exponeret. Deinde Livius, si verba: *praecipiens quemadmodum bellum administrari vellet*, ad Herennuleum pariter atque Hirtuleum referenda fuerint, haec sane arctius, quam par erat, coniunxisset cum sequentibus, quae non nisi de Hirtuleio, cui tum in Hispania ulteriore Metellus imminebat, intelligi possunt. Tantum igitur abest, ut aut, servata codicis scriptura *administrare*, in *precedentibus* pronomen *ipsum* vel cum *Iuvenatio* inserendum vel cum Noelio supplendum censeam, aut, recepta lectione *administrari*, in sequentibus, Sivrii et Brossii vestigia premens, *ante omnia*, *ut hic ita socias civitates tueretur* etc. legendum esse existimem; ut persuassimum habeam, pronomen *eum* post *administrare* excidisse, *Liviu[m]que id agentem*, ut epistolae ad Hirtuleum datae summae exponeret, omnique ambiguitatis culpa vacuum ADMINISTRARE E VELLET scriptum reliquise. Quippe vides, voculam EV in scriptura continua partim a litera ultima vocis *precedentis*, partim a prima sequentis interceptam esse; qui fons est et lacunarum et additamentorum uberrimus. Vid. Drakenborch. ad Liv. V, 50, 5. et XXXIX, 6, 2. atque notas nostras ad Liv. XXXIII, 31. et 45. et XLV, 9. De formula *bellum administrare* cf. Cort. ad Sallust. Iug. 29, 1.

Lin. 151—155. NE ACIE — — DIMICARET] Iam tum videlicet metuens, ne, quod eventus postea declaravit, narrabatque hoc eodem libro Livius, si rem proelio committeret, ab eo debellaretur. At enim quum Hirtuleii res tam ancipiti loco essent, quid ipse continuo in ultimos Berones recessit? Quorsum hac expeditione spectavit? *IUVENATIUS.* Editor Mannheimensis p. 179. recte NE ACIE, sed p. 184. perperam *ne in acie* posuit. Hoc enim, praeterquam quod illud in codice legitur, respuit Latinorum consuetudo, ex qua Livius IV, 58. VII, 29 IX, 41. et XXXI, 35. *acie dimicare*, lib. X, 14. et XL, 46. *acie concurrere*, lib. XXIII, 11. et XXXII, 6. *acie configere*, lib. VII, 22. *acie congregandi*, lib. II, 14. XXXI, 48. et XXXVI,

17. acie decernere, atque lib. VII, 14. XXIX, 36. et XLIV, 39. acie pugnare, de iusto proelio dixit. *Ne in acie cum Metello dimicaret idem esset quod ne ipse, proelio commisso, cum Metello congregaderetur.* Alia ratio est verborum Liv. V, 41. quod nec in acie ancipiti usquam certaverant proelio, ubi in acie, quod oppugnationi urbis opponitur, idem significat quod *quum proelium committeretur.* De clade Hirtuleii, in Lusitania a Metello caesi, vid. Iuvenatii notam ad lin. 186. et Brossii Hist. Reipubl. Rom. lib. II. cap. 50. 51. Tom. I. p. 594. sqq. Quae causae Sertorium impulerint, ut in Berones iter intenderet, Livius ipse docuit infra lin. 157 — 176. qui locus, Iuvenatio inaccessus, Brunsii et Niebuhrri opera nobis patefactus est.

Lin. 133. 134. NEC AVCTORITATE NEC VIRIBVS] Sic perspicue membranae. Ambae editiones NEQ—NEQ. NIEBUHRRIUS. In Brunsii schedis quoque NEC priore loco posivum reperi; in apographo non item. Contra Grynaeus Liv. XLV, 8. nec edidit, pro quo in codice Vindobonensi neque legitur. Hoc Livio restituimus. Praeterea verbis *par esset*, quae sequuntur, non medium cum Erotiero et Niebuhrio, sed maximam cum Brunsio ceterisque fragmenti editoribus, qui ed. Hamb. textum exhibent, interpunctionem subiiciendam esse, librarius ipse, si quidem Brunsii apographo atque editioni Hamburgensi fides habenda est⁹⁶), maiore in media lin. 135. spatio relicto, ut alibi, significavit. Et recte quidem. Livius enim, exposito literarum ad Hirtuleium missarum argumento, in sequentibus pergit ad ea explicanda, quae Sertorius, priusquam in Berones et Autrigones progrederetur, secum agitasse dicitur, atque hic etiam more suo, qui Niebuhrium praeterisse videtur, verbo infinito *esse finitum credebat* subiunxit. Vid. Drakenborch. ad Liv. V, 47, 5.

Lin. 135 — 139. NE IPSI QVIDEM — EVM CREDEBAT] Quomodo lacera haec sarciri queant, non facile invenio: ut cuique coniectura libera est, pro ratione spatii, quod residua vocabula relinquunt, insererem: *Ne ipse quidem consilium expedit, an ad versus hostem duceret, neque in se vi usurum eum credebat.* Arbitrabatur nempe, Metellum⁹⁷), quamvis numero militum superiorem, pugnae potestatem non facturum, quum praevideret, si traheretur bellum, Sertorium

⁹⁶⁾ Nam in Niebuhrri nota ad lin. 135. huius loci scriptura, ne quid dissimilem, uno et perpetuo tenore decurrit.

⁹⁷⁾ Imo Pompeium, cuius nomen Niebuhrius ex codice restituit. Vid. infra not. 106. et quae ad lin. 164. adnotavimus.

ad omnium rerum inopiam redactum iri, dum mari a tergo libero, commicatum larga copia ipsi proconsuli navibus ventura esset. *IHRIUS.* Hunc locum qui plene exstat—PARESSETNEIPSIQVIDEMCONSILIVMESSEDVCERE—VERSVSPONPEIVM, mutilatum exhibit ed. Hamb. *par esset ne ipse quidem consilium versus . . . neque etc.* Ed. Rom. adhuc peius: *par esset . . . s . . m consilium . . . versum . . . neque etc.* Mox ed. Hamb. omittit *aciem descen*—quae tamen in apographo⁹⁸⁾ Brunsii legi notavit Kreysigius. *NIEBUHRIUS.* Non male Ihrius, antequam vera huius loci scriptura a Niebuhrio ex codice esset eruta, rescripsit *consilium expediti*, qua formula Liv. XXII, 55. et XXXVII, 7. atque Tacit. Hist. III, 63. ita usi sunt, ut significet idem quod *consilium explicare apud Caes. E. C. III, 78. et viam consilii invenire apud Liv. IV, 48. Sivrius, ed. Rom. secutus, lacunas huius loci ita explere conatus est: Sed hoc Sertorii maluissem consilium imo inversum capere; nam neque erga Metellum morae opus erat, neque in aciem descensurum eum credebat. De verbis erga et morae opus erat, pro adversus et mora opus erat positis, (nam ceteram supplementorum barbariem et inconcinnitatem Sivrius a me tacitam ferat) vid. Cornel. Dat. cap. 10. et Ruddimanni Institut. Gramm. Lat. Part. II. p. 66. sq. Brotierius hunc locum ita supplevit: *ne ipse quidem consilium inierat adversus eum eundi, neque in praesentiarum incursum eum credebat. Ire ad et adversus hostem* Livius XLII, 49. dixit; sed formula *in praesentiarum*, de cuius bonitate multi dubitarunt, non obtrudenda Livio, qui *in praesentia* scripsisset, sed aliis scriptoribus relinquenda erat. Vid. Ruddimanni Institut. Gramm. Lat. Part. I. p. 315. coll. Drakenborch. ad Liv. VI, 26, 8. Brosius inde ab hoc loco a lacunis excludendis abstinuit. Harduin, quae olim deerant, ita restituenda esse putavit: *Nec*⁹⁹⁾ *ipse quidem consilium salubre versus semet ipsum, neque in opportuno usurum eum credebat; quam restitutionem Noelius recte nec satis Latinam nec satis felicem sibi videri dixit.* Ceterum Brunsius, quum prius in schedis non solum id, quod postea probavit, sed etiam M IPSI QVIDEM scripsisset, verba NE IPSE QVIDEM, quae in edd. Rom. et Neap. desiderantur, apographo serius addidit.*

98) *Scr. schedis*, et vid. quae paullo post ad lin. 138. 139. adnotavimus.

99) Utrum hoc ab ipso Harduino, an a Noelio male pro *ne* positum sit, quuni Harduini editionem non potuerim nauisci, statuere nequeo.

Lin. 137. — — VERSVS] In edd. Rom. et Neap. sub ipsius linea initium :VERSVM legitur, et Brunsius etiam VERSVS in apographo, ut in schedis, primum ibidem collocavit; sed postea literas VE expunxit, sequentes RSVS in VERS mutavit et literas VS in fine adiecit. Lallemandus, licet ed. Hamb. sequatur, — *versum* scripsit, atque editor Mannhemensis, a Brotierio temere discedens, p. 179. in lin. 137. principio .VERSVM et p. 184. *ad versum* posuit.

Lin. 138. 139. NEQVE IN ACIEM — — CREDEBAT] Hic et sequens versus omnium postremi lecti sunt. ACTIM primo scriptum videbatur; quod admoneo, ne cui mirum sit, si aut nos in his schedis, aut quod multo mihi verosimilius est, in exemplari suo librarius E pro I acceperit in verbis VIRONVM et CERINDONES. Iam quae sequuntur usque ad *Perpernam*, fateor, me eorum sententiam non satis adsequi posse; si solus, est cur meam tarditatem accusem; si cum aliis, postquam haec in aliorum quoque manus pervenerint, tuin vero eius rei culpam in vetustatem coniiciemus, qua factum est, ut tribus amissis versiculis, filium quoque cogitatorum consiliorumque egregiorum maximi ac callidissimi ducis interrumpetur. *IUVENATIUS*. Non in Brunsii apographo, ut Niebuhrins in nota ad lin. 135 — 139. perhibet, verba *neque in aciem descensurum*, quae in edd. Rom. et Neap. leguntur, sed in eius schedis post vocabula *neque in*, quae sola apographum cum ed: Hamb. lin. 138. exhibet, deprehendi literas ACTIMDESCEN, ex quibus conjectura facta Iuvenatius veram codicis scripturam, quam Lallemandus quoque cum editore Mannhemensi adscivit, ingenii acumine perspexit. Qua quidem sagacitatis laude eum defraudare nolim. Ceterum ex iis, quae supra ad lin. 133. 134. de huius loci distinctione diximus, Niebuhrium nomini *Pompeium* pro media maximam interpunctionem pereram subiecisse, sponte intelligitur.

Lin. 140. SI TRAHERETVR BELLV?] Haec verba, pro diversa totius loci distinctione, Brunsius, cui Sivrius adstipulatur¹⁰⁰⁾, cum sequentibus, Cancellerius, cui Brotierius adsentitur, cum praecedentibus coniunxit. Hoc Niebuhrius, quum bellum nisi universae dimicationis detrectatione trahi non possit, illi parum circumspecte praetulisse videtur. Etenim singularae orationis partes, id quod Ihrius cum Sivrio bene perspexit, ita inter se cohaerent: *Sertorius credebat*, *Pompeium ipsum non in aciem esse descensurum: nam hosti, si bellum tra-*

100) Ita tamen, ut nou semicolon, quod vocatur, sed punctum verbo *credebat* subiiciendum esse censeat.

heretur, commeatus undique venturos; ipsi autem omnium rerum inopium fare, ita ut fame, telo acerrimo, in deditio- *rem compelli possit.* De coniunctione eorum, quae inde a lin. 150. sequuntur, vid. notas nostras ad lin. 150—156. Verba infinita, quae in sequentibus leguntur, olim pendere existimabam ab antecedenti credebat, ut in loco simillimo Liv. I. 52. Medium erat in Anco ingenium, et Numae, et Romuli memor: et, praeterquam quod avi regno magis necessariam fuisse pacem credebat, quum in novo, tum feroci populo; etiam, quod illi contigisset otium, sine iniuria id se hand facile habiturum: tentari patientiam, et tentatam contemni: temporaque esse Tullo regi aptiora, quam Numae. Ubi quum in codicibus nonnullis post habiturum vocabulum ratus a librariis male sedulis sit inculcatum, facile intelligitur, quid statuendum sit de effrenata Sivria licentia, qui, quum paucas tantum lin. 150—156. particulas in editionis Romanae apographo reperisset, post *inopiam fore* verba *credibile fuit* adsuenda esse putavit. Nunc autem, quum ea etiam, quae lin. 178. leguntur, a Niebuhr ex tenebris in lucem protracta sint, praestat cum Weiskio statuere, omnes illos infinitivos, qui lin. 141—156. cum accusativis coniuncti reperiuntur et causas continent, quibus adducti Pompeius ac Sertorius pugnam detrectaturi viderentur, non tam ad praecedens *credebat* referendos, quam ita ex usu Latinorum explicandos esse, ut ex linguae vernaculae consuetudine *intelligebat*, secum repuiabat, vel simile quid cogitando suppleatur. Vid. quae adnotavit Stallbaum. ad Ruddimanni Institut. Gramm. Lat. Part. II. p. 231. sqq.

Lin. 141. MARE] Intellige mare internum seu mediterraneum, quo commeatus Pompeio ex Italia vel Sardinia subvehi poterant. Ceterum nec hoc praetermittendum, librarium hic et lin. 161. non *quum* sive *quom*, quod in Vaticanis Sallustii fragmentis exstat, sed *cum* scripsisse. Vid. infra not. 135.

Lin. 146. CONSUMPTIS] Ita *redempta* in fragmento plebisciti de Thermensibus maioribus Pisidis apud Ursinum; *redemptoribus* in fragmento S. C. de ludis saecularibus apud eundem; *exemptum* pariter apud eundem in fragmento legis iudiciariae; *redemptorei* apud Mazochium in fragmento Britannico tabulae Heracleensis cap. 2; *ademptum* apud eundem in fragmento Neapolitano eiusdem tabulae cap. 8; *emptum* apud Muratorium pag. 582. in tabula, quam nec semel ipse vidi, posita Pisone et Gabinio Coss; *sumptum* apud Fabrettum cap. 2. n. 297. quae basis Antonini Pii principatu scalpta est; denique *consumptum* in epistylio veteris aedis, quod etiamnun visitur ad radices Capitoli. Quare nihil causae esse posset Mureto,

Lambino, Sanctio, Perizonio, aliquisque, si viverent, cur secus, quam ipsi fecimus, de harum membranarum aetate ex huius verbi scriptura statuerent. Nec aliter profecto Ciceronis temporibus, quaeque proxime antecesserunt, aut consecuta sunt, atque adeo ab ipso Augusto scribi haec verba consuevisse, tam inibi exploratum est, quam errare eos, qui contra sentiunt, Lambinum in primis, huinsque adstipulatores Dausquium ac Sanctium. *IUVENATIUS*. De hac vocabulorum eiusmodi scriptura, in Ciceronis et Frontonis codicibus Mediolanensibus et Vaticanis, quos Maius excussit, palimpsestis Taurineusibus etiam, quos Peyronus pervestigavit, Livii codice Vindobonensi aliquisque passim obvia, vid. Schneideri Gramm. Lat. Part. I. Vol. II. p. 466. sqq. Pro *priore*, quod sequitur, in Mercurii Francogallici edd. Paris. et Amst. perperam *priori* legitur. Vid. Ruddinanni Institut. Gramm. Lat. Part. I. p. 89. et quae vir doctus in Ephemerid. literar. Ienens. a. 1825. No. 33. p. 260. hac de re exposuit.

Lin. 150. PERPERNAM] Hoc nomine in scriptura proiendo librarius hic pariter ac supra lin. 75. significavit, Livium novam rerum seriem ordiri¹⁰¹⁾; ideoque omnes fragmenti editores et interpretes hunc locum ab antecedentibus disiunxerunt, excepto Brotierio, qui solus mecum perspexisse videtur, haec quoque iis addenda esse, quae Sertorius lin. 187. 188. secum agitasse dicitur. Quod quam recte statuerit, et codicis scriptura Invenatii acumine ac Niebuhrii studio investigata docet, et ex notis ad lin. 151. clarus apparebit. Hic praemonuisse sufficiat, haec ita cum praecedentibus esse connectenda: *Ne ipsi quidem Sertorio consilium erat adversus hostemducere, quum, praeterquam quod Pompeius ipsum inopia potius quam armis debellaturus proelio abstinere videretur, praeterea Perperna, regioni maritimae praepositus, agmen Pompeii, occasione data, ex insidiis adgressurus esset.*

Lin. 151. REGIONEM SVPERPOSITV?] Quid sequitur? SVPPLEMENTVMne, an SVPERPOSITVM, an quid aliud¹⁰²⁾? Sed ex triginta admodum versibus, qui sequebantur, praeter pauca verba, eaque valde laciniosa, maleque inter se cohaerentia, reliqui omnes ita deliti ac detriti sunt, ut cum Plautino Pseudolo credam, nisi Sibylla legerit, an divinaverit potius? interpretari alium potesse neminem. *IUVENATIUS*. Sup...

¹⁰¹⁾ Alios quoque librarios hunc morem tenuisse, docent codices palimpsesti, ex quibus Maius, Niebuhrius et Peyronus Ciceronis fragmenta ediderunt, atque schedae Vaticanae, quae Sallustii fragmenta continent.

¹⁰²⁾ Vid. Niebuhrii notam, quae sequitur.

fortasse *suppetias misit*: loquendi genus non infrequens est, *ire, venire, proficisci suppetias. IHRIUS. Super venturum.* Iam pars verbi occurrit in MS. codice. Id etiam innuit, quod mox sequitur, *incautos per tempus adgressurum. BROTERIUS.* Haec columnia fere tota ab ed. Rom. abest, quae quidem primo versu nihil praeter haec pauca: *REGIONEM* (contra membranas cum R grandi) SVB :: : ITV::: (ubi tamen paeclare Iuvenatius, licet haesitans, divinavit *superpositum*, quod diserte scriptum exstat:) deinde male lectos et mutilos versus 161 — 163. quos 158 — 160. facit: postremo penultimo versu .. aemu.. habet, cuius nihil simile ibi exstat.¹⁰³⁾ Multo autem plura Brunsius dedit, a versu scilicet 152. usque ad 167. certe non integra, neque omnino accurata. *NIEBUNRIUS.* In Brunsii apographo et ed. Hamb. nihil nisi SVP --- exstat: sed in Brunsii schedis haec deprehendi adumbrata magis quam perfecta: SVPS..V::, SVP .. P... TV::, SVPEREOSITV:: et SV-PERPOS....; quae quidem omnia proxime accedunt ad coniecuturam Iuvenatii, quem SVB.... scribendum censuisse, Brunsius ibidem adnotavit. Editor Mannhemensis edd. Hamb. Rom. et Neap. lectiones ita coniunxit, ut p. 179. SVP....TV.. et p. 184. *super venturum* scribebat. Neque vero est, quod miremur, Brunsium et Iuvenatum de huius loci scriptura dubitasse, quum praeter Livium nemo superponere in regionem maritimam, h. e. Graece redditum *καθιστάναι ἐπὶ τὴν παραλίαν*, pro *regioni maritimae praeponere*, dixisse videatur. Praeter Ihrium et Brotierium, quorum supplementa partim supra posuimus, partim infra adferemus, Harduinus lacunas, quibus hic locus olim deformabatur, ita explevit: *Perpernam in maritimam regionem superiorem miserat*, ut ea quae integra adhuc ab hostis impetu occurrerent, tutari posset, et, si qua occasio detur, *incautos per tempus adgressurum*. Itaque hic etiam, ut Ihrius, quem formulam *suppetias misit*, in Livii libris frustra quaesitam, inseruisse vidimus, haec ab antecedentibus separanda esse ratus, non animadvertisit, in priore huius loci lacuna verbum finitum poni non posse, nisi in fine periodi *adgredetur pro adgressurum* scribatur, vel tota periodus in hunc maxime ordinem redigatur: *Perpernam in maritimam regionem submisit, ea, quae integra adhuc ab hoste sint, praesidio tutaturum, et, si qua occasio detur, incautos per tempus adgressurum.* Similiter Curt. VIII, 2. Alexander, inquit, *Hephaestionem in regionem Bactrianam misit, commeatus in hiemem paraturum*, h.e. ut *commeatus in hiemem pa-*

¹⁰³⁾ Vid. quae infra ad lin. 179. 180. adnotavimus.

raret. Huc aocedit, quod Livius, si haec a praecedentibus male disiunxeris, eadem quae supra lin. 104—120. de Perperna in Ilercaoniam misso leguntur, paucis interiectis, iterum iusta narratione exsequendo, multo magis in molestae repetitionis, quam ei Niebuhrius p. 88. exprobravit, reprehensionem incurret. Qua quidem ut Livium quodammodo liberaret, Brossius, vocabulum *supra* in lacuna *sup...* latere ratus, parum probabiliter suspicatus est, hic epistolae ad Perpernam missae atque eadem fere praecepta, quae Sertorius illi in Ilercaoniam proficisciendi deditis supra narratur, repetentis argumentum a Livio exponi.

Lin. 153. AB HOSTE —— POSSET] Supple *irruptione essent, tueri. IHRIUS. Ab hostis vi tutari.* Supplevi quae indicabant reliquae literae ¹⁰⁴). *BROTIERIUS.* Ed. Hamb. *ab hostis...ri* ¹⁰⁵). *NIEBUHRIUS.* Quum olim cum Brotierio *superventurum*, et pro eo, quod idem edidit: *ut ea, quae integra adhuc, ab hostis vi tutari posset, paucis mutatis, ut ea, quae integra adhuc ab hostis vi essent, tueri posset,* rescripsisse; postea satius censui, locum lacunosum ita refingere: *ut ea, quae integra adhuc ab hoste sint, tueri possit.* Recte enim, id quod eventus comprobavit, suspicabar, literas E et I hic quoque a Brunsio permutatas esse, atque pro explorato habebam, praecedens *superventurum* secundum certam grammaticorum legem non posset, sed possit requirere; praesertim quum Liv. III, 9. ubi recte editum est, *legem se promulgaturum, ut quinque viri creentur, plures codices pro creentur perperam crearentur exhibeant.* Quum autem *superpositum*, quod sequens posset satis tuetur, in membranis Vaticanis repertum sit, fieri non potuit, quin nostra conjectura ex parte tantum codicis auctoritate confirmaretur. Ceterum similiter Livius VI, 5. *oppidum inviolatum integrumque ab omni clade belli, lib. IX, 41. gentem integrum a cladibus belli,* et lib. XXXIV, 19. *agrum integrae regionis dixit.*

Lin. 154 — 156. ET SI QVA —— ADGRESSVRVM] Haec verba Anglicus fragmenti interpres ita reddidit: *and, if occasion offered, might attack them unawares; quasi Livius hic quoque, ut lib. I, 53. simpliciter scripsisset: et per occasionem eum in-*

¹⁰⁴) Ed. Hamb. lectionem, quam Ihrius pariter ac Brotierius in supplementis huins loci concinnandis secuti sunt, Niebuhrius nota sequenti proposuit.

¹⁰⁵) In hac Niebuhrii nota, nisi Niebuhrius ipse meo huius loci supplemento, quod prima fragmenti editio exhibit, in errorem fuerit inductus, pro *ri*, quod in ed. Hamb. existat, per operarum negligentiam *vi* legitur.

cautos invasurum. Similiter Harduinus: *et même pour le prendre au dépourvu, si l'occasion d'une surprise se présentait.* Quod vereor, ut satis accurate fecerint. Paullo melius Brosius: *de ne tomber sur lui qu'à propos, et que quand il s'offrirait une occasion de le surprendre.* Etenim lacteam potius Livii ubertatem, quam ieiunam eiusdem sententiae repetitionem hic reprehendes, si sensum verborum hoc modo constitueris: *Perpernam, occasione data, rei feliciter gerendae tempus non dimissurum, sed hostes incautos oppressurum esse.* Verba: *si qua occasio detur, h. l. idem valent quod oblata occasione, sive per occasionem,* Liv. V, 26. et XXXI, 48. ubi vid. Drakenborch. *per tempus autem, quod sequitur, idem significat quod in tempore,* Liv. VIII, 7. et XXII, 25. hoc est, *tempore opportuno, ἐν καιρῷ.* Cf. Terent. Andr. IV, 4, 44. coll. 19. ibique Donat.

Lin. 158. 159. HIBERONES ET AVTALCONES] Hi populi citerioris Hispaniae veteribus scriptoribus non memorantur. At quum Metello ¹⁰⁶⁾ ad Celtiberos tendenti iter monstraverint, manifestum est, eos habuisse in ea parte Hispaniae, quam nunc dicimus *la partie orientale de la Castille vieille, et partie d'Alava et de Navarre.* Et ut videtur ex nominibus, Hiberones Hibero flumini propiores, Autalcones Celtiberis. Opinor Livium scripsisse *ad Hiberones et Autalcones progredi statuit.* Ad exciderit aut vitio librarii, aut extrita scriptura. Imo suspicor, non fuisse scriptum *Hiberones*, sed *ad Berones*. In extritis enim literis falli potuit Cl. Brunsius. Manet forte veteris nominis memoria in oppido, quod nunc dicitur *Briones*, et Hibero flumini vicinum est, supra *Logroño*. BROTIERIUS. In *Berones* et *Autricones* perspicue membranae pro prava ed. Hamb. *scriptura Hiberones et Autalcones.* NIEBUHRIUS. Hunc locum, quem Brunsius, Danvilius, Ihrius, Brossius et Harduinus inoffensi praetermisserunt, vitio laborare, verbumque *progredi*, omissa praepositione, cum populorum nominibus causa quarto positis in pedestri oratione coniungi non posse, Brotierius primus intellexit; neque tamen eum persanavit. Eius vestigiis insistens, Livium non tam HIBERONES ET AVTALCONES, quam IN BERONES ET AVTRIGONES scriptum reliquisse, iam dudum conjectura auguratus sum in prima huius fragmenti editione p. 22. et postea demum vidi, Lallemandum per omnia, si vocabulum *forte* pro *fortasse* positum exceperis, mecum consentientem ad h. l. adnotasse: *Forte in Berones et*

106) Hic quoque Pompeius Metello substituendus est. Vid. supra not. 97. et quae ad lin. 164. adnotavimus.

Autrigones. Atque haec loci aperte corrupti emendatio, etiam si codicis auctoritas, qua illam egregie confirmari magno pere laetor, non accessisset, uti facillima, ita certissima esset indicanda. Primum enim ellipsis praepositionis post verba motum ad locum significantia, Graecis usitatam atque in noninibus regionum et insularum apud Latinos quoque scriptores passim obviam, in populorum nominibus poetas tantum v. c. Virgil. Eclog. I, 65. 67. raro imitatos esse, inter grammaticos constat. Vid. Bosii Ellips. Gr. p. 679. sqq. ed. Schaeff. et Ruddimanni Institut. Gramm. Lat. Part. II. p. 283. sqq. Deinde Brunsium literas IN et HI atque RI et AL in scriptura detrita facile permutare potuisse, docent Liv. V, 47. ubi HI QVI, ex INIQVI subortum, in codicibus nonnullis reperitur, huins fragmenti lin. 34. ubi pro IMPERAVIT primum literas IMTERRVLT Brunsii oculis oblatas esse, eius schedae testantur, et quae ad lin. 41. 75. 163. et 220. a nobis aliisque adnotata sunt. Denique rem conficit Livius ipse, qui in extrema fragmenti parte Sertorium, per Vasconum agrum ducto exercitu, in confinio Beronum castra posuisse atque postero die ad Vareiam, Beronum urbem validissimam et Autrigonibus vicinam, pervenisse, dilucide ac perspicue enarravit. Scripturam autem nominis *Autrigones*, licet codex Vaticanus hic et lin. 240. nobis adverseatur, nunc quoque non mutandam esse censeo, quum literae G et C, lin. 80. a Brunsio et lin. 240. a Iuvenatio confusae, in hoc nomine a librario facile potuerint permutari atque Ptolem. II, 6. *Αὐτριγόνες*, Plin. H. N. III, 4. *Autrigonum*, Mel. III, 1. *Autrigones*, atque Flor. IV, 12. et Oros. VI, 21. *Autrigonas* scripserint; quam Graecam accusativi formam a nominativo *Autrigonae* male derivavit Ukertus Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 320. Praeterea de Beronibus et Autrigonibus vide Iuvenatum infra ad lin. 228. 229.

Lin. 160—167. A QVIB.—MONSTRARENT] Sensum verborum esse coniicio, Sertorium Hiberonibus et Autalcomibus infensum, quod non solum imploratam opem ipsi denegassent, sed etiam Romanis, Celtiberorum urbes impugnaturis, viam monstrassent, ad eos infestandos progrederi statuisse: dubium deinde haesisse, utrum adversus Pompeium an Metellum signa sua esset conversurus. Illud *ese*, quod hic appareat, unam vocem esse dixerim, more antiquo exaratum. Novimus enim ex indicio Ciceronis lib. de Orat. ¹⁰⁷⁾ et Quintiliani Institut. Orat. lib. I. cap. 7. veteres raro literas geminasse, et

¹⁰⁷⁾ Quem Ciceronis locum Ihrius significet, alii investigent. Ego frustra quaesivi.

hinc constanter scripsisse esent, fecise, Casius, Cina. Cf. Festus in *Solitaurilia*, p. 515. ed. Dac. Ese itaque positum existima pro esse ¹⁰⁸⁾. *IHRIVS.* Harduimus, quae in ed. Hamb. desunt, ita supplevit: *Ipse cum suo exercitu Hiberones et Autalcones progredi statuit, a quibus adversus famem cum a se oppugnarentur Celtiberae urbes imploratam esse opem frustra meminerat, missosque qui itinera exercitiū Romano monstrarent. Incertus tamen, maritimam oram etc.* Brotierii supplementa singulatim adferam.

Lin. 160. 161. A QVIE· G — — MEM] *A quibus gratiam querebatur infamem.* Id et loco et veteris scripturae vestigiis convenire mihi videtur. Pro *querebatur*, si quis malit, *reposebat*, haud repugnabo. *BROTIERIUS.* Pro *a quibus saepe per hiemem* ed. Hamb. *a quib. g.... mem,* ed. Rom. *ageri.* En expeditiones hibernas, factas dum Gn. Pompeius hiemem in castris inter saevissimas gentes ageret. Vid. epistolam Pompeii inter fragmenta Sallustiana p. 964. ed. Cort. *NIEBUHRIUS.* In hoc loco reparando Brotierius cum Harduino' operam lusit. Olim tamen et ego incassum laboravi, quum lacunas ita explerem: *a quibus gentibus haud inanem, quum -- urbes, imploratam esse opem ab Metello, sciebat, missosque etc.* coll. Iul. Caes. B. G. I, 31. *neque auxilium a populo Romano imploratuos.* Postea autem, quum animo reputassem, Sertorium Contrebiam aliasque Celtiberorum urbes hieme instante expugnasse, a Livii manu profectum esse opiuatus sum: *a quibus gentibus sub hiemem,* vel *per hiemem;* atque in hoc, quod a Niebuhrio in codice repertum est, Weiskius quoque incidit. Ceterum origo lectionis AGERI, quam edd. Rom. et Neap. pro MEM exhibent, repetenda est ab errore Juvenatii, cui pro duplice M per oculorum ludibrium species literarum AG et RI obiecta est. Similiter Brunsius, id quod ex eius schedis intellexi, lin. 66. pro MENTAQV. codicem RIEN-TAQV. offerre, prius existimavit, quam veram scripturam erueret.

Lin. 161. AB SE] Haec verba, quae in sola ed. Hamb. desiderantur, Brunsius apographo suo inseruit, tribus lineolis superne notata; quod indicio est, eum de huins loci scriptura nonnihil dubitasse. Facile igitur carebimus supplementis Brotierii et Harduini, quorum ille *nuper, hic a se* in textu reposuit pro *ab se*, quod ex ipso codice petitum atque ed. Manuh. recte insertum edd. Rom. et Neap. iam dudum exhibebant.

Lin. 162. CELTIBER..] Sertorium, puto, sic loquen-

108) Vid. quae, ut Ibrii sententiam refutaremus, infra ad lin. 163. hac de re diximus.

tem, aut scribentem Livius inducebat: ut quod in epitome lib. XCI. legitur: *Sertorius aliquot urbes expugnavit, plurimasque civitates in potestatem suam redegit*, hoc totum fortasse de populis Celtiberorum intelligendum esset. Sane autem Contrebiam, quam ab eodem paullo supra expugnatam legimus, non obscure Florus Celtiberorum oppidis accenset. Vide hunc lib. II. cap. 17. Sed haec non aliter, quam pro conjectura accipi volo: quis enim liquido praestet, illa ex Sertorii persona fuisse scripta? *IUVENATIUS. Celtiberorum urbes.* Non difficile fuit supplementum, quum maxima pars in codice MS. extaret. Celtiberi autem, Celtis, seu Gallis, et Hiberis mixti, unde iis nomen, idque apud Hispanos bellorum studiis celebratissimum. Laudantur a Sil. Ital. III, 340. *Veneret Celtae sociati nomen Hiberis. His pugna cecidisse decus*¹⁰⁹). Eam Hispaniae partem tenuere, quam nunc dicimus *la partie occidentale de la Castille nouvelle, et une grande partie de l'Aragon.* *BROTIERIUS.* Quum in Brunsii apographo et ed. Hamib. CELTIB., in edd. Rom. et Neap. CEL: IBER:: exstet, de huius loci scriptura dubitari poterat. Cf. nostram Epist. ad Goeller. p. 472. Quo factum est, ut Cancellerius, quum vocabulum *'urbes* in lacuna *ur...* latere, non perspexisset, *cum ab se oppugnarentur Celtiberi ederet*¹¹⁰), et Erotierius *Celtiberorum* scribendum esse censeret; ego *Celtiberiae* olim reponerem. Niebuhrius CELTIBER.. ex codice editum et cum Harduino *Celtiberae* scripsit; quod verum videtur. Valer. Max. V, 1, 5. *Celtiberarum urbium.* Neque tamen vel sic omnis dubitatio nobis exempta est, quum Livius XXII, 22. *Celtiberico bello* et XXVIII, 2. *Celtibero exercitu* scripserit, atque eodem iure reponere possis *Celtiberum* ex Liv. XXX, 8. atque XXXIV, 17. et 19.

Lin. 163. VRBES—ESSE] In MS. *ese;* ut iam alias monui, aut librarii vitio, aut detrita scriptura. *BROTIERIUS.* Ed. Rom. *ur....ernis.* *NIEBUHRIUS.* Vides hic quoque literas A et R atque E et I a Iuvenatio permutas esse. Literam S, in fine versus positam atque a Niebuhrio restitutam, non prorsus, ut visum est Brunsio, qui literas ESE in apographo tribus lineolis superne notavit, in membrana evanuisse, ex eadem edd. Rom. et Neap. lectioque iam dudum perspexi. Ita igitur sponte corruit senten-

109) Adde Lucan. IV, 9. sq. *profugique a gente vetusta Gallorum Celtae miscentes nomen Iberis.*

110) Pro *Celtiberi ur...*, quod edd. Rom. et Neap. exhibent, in Mercurii Francogallici ed. Amst. *Celtiberti ur...* atque in ed. Ern. *Celtiberi ut...*, quod Rupertius, cui Lemarius adhaeret, cum editore Oxoniensi non correxit, per operarum errorem legitur.

tia Ihrii, qui supra ad lin. 160—167. librarium ex prisorum Romanorum more, quem Matth. Aegyptius ad Senatusconsultum de Baechanalibus p. 151. Schneiderus in Gramm. Lat. Part. I. Vol. II. p. 451. sqq. coll. p. 443. et Niebuhrius ad Cic. Orat. pro Fonteio p. 55. illustrarunt, *esse pro esse* scripsisse, parum probabiliter suspicatus est; quum idem librarius lin. 99. *esse* et lin. 154. 155. *esset* ex vulgari ratione perscripserit, atque in aliis quoque vocibus, quas nihil attinet enumerare, a vetere illo literas semivocales non geminandi more abhoruerit.

Lin. 164. OPEM] *Ab Metello*. Id necessario fuit supplenum. Metellus enim occidentalem Hispaniae partem tenebat; Pompeius autem orientalem. Unde unus Metellus implorare opem poterat, ut subveniret Celtiberis. *BROTIERIUS*. Falli Brotierium in hac lacuna explenda, ex nota sequenti apparebit. Vid. supra not. 97. et 106.

Lin. 164. 165. PONPEI CONPERERAT] Haec duo vocabula desunt in ed. Hamb. *NIEBUHRIUS*. Quum olim et ego, id quod ex huius loci supplemento supra ad lin. 160. 161. proposito intelligitur, Brotierium temere secutus existimasse, Metellum Celtiberos a Sertorii impetu defensurum Berones et Autrigones in auxilium vocasse; postea tamen, non solum Brotierii, sed Ihrii quoque sententia reprobata, pro certo habui, Berones et Autrigones potius Pompeii, montes Pyrenaeos transgressi, opem adversus Sertorium implorasse. Atque hanc ipsam ob causam post vocabulum *opem* pro verbis *ab Metello, sciebat*, ut simul ambigua supplementi structura tolleretur, *Pompeii, sciebat* inserenda esse iudicavi; praesertim quum huic opinioni magnopere faverent scripturae genuinae vestigia in Brunsii schedis hoc modo expressa: *Inplora TAMI SEOTEMPONTE M. QVI... AT*, in quibus, uti OTEM pro OPEM, ita PONTE. pro PONPEI, quod librarius lin. 119. eodem modo scripsit, a Brunsio positum esse, probabili admnodum et, quod eventus docuit, certissima coniectura perspexi. Pro MISSOSQ QVI, quod sequitur, ed. Maunh. p. 179. perperam MISSOS QVI, sed p. 185. recte missosque qui exhibit. Illud igitur, in quo copula desideratur, typographi negligentiae tribuendum. Praeterea in Brunsii apographo atque ed. Hamb. duae priores tantum vocabuli *itinera syllabae* lin. 165. leguntur, reliquis duabus in versumi insequentem translatis. Niebuhrius contra hoc vocabulum ita divisit, ut tres priores eius syllabas in fine lin. 165. atque extremam in lineae sequentis principio collocaret. Hanc rationem, licet Niebuhrius nihil hac de re in notis dixerit, propterea praeferendam esse existimavi, quod et Brunsius, quum Roma dis-

cedere pararet, hos versus apographo festinantius adiecit, et Niebuhrius, se fragmenti exemplum typis descriptum cum codice Vaticano iterum iterumque diligenter contulisse, in literis ad me datis adseveravit. De similibus primorum fragmenti editorum peccatis vide supra notas ad lin. 124.

Lin. 166. ROMANO] Ed. Hamb. prave ROMANT. *Niebuhrius*. Recte igitur, quum librarius nusquam hoc signo plurium syllabarum defectum indicaverit, Brunsius non Romanorum, sed Romano scripsit. Similis tamen compendii ambiguitas haud dubie in causa fuit, cur Liv. VII, 7. pro *castra Romana*, codices non pauci *castra Romanorum* offerant.

Lin. 167. MONSTRARENT] In hac voce desinit hic locus in ed. Hamb. Reliqua huius columnae hic primum comparent. *NIEBUHRIVS*. Brunsius in Epist. ad Kennicott. p. 335. se in postremis huius columnae versibus hic illic quasdam literas adspexisse, significavit atque etiam apographo haec in margine adlevit: *In reliquis versibus passim quaedam a me literae lectae sunt: sed quum integrum et cohaerentem ex illis sensum elicere non potuerim, praeterinisi: fortasse plura eruissem, nisi temporis spatio impeditus fuisset.* Fidem dictis faciunt eius schedae, in quibus has reperi laciniias, hoc modo in linearum ordinem redigendas: lin. 168. SORVM. QVILIS. MXITOS; 169. . . . MILITESQVOS.DO; lin. 170. 171. Oppugnationem CO.T.E; lin. 172. B . . . A.VLAN . . . ; lin. 174. 175. LS . . IVSSIMILITVMQVOQ . . . ERVMOSLNCAR; lin. 176. . . . DITO; lin. 178. AVSILIVM. ; lin. 179. 180. MAVMIRIV. HOSTEMVVRAM. Quae quidem omnia hic adscribere placuit, ut, quantum indefesso Niebuhrii studio debeamus, eo clarius intelligeretur. Brotierius, Hiberones et Autalcones gentes esse ratus a Beronibus et Autrigonibus diversas, lacunam ita explevit: *Quam perfidiam ultum ire volebat Sertorius, ut insigni exemplo ceterorum fidem retineret. Illos quum pro flagitii gravitate mulctasset, variis distrahitur curis, ambiguus quonam bellum vertat, utrum fidos Romanis populos incurret, maritimamne oram etc.* Quae si cum ipsis Livii narratione comparaveris, nullo negotio, etiam me indicente, poteris diiudicare, *quid distent aera lupinis.*

Lin. 167. 168. ET . . IPSORVM] Vocabulam ab Niebuhrius recte inseruit. Berones et Autrigones equitum copiis superasse, ex h. l. et lin. 239. 240. intelligitur.

Lin. 169. 170. QVOCVMQVE] Quemadmodum hic quo-cunque, ita infra lin. 215. quamcunque, cui Niebuhrius quamcunque minus recte substituit, in codice Vaticano exstat; quam

scripturam vulgari praeferendam esse censuit Schneiderus in Gramm. Lat. Part. I. Vol. I. p. 512.

Lin. 173. 174. PRO---] Ubicunque hic supplementa indicavi, nihil resectum est, demta ultima voce *peta*, sed omnia ita ablita abrasaque sunt, ut cum membranarum superficie literae, non dico evanuerint, sed perierint plane. *NIEBUHRIUS*. Recte Niebuhrius, licet Brunsii oculis lin. 184. aliarum literarum figurae obversarentur, lacunam verbo *progerderentur* expleuisse videtur. Similiter Vercingetorix apud Iul. Caes. B. G. VII, 14. *Romanos*, *inquit*, *pabulandi causa magno cum periculo longius ab castris progressuros*.

Lin. 175. ARVACOS] De scriptura huius nominis, cui Niebuhrius verbum erant supplementi loco praemisit, vid. notam ad lin. 205.

Lin. 175. 176. IN. ART.....] *In partes sollicitare*. Iustinus II, 12. *Themistocles sollicitare Ionas in partes suas statuit*. Alios locos qui paullo minus accurate huic meae conjectuae respondent, vide apud Forcellinum, ex quo Iustini quoque locum sumsi. *NIEBUHRIUS*. Pronomen *susas*, quod forsitan in Niebuhrii supplemento requiras, Tacitus quoque omisit Ann. IV, 60. et XV, 51, in formulis *trahere* et *ducere in partes*; idemque Hist. I, 70. simpliciter dixit *in partes transire*.

Lin. 176. 177. EDITO —— BELL] Quae hic restitui mera et sincera Liviana esse confido. Cf. Gronovium patrem ad XXIX, 27; et quem ibi recitat locum XXXVIII, 45: *omnia exempla belli edita in se*: ubi nihil est cur de lectione dubitemus, licet codices Gebhardi et Drakenborchii ¹¹¹⁾, editionesque ante Ascensionam, *habita exhibeant*: cogitandum enim est in illa decade nullum adfuisse recentioribus codicem qui ad Florentini vel Puteani praestantiam accedat: Ascensionae vero editionis non levis est auctoritas. *NIEBUHRIUS*. De editionis Ascensionae virtutibus cf. Chr. Godofr. Mülleri Observationum Livianarum specimen. Cizae, 1789. Varietas lectionum ut ex hac aliisque antiquis Livii editionibus, veluti Moguntina, accuratius enotetur et diligentius examinetur, per quam optabile est.

Lin. 178. CONSILIVM SE INITVRV?] Huius infinitivi, quo, quid porro Sertorius secum agitaverit, significatur, eaenam fere est ratio, quam supra exposuimus ad lin. 140.

Lin. 179. 180. HOSTEM VTRAM] Literae AEMV, in Brunsii apographo atque edd. Hamb. et Mannh. omissae, qua-

¹¹¹⁾ His adde codices Bamberg. et Lips. in quibus pariter *habita* legitur.

rum nihil simile hic in codice extare, Niebuhrius supra ad lin. 151. testatur, in ed. Neap. non ita longe a principio lin. 179. leguntur, et in ed. Rom. ceterisque, quae Ivenatii recensioni sequuntur, medium lineae locum occupant; sed in characterum specinme, editioni Romanae addito, rectius in extremam lineae partem reiectae sunt. Ivenatum enim pro literis TEMV, quas in fine versus 179. legi Niebuhrius cum Brunio perspexit, literas AEMV iu codice reperisse sibi visum esse, pro certo adfirmare ansim.

Lin. 180. PROVINCIAM ***] Resecto angulo vox extrema petat, et ab altera parte quae, perierunt. *NIEBUHRIVS*.

Lin. 182. 183. ILERCAONIA ET CONTESTANIA] Ilercaonia, seu regio Ilercaonum, erat, ut iam dixi, prope ostia fluminis Hiberi, *l'Ebro*, et oram maritimam Hispaniae, orientem versus, obtinebat, ubi nunc *la partie méridionale de la Catalogne, et la partie septentrionale du Royaume de Valence*. Contestania, seu Contestanorum regio, erat infra Ilercaoniam, et oram maritimam Hispaniae, orientem versus, occupabat, ubi nunc *la plus grande partie du Royaume de Valence, et partie du Royaume de Murcie*. *BROTIERIVS*. Vid. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 315. sq. et Noelii notam ad h. l.

Lin. 184. SOCIA GE] Suspicor librarium in fine versus vel GEN, ut lin. 109. in vocabulo *gentem*, vel GE, ut lin. 55. in verbo *inspectis*, scripsisse et literam N sive notam eius vicariam oculos editorum in evanida scriptura fugisse. Cf. notas ad lin. 45. 67. 68. et 73. Praeterea notabile est, Livium vocabulis regionum *Ilercaonia* et *Contestania*, quuin *Ilercaones* et *Contestani* eius animo obversarentur, verba *utraque socia gente* adiecisse. Similiter alibi etiam a Livio aliisque scriptoribus et regionum urbiumque nomina pro earum incolis, et *gentem* pro *regione* ponit, docuerunt interpretes ad Liv. VIII, 11, 12. et XXXVIII, 29, 9. atque Tzschuck. ad Mel. I, 3. 4. Vol. III. Part. I. p. 99. coll. Virgil. Aen. I, 533. et III, 166.

Lin. 185. AN AD METELLVM] In ed. Hamb. ANAN ADMETELLVM legitur; quod typographi peccatum Brunius in suo editionis Hamburgensis exemplo correxit.

Lin. 186. RVSITANIAM] Pro quo unice verum puto LV-SITANIAM. Quid tam dissimile, dices, quam harum literarum R et L notae? Assentior; sed hoc quoque non negandum est, necessariam plane ad sententiam earum permutationem videri. Ac quum nondum antecedentia lecta essent: nam *νοτερον* *προτερον* in hoc describendo fragmento versati sumus, in men-

tem veniebat AVSITANIA ab Ausetanis cis Hiberum, qui sive pro eadem gente in Livio ac Plinio accipiendi sunt, seu, quod accuratissimae diligentiae vir Petrus de Marca contendit ¹¹²⁾, pro duplo, non plane utrumque a Liviana orationis contextu alienum erat, nec inepte horum regio maritimae orae opponi videbatur. Sed postquam superiora, ut diximus, lecta sunt, statim hanc coniecturam abieci; alteram, de qua dicere ingredior, amplectendam statui. Supra igitur: *et in alteram provinciam, quo verbo ulteriore Hispaniam venire, satis ibidem meo quidem animo perspicue demonstratum est; ex quo per facilis modo et per expedita huius alterius loci correctio fit, ut nimirum reponamus Lusitaniam.* Hactenus de voce; nunc ad rem quod spectat, si qua in parte Lusitaniae Hirtuleius tum morabatur, libet indagare, dicam, ac fortasse longius, quam pro scholio ruin breviloquentia, excurrat; tamen non omnino dictorum poenitebit; ex quibus et Flori non satis, ut equidem arbitror, intellectus locus, et haec tota de Hirtuleii rebus historiae pars illustrabitur. Igitur inter Anam et Tagum censeo. Florus ipse lib. III. cap. 22. *Prima per legatos, inquit, certamina habita, quum hinc Domitius et Thorius, inde Herculeii (lege Hirtuleii ex iis, quae supra adnotavimus, quibus consentit calamo exaratus Flori liber bibliothecae Palatinae apud Freinsheim) proluderent; mox his apud Segoviam, illis apud Anam flumen oppressis, ipsi duces cominus invicem experti apud Lauronem atque Sucronem aequavere clades.* Loquitur de bello Sertoriano; Hirtuleios autem quum dicit, duo accipiendi sunt fratres ex Oros. lib. V. cap. 23. *Hirtuleii fratres imperfecti;* quorum alterum, hoc est Lucium, cuius hoc ipsum fragmentum meminit, Sertorii quaestorem fuisse, epitome lib. XC. et XCI. Livii docet. Sed levia haec et protrita; illud non item, quod in Flori loco pronomen *his* referendum ad remotiores Domitium et Thorium, *illis* ad propinquiores Hirtuleios videtur: ut ita locutus sit Florus, quemadmodum Valerius lib. II. cap. 7. de Scipione: *Devicta Carthagine gravius in Romanos, quam in Latinos transfugas animadverit: hos enim tanquam patriae fugitivos crucibus affixit, illos tanquam perfidos socios securi percussit* ¹¹³⁾. Qua de loquendi ratione abunde exemplorum suppeditabunt Stewechius, Sanctius, Pe-

¹¹²⁾ Vid. Liv. XXI, 23. Plin. H. N. III, 3. et P. de Marca Hisp. lib. II. cap. 9. p. 132. sqq. atque cap. 21. et 22. p. 187. sqq.

¹¹³⁾ Liv. XXX, 43. de eadem re haec leguntur: *De perfugis gravius, quam de fugitivis, consultum; nominis Latinorum qui erant, securi percussi, Romani in crucem sublati.*

rizoninis ad huius Minervam lib. II. cap. 9. aliquique ¹¹⁴⁾). Nunc ut *κατὰ μίτον* singula colligamus, constat primo ex Livii epitome, Domitium et Thorium proelio victos ab Hirtuleio prius fuisse, quam hic cum Metello congrederetur; deinde ex Floro, alterutrius partis legatos apud Segoviam, sive hanc ad Tagi et Durii fontes, sive obscuriorum alteram, quam nonnemo ad Baetim agnoscit, oppressos occubuisse; denique ex lib. XCI. epitome, Metellum cum Hirtuleio quaestore congressum hunc debellasse; contra ex hoc fragmento, Hirtuleum in Lusitania in eo iam fuisse, ut in aciem cum Metello descenderet ¹¹⁵⁾; ex quibus omnibus quid efficitur, nisi eundem Hirtuleum in Lusitania, atque adeo apud Anam fuisse oppressum, Domitium autem et Thorium apud Segoviam? Adstipulantur huic conjecturae nomina oppidorum eius regionis, quae Ana et Tago continentur: alterum enim *Castra Caecilia* a Plinio, *Caeciliana* in Antonini Itinerario p. 433. vocatur ¹¹⁶⁾, alterum hoc eodem Itinerario p. 416. *Metellinum*, et Plinio lib. IV. cap. 22. *Colonia Metallinensis*, de quorum positu, praesertim Metallinensis coloniae, sive ut verius puto, Metallinensis: retenta est enim hodieque in principe syllaba *e* litera in voce *Medelin*, videri possunt Hispani scriptores, et vir cum primis insignis Resendius. Ac video ex neotericis etiam geographis fuisse, qui dubitarent, a Caecilione Metello, an a metallis, quibus ea regio ferax est, nomen loco inditum sit; sed quae hactenus adnotavimus, a Metello magis suadent; ad quod accedit, quod alterum eius tractus oppidum quin ab huius ipsius Metelli nomine dictum sit, vix est, ut revocari in dubium possit. Haec de Flori ac Liviani fragmenti loco *εὐστόχως* fortassis, si per Vossium liceret: is enim ad Melam lib. II. cap. 6. antequam Hi-

114) Vid. Ruddimanni Institut. Gramm. Lat. Part. I. p. 198. ibique Stallbaum. et cf. Duker. atque Drakenborch. ad Liv. XXIV, 29, 3.

115) Juvenatius ex consuetudine Latina rectius scripsisset: *in eo iam fuisse, ut Hirtuleius in Lusitania cum Metello congrederetur*. Nam de usu formulae *in eo est*, ut rectius praecepit Duker. ad Liv. II, 17, 5. quam Fr. Gronov. ad Liv. VII, 55, 7. et van Staveren ad Corn. Milt. cap. 7. neque Romani *cum aliquo in aciem descendere, pro cum aliquo congreedi*, dixisse videntur.

116) Codices Itinerarii pro *Caeciliana* vitiouse *Celicias* et *Celestris* offerunt, quorum illud in *Caecili*, h. e. *Caecili*, mutandum esse videtur. Cf. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 395. et quae supra ad lin. 46. 47. de eiusmodi urbium nominibus adnotata sunt.

spania in tres provincias a Romanis divideretur, Lusitaniam a Tago incepisse, quae vero regio Ana et Tago fluminibus continetur, eam Celticorum nomine venisse affirmat, reprehenditque hoc nomine Melam, quod de Baetica ac Lusitania loquens scriperat: *Illas fluvius Anas separat.* Sed Melam reprehensione carere, mihi quidem dubium non est, nec Vossio, opinor, fuisse, si ad quae Resendius alio quidem spectans, literis ea de re mandaverat, animum intendisset. Ego unius hic Hirtii testimonio satis idonei, ut arbitror, auctoris me tuebor, cuius quidem verba Vossius non legisse, aut, si legit, tamen in sua haeresi perseverasse, mirum est: plane enim continentia mihi videntur. Hic igitur de Bell. Alex. cap. 48. Quum in *Lusitania*, inquit, *Medobregam oppidum montemque Herminium expugnasset, quo Medobregenses confugerant, ibique Imperator esset appellatus, HS. centenis milites donavit*¹¹⁷⁾. Iam igitur ante Augustum ille tractus, in quo Medobrega ac mons Herminius erant, hoc est ille ipse, quem pertinuisse ad Lusitaniam negat Vossius, Lusitaniae nomine Hirtio auctore veniebat. *IUVENATIUS.* Perperam aut librarius scripsit, aut Cl. Brunsius legit *Rusitaniam*. Certo certius legendum *Lusitaniam*, cuius pars magna nunc *le Portugal*. *BROTIERIUS.* De finibus Lusitaniae vid. Tzschuck. ad Mel. II, 6, 3. Vol. III. Part. II. p. 510. sqq. et Ukert. Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 506. Praeter Ivenatium et Brotierium etiam Danvilius Comm. p. 763. ed. Paris. Sivrius, Brossius et Anglicus fragmenti interpres *Lusitaniam* pro *Rusitaniam* legendum esse censuerunt; idemque in Mercurii Francogallici ed. Amst. exstat, quum ed. Paris. *Rusitaniam* servet. Niebuhrius quoque edit *Lusitaniam*; forsitan ex codice, de cuius scriptura in notis nihil dixit. Praestat igitur in horum potius virorum sententiam transire, quam mordicus tenere coniecturam, qua ductus olim existimabam, Livium hic Lusitaniae urbem, ad Tagum in Vettionibus sitam, quae a Ptolemaeo lib. II. cap. 6. *Povotinā* atque in Antonini Itinerario p. 435. *Rusticana* vocatur, commenmorasse et librarium pro *Rusticanam* vel *Rusticanam*, si hoc forte nomen urbi fuerit, *Rusitaniam* scripsisse. Rectius enim Ilercaonia et Contestania opponuntur Lusitaniae provinciae, quam Rusticiana, ignobili Lusitaniae oppido, cuius nusquam alibi mentio iniicitur.

Lin. 187. CONVERTAT HAEC] Lubet hoc loco pusil-

117) *Iuvenatius*, pecuniae summa immodice aucta, scripserat; iterum, quod vocabulum Oudendorpius recte eiecit, *HS. centies milites donavit.*

lum quiddam non tam dicere, quam non praetermittere. Itaque animadvertis, librarium, quum novam περιοχήν inchoat, neque punctum postremo verbo antecedentis apponere, sequens autem, relicto quantum tribus, quatuorve literis enotandis satis esset, spatio exordiri; contra quam in communi scriptorum consuetudine nunc positum est, atque in vetustis legum tabulis factum videimus. Quod si tribus locis novam scriptionem inchoare a novo versu videtur, id non tam ea gratia factum est, quam quod praecedens versus longius excucurrerat, quam ut tantundem in eo vacui spatii relinquí posset, et novae περιοχῆς exordium duci. Ac de ea re *mea quidem sic est ratio.* *JUVENATIUS.* Hunc morem librarius etiam lin. 63. 135. 187. et 203. secutus est; sed lin. 56. verbo *deiecerunt* punctum subiecit, quod lin. 75. 121. et 150. ubi novam scriptionem, ut iuvenatius ait, a novo versu inchoasse videtur, facere neglexit.

Lin. 188. 189. PRAETER HIBERVM AMNEM] Sensem magis quam significationem horum verborum recte expresserunt Anglicus fragmenti interpres et Brossius, quorum ille verit: *beyond the river Hiberus*; hic autem: *au-delà de l'Ebre.* Nam Sertorius in dextra Hiberi ripa, quae ab Romanis ulterior dicebatur, exercitum per pacatos agros duxit. Pessime Sivrius: *il passe l'Ebro;* quod, quum vocabula *praeter* et *trans* sive *ultra* diversa significant atque Livius infra narret, Sertorium ad Calagurim Nasicam Hiberum tracieisse, et Latino-rum consuetudini et historiae veritati repugnat. Multo melius accuratiusque Danvilius Comm. p. 764. ed. Paris. et Noelius haec verba verterunt: *le long de l'Ebre.* Vix enim opus est, ut moneam, *praeter annem esse idem quod per ripam annis.* Sic Liv. XXXVIII, 18. *praeter ripam euntibus* legitur et lib. XLV, 29. *praeter Axium annem*, atque similiter in hoc ipso fragmento lin. 211. 212. *praeter quam urbem.* Aliorum exemplorum silvam comparavit Drakenborch. ad Liv. XXVIII, 42, 3.

Liu. 190 — 192. PER PACATOS — — NOXA DVXIT] Horum verborum intellectu facillimorum sententiam Anglicus fragmenti interpres ita pervertit, ut vocabulum *quietum*, quod Sivrius et Brossius cum interprete Germanico et Schlütero praetermisserunt, per *unmolested* redderet; atque eodem errore captus Noelius totum locum ita vertit: *sans éprouver, ni faire la moindre hostilité.* Ambigue eundem interpretatus est Danvilius Comm. p. 764. ed. Paris. *il fait route avec tranquillité, et sans causer aucun dommage au pays.* Inter Germanos autem nemo, ut speramus, invenietur adeo hebes et ignarus, ut potius exercitum, qui ab aliis non infestetur, quam qui alios non infestet, a Livio *quietum* dici existimet. Rem conficit locus

T. Liv. Tom. IV.

Ff

Liv. XLIII, 4. ubi de praetore Romano haec leguntur: *profectus extemplo ad alias civitates, omib[us] imperata facientibus, quieto exercitu pacatum agrum, qui paullo ante ingenti tumultu arserat, peragrari[et].* De formula sine ullius noxa, quae etiam apud Tacitum Ann. XV, 34. reperitur, vid. Duker. ad Liv. XLI, 23, 14. ubi noxa pro vulgato noxia rescriptsimus.

Lin. 193. BVRSAONVM] Qui Plinio lib. III. cap. 5. Bursaonenses a Βούρσαδα, ut nonnulli volunt, Ptolemai lib. II. cap. 6; quod mihi vix probatur: verius enim hinc fuisse Bursadenses, vel Bursadini, aut quid huiusmodi. Itaque aut illa Livii et Plinii aliunde, quam a Ptolemai Bursada figurata sunt, aut hoc nomen, ut in Ptolemaeo multa, descriptorum inscritia depravatum est. Hirtius quoque de Bell. Hisp. cap. 22. *Qui in oppido Atteguā Bursavolenses capti sunt;* et mox Bursavolensibus, quos unum eundemque populum, ac Plinii Bursaonenses fuisse, ita recentioribus geographis assentior, si tamen, *l* litera in *n* commutata, fiat Bursavonenses. Nam ad quintam vocalem quod attinet primae et quartae immissam, id nihil moror. Animadvertis enim, aliis eius gentis nominibus pariter usuvenisse, ut, quae in uno scriptore per *ao*, in altero per *avo* notata sint, seu quod ita Hispanorum ore, quod mihi verisimillimum videtur, conciperentur, idque nonnulli scriptores, militares praesertim, quibus non tantum otii sub pellibus relinquebatur, ut in verborum, maxime quae tum primum inaudiebant, perinde atque in rerum cura nimis anxie occuparentur, secuti sint, seu quae alia huius varietatis excogitanda et reddenda causa est. Sic quae urbs Plinio lib. III. cap. 1. et in Antonini Itinerario p. 403. est Urcao, vel Urgao, in veteri lapide apud Gruterum p. 254. est Urgavo: MVNIC. ALBENSE. VRGAVON, quam inscriptionem cur Harduinus fictam et recentem appellat, causam adhuc quaero; nec ullam, quae re, aut in speciem probabilis sit, reperio. Quod ipsum viro χοιτιωτάτῳ, qui cum eam paucis his ante diebus legi et expendi, Iosepho Antonio Regio Contiae bibliothecae praefecto, visum fuisse, quis, qui hominem novit, non magni ducat? Pariter pro Ilercaoniu in vetusto nummo apud Spanhemium Dissert. XIII. Vol. II. p. 599. legitur: M. H. ILLERGAVONIA. DERT. hoc est, Municipium Hibera Illergavonia Dertosa¹¹⁸⁾; et apud Caesarem loco, de quo supra locuti sumus, Illurgavonenses. IUVENATIUS. Bursaones Pli-

118) Floresius quoque Tom. II. Tab. XXVIII. n. 9. 10. numeros exhibet, in quibus ILERCAVONIA. MVN. HIBERA. IVLIA legitur.

nio III, 3. dicuntur *Bursaonenses*. Erant e centum quinquaginta duobus populis, qui Caesaraugustam, nunc *Sarragosse*, iuris causa conveniebant. Principem eorum urbem *Βούργασσα* Ptolemaeus II, 6. Celtiberorum urbibus accenset. Videatur habuisse Hispaniae partem, quam nunc dicimus *la Mancha*. *BROTIERIUS*. Quum Brotierius quoque cum Brossio existimat, Bursadam fuisse primariam Bursaonum urbem, huic populo partem Hispaniae ab Hibero remotissimam adsignavit; neque hoc satis accurate, quum illa urbs a Ptolemaeo in Ergavicae vicinia collocetur. Rectius haud dubie Danvilius Comm. p. 765. ed. Paris. Bursaonum sedes transtulit in regionem Hibero vicinam, ubi nunc Borja est posita; neque tamen propterea cum illo Buriaonum pro *Bursaonum* est legendum. *Bursavonenses* et *Bursavonensisibus*, quod Iuvenatius apud Hirtium Bell. Hisp. cap. 22, vulgatae lectioni recte praetulisse videtur, ab Oudendorpio in codd. Petav. et Leid. 1. repertum est. Praeterea cf. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 445. et 460. Ceterum praepositio *in*, quae nomen *Bursaonum* praecedit, in ed. Bass. p. 102. omissa est; in Taciti ed. Paris. Vol. IV. p. 558. non item.

Lin. 194. CASVANTINORVM] De hac voce nihil habeo certi, quod statuam. Itaque dicam, non quid contendam, sed quid opiner. Quid si igitur CASCANTINORVM? Calaguris enim, cuius hoc ipso loco meminit Livius, Straboni, Ptolemaeo, aliisque in Vasconibus, in quibus pariter eidem Ptolemaeo Graccuris et Cascantum. Adde Antonini Itinerarium ex Alpibus Cot. tiis ad Gallaeciam p. 392. sq.

CAESAR AVGVSTA.	M. P. =
CASCANTO.	M. P. L.
CALAGVRRA.	M. P. XXIX.
Et alterum ab Asturica Tarraconem p. 450. sq.	
GRACCVRIS.	M. P. =
BALSIONE.	M. P. XXVIII.
CAESAR AVGVSTA.	M. P. XXXVI.

Quare a Caesaraugusta Cascantum L passuum millibus aberat, contra Graccuris LXIV, utraque oceanum Cantabricum versus; quodque hinc consequitur, haec duo oppida non multum a se invicem recedebant. At enim Plinio oppidanii sunt *Cascantenses* lib. III. cap. 3. *Cascantenses*, *Ergavenses*, *Graccuritanos*. Ita; sed eidem, ut proxime observavimus, sunt *Bursaonenses*, qui Livio tamen *Bursuones*. Non tanti hoc igitur. Ceterum adscribant per me licet, quibus lubitum erit, hoc oppidum aliis, quae nunc primum *in apricum*, ut ait Horatius, huius fragmenti ope protulimus; mihi magis ne nihil dicerem,

quam ut quidquam dicerem, in quo mihi ipsi penitus satisfacerem, visum est haec adnotare. *IUVENATIUS.* Quum Plinius III, 3. in hoc populorum tractu memoret *Cascantenses*, et Ptolemaeus II, 6. urhem *Kάσαντον*, nunc *Cascante*, dans le *Royaume de Navarre*, trans Hiberum fluvium; crediderim Casuantinos a Livio memoratos eosdem esse ac *Cascantenses*: aut incompertum qui sint illi *Casuantini*. *BROTIERIUS.* Praebuit errorem, quem Danvilius Comm. p. 764. ed. Paris. et Brossius eodem modo correxerunt, vel prava huius nominis pronuntiatio, vel literarum C et V permutatio, quam non inauditam esse ratus Ihrius supra lin. 56. vetera pro cetera legendum esse coniecit et Fr. Gronovius Liv. XXIV, 45. cogitent pro vocient rescripsit. De *Cascanto* vid. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 448. Verba et *Casuantinorum* deerant in editionis Romanae apographo, quo Sivrius usus est; ideoque in utraque Mercurii Francogallici editio desiderantur.

Lin. 196. GRACCVRITANORVM] In voce *Graccuris* ne Tiberii quidem aetate fuisse C literae adspiratum, testimonio sunt huius imperatoris nummi apud Suritam et Augustinum, in quorum aversa parte scriptum legitur GRACCVR, et per duplex RR, GRACCVRRIS; urbs, ut supra vidimus, medio inter Asturicam et Caesaraugustam itinere, quod diligenter notandum est: pertinet enim ad quae paucis post verbis de *Calaguris Nasicae* positu disputabimus. *IUVENATIUS.* Urbs princeps Graccuranorum erat *Graccuris*, nunc *Agreda*, dans la *Castille vieille*. De hac urbe Festus: *Gracchuris urbs Hiberæ regionis, dicta a Gracco Sempronio, quae antea Illurcis nominabatur*. Nec aliter epitome Livii lib. XLI. Ti. Sempronius *Cracchus proconsul Celtiberos vicos in ditionem accepit: monumentumque operum suorum Gracchurim oppidum in Hispania constituit*. Veterem nominis orthographiam retinuit MS. codex Vaticanus, ut constat ex nummis inscriptis MVNICIP. GRACCVRIS, id est, *Municipium Graccuris*. *BROTIERIUS.* Vid. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 448. et Brossii Hist. Reipubl. Rom. lib. II. cap. 49. Tom. I. p. 591. sq. Danvilius, qui hanc urbem antea *Iliturgi* nominatam esse ait, eamque cum *Iliturgi* seu *Illiturgi*, urbe Hispaniae Baeticæ in Turdulis, de qua vid. Ukert. I. I. p. 330. confusisse videtur, erroris facile convinci potest Festi verbis a Brotierio allatis; idem tamen Oihenartum secutus, *Graccurim non tam Agreda, quam Alfaro* nunc appellari, idoneis comprobavit argumentis, quae apud ipsum legi possunt Comm. p. 765. sqq. ed. Paris. De scriptura nominis praeter Brossium cf. Drakenborch. ad Epit. Liv. XLI.

Lin. 196. 197. EVASTATIS — — SEGITIBVS] Sic *soli indigit* in fragmento fastorum Tiberii aetate sculptorum, ex quo Aquilae quum essem exemplar, quod apud me servo, studiose fideliterque excepti, adiutus opera viri undecimque doctissimi, atque in his studiis multo eminentissimi, Venantii Lupachinii: nam aliorum, quae adhuc typis expressa in manibus eruditorum versantur, non dici potest, quam multis, quamque gravibus mendis foedata sint. Sic etiam *benificio*, in fragmento orationis, quae Augusto imperante in marmorea tabula incisa legitur apud Fabrettum cap. 5. n. 523. Item *beneficiario* in inscriptione eiusdem aetatis apud me; aliaque huius generis, quorum exempla suppeditabunt antiquarum inscriptionum συναγωγαι. *IUVENATIUS*. Similiter in Fastorum Praenestinorum reliquiis, quarum particules ex mense Aprili petitas, priusquam a Foggino ederentur, Iuvenatius, ut in his quoque vocales E et I passim permutas esse doceret, editioni Neapolitanae p. 66. sqq. inseruit, tabula eadem *Viniri pro Venere* scriptum legitur; ad quem locum Fogginius: *Quod pro Venere scriptum est Viniri, haec notavit Gell. X, 24.* Sane quam consuetum veteribus fuerat literis E et I plerunque uti indifferenter. Vid. Schneideri Gramm. Lat. Part. I. Vol. I. p. 13. sqq. Ceterum verba: *evastatis omnibus proculcatisque segetibus*, quae in ed. Hamb. continua serie leguntur, ita vertit Anglicus fragmenti interpres: *the corn being all destroyed and trodden down*, et Germanicus: *nachdem er alle Saatfelder verwüstet und verheert hatte*. Uterque igitur vocabulum *omnibus cum segetibus coniunxit*; quod quidem, licet Liv. XXVIII, 5. *segetibus evastatis* legatur, et verborum positrae repugnat, et nimia orationis copia narrationem onerat; quum, si utrumque verbum ad idem nomen referatur, alterutrum redundet. Rectius haud dubie Sivrius et Noelius, ed. Rom. interpunctionem a Niebuhrio quoque probatam secuti, *cum Brossio, qui et ipse virgulam post omnibus posuit, ita expresserunt, ut orationis membra disiungerent*. *Omnia evastare* dixit Livius X, 14. et XXXVI, 16. *segetes proculcare* Ovidius Met. VIII, 290.

Lin. 198. 199. CALAGVRIM NASICAM] Plinius lib. III. cap. 3. *geminato sibilo: Calaguritani, qui Nassici cognominantur*. Ceterum hic locus mirifice, si verum amamus, viri excellentis Petri de Marca opinionem confirmat, qui Calagurim Ilergetum Oscensibus contributam non hanc quidem Nasicam, sed alteram Fibularensem fuisse defendit¹¹⁹⁾), contra quam Augustino, Suritae, Oihenarto etiam, si probe memini,

119) Vid. P. de Marca Hisp. lib. II. cap. 28. p. 220.

aliisque quibusdam Hispanis scriptoribus visum erat. Ac quum Livius dicat, Sertorium ex Gracuritanorum finibus ad Galagurim venisse, tum ponte facto amnem propinquum urbi fuisse transgressum, id certe efficitur, Galagurim cognomento Nassicam ultra Hiberum fuisse sitam. Quare quae cis flumen erat, quid relinquitur, nisi ut Fibularensis et esset, et cognominaretur. *IUVENATIUS.* Calaguris Nasica, nunc *Calahorra dans la Castille vieille.* Huius urbis numimus ex aere mediocri perrarus exstat apud eruditum Florez, *Medallas de España*, Tab. XI. n. 9. p. 259. Ex una parte caput hominis nudum, ex altera parte bos. Supra CALAGVRRI; infra IVLIA. Nempe Galagurris Iulia Nassica municipium erat, fortasse ita dictum a Cornelio Scipione Nasica. Plinius III, 3. memorat *Calaguritanos*, qui *Nassici cognominantur*. Fuit et Calaguris Fibularensis; unde Plinius l. c. appellat *Calaguritanos*, qui *Fibularenses cognominantur*. Illa Calaguris debet esse *Loharre dans le Royaume de Navarre*. *BROTIERIUS.* De nomine et situ huius urbis, quam a Livio etiam lib. XXXIX, 21. non *Calagurrim*, sed *Calagurim* vocatam esse, ex diversa codicum scriptura colligas, praeter Danvillium Conim. p. 768. sq. ed. Paris. vid. Brossii Hist. Reipubl. Rom. lib. II. cap. 59. Tom. I. p. 609. not. 1. et Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Vol. I. p. 447. Mannertus, cui Richardus in Hispaniae descriptione accessit, in Geogr. Gr. et Rom. Tom. I. p. 377. sq. et 412. vulgarem opinionem sequitur, quam hoc ipso fragmento, cuius usus Manuerto non minus quam Reichardo suppetebat, manifesto refutari, Iuvenati verissime monuit.

Lin. 199. SOCIORVM VRBE] Hoc Brunpii apographum et ed. Hamb. exhibet; in edd. Rom. et Neap., quas ed. Mannh. sequitur, VRBE exstat, ut alibi. Quanta autem fuerit Calaguritanorum fides, Sertorio interemto quoque praestita, ex Valer. Max. VII, 6. Flor. III, 22. et Iuvenal. XV, 93. intelligitur. Cf. Brossii Hist. Reipubl. Rom. lib. IV. cap. 62. Tom. II. p. 421.

Lin. 200. BENIT] Pro *venit*, ut et contra *Virónum* pro *Beronum* infra in his ipsis schedis. Fons erroris (si tamen error dicendus est, in quo tam multi, tam saepe, tamque vulgo peccabant) propinquitas et cognatio literarum V et B, de quibus exstat Adamantii Martyrii libellus apud Cassiodorum de Orthographia; qui quidem libellus, quis credit? huius ipsius generis, quo minime omnium debuit, turpi menda inquinatus circunfertur. Nam quod initio cap. 8. p. 2307. sq. ed. Putsch. legitur: *De B litera trifariam in nomine posita, quantum possibilitatis fuerit, sufficienter, ut opinor, tractabimus*; ibi tractavimus legendum est,

referendumque hoc verbum non ad id, quo de hoc cap. 8. agitur, sed ad quod tribus prioribus capitibus tractatum est. Sed huiusmodi inendam in Parisino Garetii exemplari iam sublatam animadvertisi; tamen in hoc ipso exemplari eiusdem capitatis inscriptio retenta est: *De B litera trifariam in nomine posita*, quae haud dubie ex iis, quae proxime adscriptisimis, verbis concinnata est, omninoque delenda videtur, inque eius locum haec altera ex eiusdem orthographi verbis excerpta substituenda: *De B litera, quae similiter in verbis invenitur*. Sed de Martyrio hactenus. Nunc ad scribendi et pronuntiandi hunc morem quod attinet, nolim eum cum homine satis ignava opera et sublesta fide, cuius nomini et operis, quod vulgavit, inscriptioni nunc parcitur, ad tempora, quae translatam Byzantium imperii sedem consecuta sunt, referre; cuius opinationis vanitatem satis, me tacente, sequentia coarguent. Ac primo in tabulis fastorum Fratrum Arvalium in Muratorii Thesauro p. 340. quae commodo imperante scalpta sunt, *berbeces* semel, *verbeces* passim scriptum est, et *coronis bittatis* pro *verveces* et *vittatis*¹²⁰). Et apud eundem p. 326. in lapide posito Pudente et Pollione Coss. prioris consulis nomen item per B, non per V scribitur: *Serbilio*. Adde inscriptionem, quam a Donio acceptam refert nunquam satis laudatus homo, Franciscus Antonius Zacharia, cuius quum in his literis, tum in omni propemodum doctrinarum atque eruditio-
nis genere praestantiam caecus, aut invidus sit, qui non agno-
scat, ipse ingratus, si non praedicem; in hac igitur inscriptione apud Donium p. 454. et in isagogico Zachariae libello de *Vetustis Latinis Inscriptiōnibus* p. 523. legitur *Furius Berecundus*, qui titulus sculptus est Torquato et Herode Coss. hoc est, Pio imperante; cuius aetatis etiam illa est, quam ex Fabretto, quum de Marci praenomine locuti sumus, supra attulimus, in qua paucis verbis ante legitur *unibyria* pro *univiria*. Sed haec ad institutum satis: nam cetera huins generis si persequi velim, *concubium*, ut ait Plautus, *sit noctis, priusquam ad postremum perveniam*. *IURENATIUS*. Graeculus forte fuit, qui exscribendo Livio operam dedit; huius enim gentis homines uti litera V ca-
ruere, ita frequentissime eius loco B adhibebant, ut *Bάρων* pro *Varro*, *Βιργίλιος* pro *Virgilius*, et ita innumera alia nomina propria. *IHRITUS*. In MS. benit. Nempe ex vitiosa pronunciatione librarii, quae adhuc frequens est in Hispania¹²¹), Aqui-

120) Pariter *berbex* pro *vervex* scribitur apud Petron. cap. 57. ubi vid. interpretes.

121) Propterea etiam contrario errore in *Mercurio historico y politico. Junio. 1773. p. 124.* sub fragmenti initium *Contrevienses* pro *Contrebientes* scriptum exstat.

tania etc. Inde similis error frequens occurrit in veteribus inscriptionibus. *BROTIERIUS.* Brunsius quoque suo editionis Hamburgensis exemplo haec adscripsit: *Benit pro venit, more antiquo, in lapidibus et manuscriptis frequentato.* Similiter in Livii codice Vindobonensi, ut alia taceam, lib. XLIV, 1. *beneficia pro veneficia* et cap. 5. *balle pro valle;* contra lib. XLIII, 2. *viennio pro biennio,* et cap. 15. *iuvatum pro iubatum,* atque in Sallustii fragmentis Vaticanis *iuberentur pro iuberentur* scriptum exstat. De permutatione literarum *v* et *b*, quam Graeculis tantum usitatam fuisse, Ihrius perperam statuit, in codicibus antiquis ubique fere obvia, vid. Niebuhrii notam ad lin. 62. Drakenborch. ad Liv. V, 24, 5. et VIII, 18, 11. atque Schneideri Gramm. Lat. Part. I. Vol. I. p. 226. sq.

Lin. 201. 202. AMNEM PROPINQVM VRBI] Amnis ille est Hiberus, *i' Ebro*, saepe nobis memoratus. *BROTIERIUS.* Hoc non perspexit Sivrius, cuius versionem castigavimus supra ad lin. 188. 189. Quod in codice PROPINQVM pro PROPINQVVM scriptum est, id non tam librarii negligentiae tribendum, quam veterum orthographiae, de qua cf. Niebuhrium ad Cic. orat. pro C. Rabirio fragmentum p. 76. Schneideri Gramm. Lat. Part. I. Vol. I. p. 326. sq. nostrasque annotationes ad Liv. XLV, 27. ubi *Grynaeum pro anticum*, quod in codice Vindobonensi exstat, non *Amphilochus*, sed *antiquus* reponere debuisse docuimus.

Lin. 202. 203. CASTRA POSVIT] Pariter supra: *hibernaculis secundum oppidum aedificatis*, quam notationem non otiose a prudentissimo historico fuisse inductam, ii intelligent, qui in Plutarcho legerint, Sertorium, quae eius animi temperatio moderatioque fuit, tum ut magis Hispanorum voluntates sibi adiungeret, hospitorum intra oppida praebendorum morem sustulisse, militemque suum *ἐν τοῖς προαστείοις* castra metari coegisse, ipsiusque adeo ceteris exemplo suo praevisse. *IUVENATIUS.* Vid. Ihrii notam ad lin. 51. 52.

Lin. 203. 204. ·M MASIVM QVAESTOREM] Utique suum. Duorum igitur opera in provinciae, seu belli Hispaniensis rationibus administrandis Sertorius usus est, huius M. Masii ac L. Hirtuleii. Ac de Hirtuleio quidem Livii, quam dixi, epitome diserte tanquam de Sertoriis quaestore meminit; de Masio vero, cuius quidem scripta nunc extent, cuiusque ipse meminerim, adhuc nemo. Quid igitur? utrum in Hirtuleii iam devicti ac demortui locum, an quum is ultro sese magistratu abdicasset, aut eo post annum abiisset, Masius subrogatus est? Neutrum opinor: nam et vivente adhuc, ut ex fragmento patet, Hirtuleio Masius Sertorii quaestor dicitur;

et constat ex epitome lib. XC1. si diligenter locus inspiciatur, nec ineptie ingeniiosi in eo interpretando esse velimus, eundem Hirtuleium tum denique hoc magistratu abiisse, quum a Metello fusus caesusque interesse rebus humanis desiit. Nec illud dici potest, quum duo fratres Hirtuleii fuerint, qui Sertorii partes secuti sunt, hunc, cuius in fragmento mentio fit, non ipsum Sertorii quaestorem, sed eius fratrem fuisse; quam opinionem satis refellit praenomen *Lucius*, quod epitome tribuit quaestori, et huic Hirtuleio fragmentum. Notum est autem, stante re-publica distinguendorum fratrum causa receptum vulgo fuisse, ut praenominibus, non cognominibus, uterentur; quum contra eversa et in unius dominatum redacta his, non illis paulatim pro propriis uti coeperint. Quanquam utra tum consuetudo obtinuisse, eodem res recideret. Constat enim ex Orosio, eodem tempore eodemque proelio hos fratres occubuisse; quo autem, nisi quod cum Metello gesserunt? Quare intercunque Sertorii quaestor fuerit, non ante fungi hoc munere apud eum destitit, quam vitam cum morte commutavit. Iam quemadmodum, inquires, hac de re constituetur? Evidem sic existimo: quum Sertorius ex ulteriore provincia, quam sortitus erat, in citerioris quoque iura et rectionem invasisset, illi quidem L. Hirtuleium praeposuit, ad eum fere in modum, quo praetores, aut proconsules provinciae, qua decedebant, quaestorem, aut legatum praeficiebant; tum Masium novum sibi quaestorem assumisse, cuius opera in citeriore administranda uteretur. Aut hoc igitur; aut certe dicamus licet, in ulteriorem Hispaniam cum singulis praetoribus binos quaestores mitti solitos fuisse, eamque praetoribus quidem unam provinciam fuisse, quaestoribus duplarem, ut de Siciliensi loquitur Asconius¹²²); quod ipsum propius a vero abesse, indicat Augusti dispositio, qui ulteriorem provinciam, quod latissime patet, in duas divisit, Baeticam et Lusitaniam, atque hanc et citeriorem ad suas provincias aggregavit, Baeticam proconsuli sortito permisit. Denique quod proxime accedere ad veri speciem videtur, duorum quaestorum opera Sertorius usus est novo more, ut illis temporibus scilicet, de quibus Ennii illud insurpare vere possis: *Vei geritur res, et Non ex ioure manum consertum.* Quidni? Qui apud Hispanos illud consecutus erat, ut et Sullae fortunam aequasse, et potentia populo Romano par esse videretur, qui senatum, qui rempublicam, qui cete-

¹²²) In notis ad Cic. Act. II. in Verrem lib. I. cap. 39. Asconius: *Bini quaestores, inquit, in Sicilia quotannis erant singulis praeatoribus, Lilybaetanus et Syracusanus.*

ras Romani imperii insulas, ac tantum non Roman ipsam ad eas gentes proscriptus et extorris transtulerat? Quo fortasse Plutarchus respexit, quum scripsit, eum in Hispania ταυιας τε, καὶ στρατηγοὺς ex proscriptis et exsilibus creasse eosque senatus nomine insignivisse. *IUVENATIUS.* Satis saepe vidimus, ea etiam oculorum et ingenii iudicique aciem effugisse interdum, quae aliis primum legentibus occurrerent: quale est in his Iuvenatii notis hoc, quod in nomine *M. Masii*, quem Sertorii quaestorem facit Livius, vitium scripturae non vidit. Nam in hoc nomine, cuius nullum uspiciam in monumentis Latinis exemplum occurrit, ut nunc est, quisque in his literis versatus videtur haerere debere: nec difficile videtur statim animadvertere, *M. Marii* hic nomen latere; e quo, sicut e *Furiis* facti sunt in multis libris *Fusii*, sic *Masii* factum esse. Et occurrit in historia Sertoriani belli *M. Marius* apud Plutarchum in Sertorio: ut haec quidem correctio, ut facilis, ita certa sit. *ERNESTIUS* in Praefat. ed. Lips. p. 5. sq. Tainetsi Brunsii apographum atque ed. Hamb. M,edd. Rom. et Neap. M exhibit; tamen librarium hic quoque, ut supra lin. 41. 105. 126. et infra lin. 217. praenominis notam punctis utrinque positis inclusisse existimo. Vid. notas ad lin. 105. Sed hoc leve est ac nungatorium; illud non item, quod Ernestius nomen quaestoris haud dubie depravatum ita corrigendum esse vidit, ut pro *Massium*, una literula mutata, *Marium* scribendum esse iudicaret, quum insolita nominis illius forma commotus, tum auctoritate Plutarchi, qui Sert. cap. 24. haec narrat: πέμπεται δὲ καὶ στρατηγὸς εἰς Ἀσίαν ὑπὸ Σερτωρίου τῶν ἀπὸ βούλης πεφευγότων πρὸς αὐτὸν, Μάρκος Μάρκος· ὡς συνεξελὼν τινὰς πόλεις τῶν Ἀσιάδων ὁ Μιθριδάτης εἰσελαύνοντι μετὰ δάβδων καὶ πελέκεων αὐτὸς εἶπετο, δευτέρων τάξιν καὶ σχῆμα θεραπεύοντος ἐνοσείως ἀνειληφώς. Qua quidem coniectura, ut par est, probata efficitur, hunc *M. Marium*, quem Livii fragmentum Sertorii quaestorem facit, esse eundem, qui hoc ipso anno 679. a. u. c. a Sertorio in Asiam ad foedus cum Mithridate pangendum missus atque postea anno 691. a. Lucullo prope Leimum proelio navalı devictus et contumeliose interemptus est. Cf. Plutarch. Lucull. cap. 8. et 12. Oros. VI, 2. atque Appian. Bell. Mithrid. cap. 68. 70. 76. et 77. a quo perperam *Máρκος Οὐάρκος* appellatur. Ipsam autem nominis depravationem quod attinet; recte quidem Ernestius illam librarii negligentiae tribuisse videatur. At enim vero, quum *Furios*, *Papirios*, *Valerios* et *Veturios* ante Ciceronis aetatem *Fusios*, *Papisios*, *Valesios* et *Vetusios* vocatos esse constet, nihil sane impedit, quo minus statuamus, *Marios* quoque antiquitus *Masios* fuisse dictos, at-

que hanc scribendi rationem in codicibus vetustis diu obtinuisse. Vid. Liv. I, 24. III, 4. et 8. ibique interpretes, Cic. Epp. ad Fam. IX, 21. Pearcium ad Cic. de Orat. II, 22. Heusinger. ad Cic. Off. II, 14, 9. et Schneideri Gramm. Lat. Part. I. Vol. I. p. 341. Quae porro Sertorium iupulerint, ut in bello Hispanie nisi administrando duorum quaestorum opera uteretur, Iuvenatus satis dilucide expediisse videtur. Fortasse tamen epitomarum Livianarum auctor, uti in aliis¹²³⁾, ita in hoc quoque a Livio discessit, ut L. Hirtuleium, quem Florus lib. III, 22. Sertorii legatum, Eutropius autem lib. VI, 1. Sertorii ducem appellat, cum Plutarcho Sert. cap. 12. Sertorii quaestorem faceret, quum Livio auctore M. Marius hoc munere fungeretur. Atque hanc opinionem illud ipsum confirmare videtur, quod Livius supra lin. 126. nomini L. Hirtuleii non, ut hic M. Marii, quaestoris titulum adiecit. Si quis autem cum Iuvenatio ex verbis Plutarchi Sert. cap. 22. ταπίας τε ναὶ στρατηγοὺς ἐξ ἐκείνων ἀποδεινώναι colligat, Sertorio plures fuisse quaestores; id quidem aequa absonum foret, ac si quis Caesarem praeter M. Grassum alios quoque quaestores habuisse, coniiciat ex Iul. Caes. B. G. V, 25. Interim ab omnibus legatis quaestoribusque, quibus legiones transdiderat, certior factus est, in hiberna perventum, locumque hibernis esse munitum. Utroque loco in universum et infinite de ducibus agitur.

Lin. 205. ARVACOS] Ab Arvane, quam Plinius oppidis Hispalensis conventus adnumerat? Non sane opinor: huius enim derivativum est *Arvensis* in lapide apud Gruterum p. 476. ORDO MVNICIPII ARVENSIS. Quanquam quid hoc eculo, quod nihil est? Illud igitur potius, seu dicam me unice movet, quod nemo facile in animum induxit, Sertorium tam longe ad militum delectum quaestorem suum misisse, nec, si hoc voluisset, alicui potius, qui cum Hirtuleio erant, id negotii dedisse. Itaque non dubito, quin AREVACOS legendum sit, quam ipsam vocem ab antiquario, vel quisquis codicem recensuit, non fuisse emendatam, vix adducor, ut credam¹²⁴⁾, et si nulla emendationis vestigia diuturnitas reliqua fecit. Plinius lib. III. cap. 5. *Ad Tagum Carpetani, iuxta eos Vaccaei,*

¹²³⁾ Vid. Drakenborch. ad Liv. III, 24, 10. atque ad Epit. lib. III. X. XXVIII. XXXII. XXXVIII. et Perizonii Animadvers. hist. cap. 9. p. 383. sqq. ed. Harles.

¹²⁴⁾ Quemadmodum hic Ernestius verba *ut credam*, quae consuetudo Latina requirit, in ed. Lips. recte addidit, ita infra in eiusdem Iuvenatii nota ad lin. 219. formulas *ut credam* et *ut existimem* adieci.

Vettones et Celtiberi Arevaci; et lib. IV. cap. 20. Durius annis, ex maximis Hispaniae, ortus in Pelandonibus, et iuxta Numantiam lapsus, dein per Arevacos, Vaccaeosque etc. Aliter hunc locum interpungendum putat Bernardus Aldrete, snaeque huins opinionis rationes eruditæ persequitur toto capite 5. lib. I. operis, quod inscripsit: *Varias Antiguedades de Espa a* etc. quod Harduinum fugit; nihi tamen verior huins et Dalecampii interpunctio visa est, quam secutus sum¹²⁵⁾. *IEVENATIUS.* Plinio III, 5. et IV, 20. appellantur *Arevaci*. Celtiberis vicini erant, occidentem versus; imo et pars Celtibero-rum: unde dicebantur *Arevaci* Celtiberi, nunc *la partie orientale de la Castille vieillo*. Nomen ducebant ab Areva fluvio, nunc *la riviere Arlencon*, qai urbem *Burgos* alluit. Plinius III, 5. *Arevacis nomen dedit fluvius Areva*. *BROTIERIUS.* De *Arvacorum sive Arevacorum sedibus et diversa huins nominis scriptura vid.* Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 522. et Schweighaeuser. ad Appian. Hisp. cap. 45. Adnotatt. p. 256.

Ibid. CERINDONES] De hoc pariter nomine opiniones doctiorum exspectabo. Interim mihi haec canam. Utrum igitur pro uno populo, seu civitate accipiendo est, an pro regione? Sane utrovis modo acciperemus, scite ac literate acciperemus. Nam ad prius genus quod attinet, de quo uno suboriri dubitatio posset, Florum quidem et Appianum aliquoties sic locutos animadvertis; ac ne a Livio, imo hoc eius fragmento discedamus, clare hic scribitur: *Segoviam et in Vacreorum gentem*, ubi cum una civitate regio duodeviginti civitatum coniungitur. Tamen magis inclinat animus, ut putem, integrum regionem eo verbo fuisse a Livio significatam: post paullo enim: *ad conscribendos ex iis gentibus milites*, quod nomen non utrobique aequa patere, nec una eademque notione de Arevacis ac de Cerindonibus accipi debere, id vero a Livii loquendi ratione sane explicata splendidaque, qua ubique usus est, longissime remotum videtur. Iam qui isti Cerindones, dices? Itane porro, quod multis totos aliorum libros edentibus vix contigit, nobis unis divina quadam virgula contigerit, ut ex tam brevi, tam lacinioso scripto tot nova urbium ac locorum nomina erueremus? Quid si denique CERINDONES in PELENDONES mutandum sit? Evidem nihil affirmo. Sed interim viderint peritiores, ecquid nimis audax unius literulae, hoc est G in P, videatur mutatio; quam si receperimus, tum

125) Vid. Tzschnck. ad Mel. III, 1, 7. Vol. III. Part. III. p. 29. atque Ukert. Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 290.

vero laborare nos de duabus reliquis affinium depravationum, quas in hoc ipso fragmento notavimus, exempla non sinerent. Pelendones porro cum Arevacis continentes fuisse, docelent Plinius et Ptolemaeus. *IUVENATIUS.* Populus soli Livio nominatus; et certe Arevacis vicinus. In hoc situ Plinius memorat Pelendones, partem quoque Celtiberorum. Quatuor populis constabant Pelendones, quorum unus videntur fuisse Cerindones. Plinius III, 3. *Pelendones Celtiberorum, quatuor populis: quorum Numantini; nunc les ruines de Numance dans la Castille vieille, près de la ville de Soria.* In vetera inscriptione apud Gruterum p. 111. n. 5. PELLONDONES. AREVAGON. *BROTIERIUS.* Non potui a me impetrare, ut ex audaciore Ivenatii conjectura, in quam Danvillius quoque Comm. p. 769. ed. Paris. incidit, *Pelendones pro Cerindones* in textu reponerem; praesertim quum Livius, si Sertorius Marium ex castris ad Galaguri Nasicani positis in Pelendones misisset, haud dubie inverso ordine in *Pelendones et Arevacos*, scripturus fuisse ex rationibus geographicis, quas etiam supra lin. 193 — 195. diligentissime secutus est. Nani Pelendones Galaguri Nasicae propiores, Arevaci ab ea remotiores erant; quam ob causam Brotierii quoque sententia, in quam olim concesseram, nunc mihi non probatur. Praestat igitur cum Brossio in Hist. Reipubl. Rom. lib. II. cap. 49. Tom. I. p. 592. not. 1. statuere, Cerindones, quorum Mannertus et Ukertus nullam fecerunt mentionem, fuisse Celtiberiae populum, Arevacis vicinum, quem praeter Livium nemo scriptorum antiquorum commemoraverit.

Lin. 209. 210. CONTREBIAM—LEVCADA] Leucadam addit, ut ab altera cognomine distinguat, quod Livio, Plinio, aliisque scriptoribus solemne: apud quos ubicunque haec cognomina occurrunt, ea non nisi distinguendi gratia apposita esse intelligendum est; contra quam aliquando in vetustis lapidibus, atque in iis cognominibus, quae a regionibus ducerentur, factitatum fuisse, docui in mea lucubratione de Urbe Aveia p. 15. et sqq. ubi novum Teate apud Daunios veteribus ac recentioribus geographicis immemoratum Livio et Frontino restitutimus, de qua urbe praeterea intelligendos esse nummos cum inscriptione TIATI primi (quod Galli cuiusdam τοῦ ψευδοφίλον causa dictum volo) docimus, quum hactenus hos de Teate Marrucinorum interpretati sint. Iam Contrebiae, cuius causa hic est institutus sermo, nusquam in veterum scriptis, praeterquam hoc uno Livii loco, mentio fit¹²⁶⁾). Quo maiore pretio hoc

126) Ernestius eorum, quae Ivenatius supra in nota ad lin. 46. 47. de Contrebia in Celtiberis sita dixit, plane imme-

fragmentum omnibus antiquitatis studiosis esse debet. De positi si quaeratur, dicam, sed ut in re obscura, timide ac diffidenter. In Pelendonibus igitur arbitror, aut si mavis, in horum et Vasconum finibus. Quaenam opportunior Sertorio transitus ex Beronibus in quancunque regionem cogitasset, seu Lusitanorum, sive Hedenanorum, seu denique interiacentium populorum? Nam de altera ceterioris parte, quae cis Hiberum est, et Pyrenaeis praetenditur, ne cogiteamus, ratio ipsa, nif fallor, belli aperte prohibet. Quorsum hac enim quo maxime tempore huius, quod dico, belli moles Sucronensi tractai et Lusitaniae tota incubuerat? *IUVENATIUS.* Urbs illa diversa est a Contrebia, quam a Sertorio expugnatam initio fragmenti vidiimus. Contrebia, quae appellabatur Leucada, debuit esse Calaguri Nasicae vicina, occidentem versus, si quidem praeter hanc urbem opportunissimus erat ex Beronibus transitus. *BROTIERIUS.* De situ huius urbis vide Danvillium Comm. p. 771. sq. ed. Paris. quem sequitur Ukertus in Geogr. Gr. et Rom. Tom II. Part. I. p. 458. sed, fragmenti textu negligentius inspecto, *Leucas* cognomen urbi fuisse tradit. Si quid mutandum, pro *Leucada* legerim *Leucadia*, quem insolita cognominis illius forma displiceat; cur ita sit appellata, nemo facile dixerit. Ceterum ultima litera pronominis *quae*, quod cum membranae particula, cui inscriptum erat, resectum esse, Niebuhrius ad lin. 180. testatur, in Brunii apographo et ed. Hamb. recte omittitur, neque ex edd. Rom. et Neap. ab editore Mannhemensi recipienda erat. Perperam tamen Ruperti, quem Lemarius sequitur, ab Ernestii editione recessit et totum locum ita scripsit: *frumentumque inde Contrebiam (Leucada adpellatur) comportandum.*

Lin. 213. 214. EX BERONIBVS] Ptolemaeo II, 6. *Bηγανωνες.* Hiberum fluvium accolebant. Inter eorum oppida erat Tritium, nunc *Tricio*, près de *Najera*, dans le pays de *Rioxo*. Iam monui Beronium nomen manere in oppido *Briones*. *BROTIERIUS.* De Beronibus vid. notas ad lin. 158. 159. et 228.

mor fuit in Praefat. ad eā. Lips. p. 7. ubi quum negat, *Contrebiae* nomen quidquam novitatis habere, obiter *Iuvenatum* legisse videtur. Non enim vir ille doctus in universum negavit, *Contrebiae* nomen in Hispaniis exstitisse: (potuisse enim erroris convinci locis Livii, Valerii Maximi et aliorum, a Cellario Orb. Ant. lib. II. cap. 1. p. 98. adductis) sed in Lusitania, ubi Sertorius agebat. Quae sunt verba Saxii in Onomast. Literar. Part. I. p. 568. qui tamen et ipse, Contrebiam, quae Leucada cognominabatur, in Lusitania sitam fuisse atque Sertorium ibi tum egresso opinatus, magnopere erravit.

Lin. 217. 218. 'C. INSTEIVM] Non dubitavi, quoniam ad hunc locum pervenimus, quin INSTEIVM legendum esset pro eo, quod Brunsius INSTEIVM malebat. Sed inspecto exploratoque diligentius loco plane, ut iste affirmabat, scriptum esse comperimus; qua in re ita demum acquievi, ut tamen depravati huius nominis culpam in librarium transferendam esse, verum atque a Livii archetypo profectum *Insteium* esse contendem. Nam et gentem Insteiam ex compluribus veterum monumentis satis notam habebam, et alterius illius nominis insolentiam nullo modo concoquebam. Quum ecce tibi, paucis interpositis diebus, ad illum locum perveninus¹²⁷⁾, in quo satis, ut mihi videbatur, aperte L. INSTEIO scriptum erat, nec tantum spatii inter I et O relinquebatur, quantum transversae principis udae lineolae signanda relictum oportebat; quod ex contentione aliorum locorum, in quibus eadem litera prescribitur, liquido constabat. Nihilominus Brunsius hic quoque suum INSTEIVM videre sibi videbatur; idque ipsum utroque ἀπογράφον sui loco expressit: *Hac in re scilicet una*¹²⁸⁾ *multum dissimiles. IUVENATIUS.* Sivius quoque hic *Insteium* legendum esse censuit. Vid. notas ad lin. 41.

Lin. 219. SEGOVIAM] Segoviam urbem Arevacorum, ad quos ipsos, si recte *Arvacos* in *Arevacos* supra mutandum censimus, tum Masius quaestor mittebatur. Quare frustra, aut falso missus nunc C. Insteius fuisse videri posset. Quanquam non tanti hoc duco, ut aut mendum huic loco subesse eius causa existimandum sit, aut de superioris loci correctione dubitandum. Sane enim Masius et Insteins eodem quidem mittebantur, sed alter ad milites, alter ad equites conscribendos. Quid? non equites, inquies, milites sunt? Vero. Sed alibi tamen idem Livius distinguit, et alterum alteri genus opponit: ut lib. XXII, 37. *Milite atque equite scire, nisi Romano Latinique nominis, non uti populum Romanum.* Caesar quoque de Bell. Civ. lib. II. cap. 41. *Nec militibus quidem, ut defessis, neque equitibus, ut paucis et labore confectis, studium ad pugnandum virtusque deerat;* qui tamen paucis verbis ante equitibus peditatum opposuerat. Adhuc idem de Bell. Gall. lib. V. cap. 10.

127) Primos enim editores ὑπέρεργον πρότερον in hoc fragmento describendo versatos et capto initio a duabus ultimis columnis, quae facile leguntur, ad difficiliora sensim progressos esse, monuerunt Iuvenatius in nota ad lin. 186. et Niebuhrius p. 86. idemque Iuvenatius in apographi sui margine adnotasse videtur. Cf. supra not. 35.

128) Hac in re una? Imo vero locis quinquaginta amplius edd. Hamb. et Rom. inter se discrepant.

Tripartito milites equitesque in expeditionem misit, ut eos, qui fugerant, persequerentur. Et Sallustius de Bell. Cat. cap. 59. *Instructos ordines in locum aequum deducit; dein remotis omnium equis, quo militibus, exaequato periculo, animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco atque copiis instruit.* Ubi militibus pariter pro peditatu accipiendum puto, et *exaequato periculo* quum addit, subaudiendum est *cum iis, quibus equus ablatus erat.* Quanquam non eo infinitas, hoc loco pleraque¹²⁹⁾ Sallustii exemplaria *peditibus* praeferre; verum ex superiorum Caesaris ac Livii locorum appositione, quid hic etiam sequendum sit, opinor, perspicitur. Ac potuisse *peditibus* a Sallustio ponni, non difficulter adducor, ut credam; at potuisse alterum illud perinde a librariis, aut emendatoribus proficisci, id vero aegre adducar, ut existimem: doctiuscule enim positum videtur, quam ut ab aliquo istorum in textum verborum Sallustii recipi potuerit. *IUVENATIUS. Segoviam.* Nunc quoque *Ségovie, dans la Castille vieille. BROTERIUS.* Vid. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 456. Quidquid in causa fuit, cur Sertorius, quum M. Marium in Arevacos misisset ad milites conscribendos, C. Insteium in eorundem Arevacorum urbem Segoviam, cui vel ex Liv. XXXIV, 19. *Segontiam sive Seguntiam, vel Segobrigam substituendam esse, olim temere suspicabar, ad equitum conquisitionem mitteret;* Iuvenatum tamen veram illius consilii causam attulisse, mihi persuadere non possum. Vereor enim, ut satis commode nostrum locum contulerit cum aliis, ubi *milites, quemadmodum exercitus alibi equitatu et classi, opponuntur equitibus et pedites significant.* Cf. quos hanc in rem laudavit Tzschuckius ad Eutrop. III, 10. not. 19. Neque id, quod Iuvenatius proposuit, efficitur loco Sallust. Cat. 59. ubi *milites pro exercitu universo ponuntur, et verba, exaequato periculo,* idem valent quod *aequato omnium periculo*, apud Iul. Caes. B. G. I, 25. cum quo Liv. II, 20. et III, 62. quos locos Langius quoque ad h. l. laudavit, velim compares.

Lin. 220. VACREORVM] VACCAEORVM veritati omnino consentaneum duco; aut quod propius ab archetypi scriptura recedit VACAEORVM. Error ortus ex similitudine et propinquitate duarum literarum A et R, quarum quam facile altera in alteram migret, quum quivis videt, tum huius generis aliis mendis indicatis ac sublatis docuimus in citata lucubratione de Urbe Aveia p. 70. et 71. *IUVENATIUS.* Pronum est divinare emendandum esse *Vaccaeorum.* At quum Plinius III, 3. memoret Vaccaeos, quorum duodeviginti erant civitates, quas in-

129) Nonnisi plures Wassii et Rivii codices *peditibus* pro *militibus* habere, Gerlachius auctor est.

ter appellat Intercatienses, Pallantinos, Lacobricenses, Caucenses: earum quoque e numero potuerunt esse Vacrei. Vaccae autem, quorum pars certe fuere Vacrei, eam Hispaniae partem tenebant, quam nunc dicimus *partie de la Castille vieille et du Royaume de Léon*, ubi urbes Pallenitia, Valladolid, Simancas. *BROTIERIUS*. *Vacaeorum*, et mox *Vasconum* perspicue legendum praebent membranae; ut mirer utrumque editorem scripturam corruptam non dedisse solum, sed diserte asseverare, se eam in membranis cernere. *NIEBUHRIVS*. Hoc Iuvenatius solus professus est; Brunsius sati habuit utroque loco scripturam corruptam in apographo et ed. Hamb. reponere. De Vacaeis sive Vaccaeis, quos Graeci quoque *Ovānnelōv̄s* sive *Baxnaiōv̄s* vocant, vid. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 313. et de permutatione literarum A et R cf. notas ad lin. 158. 159. Brotierium hic et in sequentibus nihil moror. Nam frugibus repertis, quis glandibus vesci malit?

Lin. 221. 222. AD EQVITVM CONQVISITIONEM] Similiter Hanno Liv. XXIX, 34. *per conquisitionem numerum equitum auxisse* dicitur; quem locum cum aliis attulit Drakenborch. ad Liv. XXIX, 55, 10. De repetitione verbi *misi*, quod lin. 206. praecesserat et hic poterat omitti, vid. Drakenborch. ad Liv. I, 5, 9. Praeterea ed. Bass. p. 103. pro *iussum*, quod in Taciti ed. Paris. Vol. IV. p. 559. recte legitur, *iussumque* exhibet.

Lin. 223. CONTREBIAE] Contrebia, nunc *Santavert*, quam Sertorius expugnaverat, ut dictum est initio fragmenti. *BROTIERIUS*. Minime vero. Sertorius enim Calaguri Nasica non Contrebiam in Celtiberis sitam, quam expugnaverat, cum exercitu rediisse, sed per Vasconum agrum ad Berones eorumque urbem Contrebiam, quae Leucada appellabatur, perrexisse ibique se cum Insteio coniunxisse putandus est. Vid. Iuvenatii notam ad lin. 226.

Lin. 225. PROFECTVS] Hoc est, *iter ingressus*, ut alibi. Vid. Cort. ad Sallust. Iug. 102, 1.

Lin. 226. VMCONVM] VASCONVM iam inde ab initio sum opinatus, qua in opinione cur adhuc perseverem, causae multae faciunt. Ac primo fieri quidem, (quod vix tamen puto) sed fieri nihilominus potest, ut quibus visus oculorum acrior sit, VASCONVM in membranis legant pro eo, quod VMCONVM nobis scriptum fuisse iterum ac saepius visum est. Deinde cuius aures non offendat priorum syllabarum concursus plane insolens atque absurdus? Neque enim temere M litera C et K literis in Graecis ant Latinis vocibus praepo-

ni solet. In his, inquietus, non ita in peregrinis; Hispanicas autem plerasque hoc ipsum Latiali sermone fuisse, ut Plinius loquitur, *dictu difficultes*, testimonio est idem lib. III. cap. 1. et Mela libro item III. cap. 1. *Cantabrorum*, inquit, *aliquot populi amnesque sunt, sed quorum nomina nostro ore concipi nequeant.* Idem etiam Plinius eodem lib. III. cap. 3. *Lucensis* conventus populos praeter *Celticos* et *Leburos ignobiles et barbarae appellationis* vocat, quos iccirco tacitos praetermittit. Esto ita. Sed tamen haec ipsa nomina Latini scriptores, quum in suam linguam, tanquam in alienum solum transferebant, ad suam scribendarum atque appellandarum vocum consuetudinem accommodabant, nec exspectabant, ut diuturnitate, quemadmodum in plantis, asperum atque inconditum morem exuerent; quae si interim temporis progressu nonnihil mutabant, totum hoc non tam de sonorum insolentia et asperitate detrahebatur, quam vocalitati et elegantiae accrescebat. Adde, Beronibus, quo Sertorius meditabatur, finitimos Vascones fuisse, et Calagurim, ex qua proficiscebatur, ad horum regionem, ut diximus, pertinuisse: ut, si Sertorio recto itinere (transmissone iterum flumine, an minus, nihil ad rem: utramque enim Vascones amnis ripam obtinebant) is recta igitur ducendus in Berones exercitus fuerit, necessario per Vasconum agrum ducendus fuerit. Ac recto itinere, inquam: ne alioqui supervacanea loci haec notatio in Livio videatur, qui ut praeterire eam de aliis loquens potuit, tamen de Sertorio non debuit, cui Plutarchus nominatim ἐνέδρας τε περιδρομὰς attribuit. *IUVENATIUS.* Umcones, ut patet ex ipso Sertorii itinere, fuere cis Hiberum flumen, supra urbem Calagurim Nasicam, ubi nunc *la partie méridionale de la Navarre*, orientem versus. *BROTIERIUS.* Niebuhrius supra ad lin. 220. testatus est, in codice legi *Vasconum*, de quibus vid. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 520. In Mercurio historico et politico Madrit. p. 127. *Umceonum* et in Mercurii Francogallici edd. Paris. et Amst. p. 121. *Vinconum* legitur; quorum illud typographi, hoc Rubaldi negligentiae tribuendum. Nam Sivrius vertit: *par le champ Vinconien.*

Lin. 228. *VIRONVM*] Utinam tam facile videre alibi verum liceat, quam hic licet! *VIRONVM* enim hoc loco minime mihi quidem dubium est, quini somniculosus scriba pro *VERONVM* posuerit; hoc autem pro *BERONVM*, de quibus paullo supra: *opportunitissimus ex Beronibus transitus erat.* Quod si cui tantula in tam paucis versibus inconstantia admirationi sit, is admiretur magis, in tam brevi fragmendo ab eadem manu *benit et venit*, *Instelum* et *Insteium*, *isdem et*

iis, Contrebia et Contebria, Ilurcaonum et Ilercaonia fuisse relictum. Sed eo redeo. Ptolemaeus lib. II. cap. 6. Ταῦτα δὲ τοὺς Αὐτριγίοντας Βήρωνες, quibus continuo eum Tritio Metallo et Oliva Variam, sive ut ipse scribit, Οναρίαν accenset. Etiam Strabo lib. III. p. 162. Οἰκοῦσι δὲ, inquit, ἵν μὲν τῶν πρὸς ἄρχοντον μερῶν τεῖς Κελτίθησι Βήρωνες, Κατάτύρφοις ὅμοδοι τοῖς Κορισκοῖς, καὶ αὖτοι τοῦ Κελτικοῦ στόλου γεγονότες ἀν ἐστι πόλις Οναρία πατὰ τὴν τοῦ Ἰβηρος διάβασιν κειμένη. Ac continentes quidem Berones Celtiberis fuisse, quis inficias eat? Sed non hoc tamen Strabo voluit, sed fuisse ipsis ad Aquilonem, contra quam Latinus interpres eum loquentem fecit. Utrique igitur geographo in Beronibus Varia, ut et Livio in iisdem Vareia. Haec autem quin eadē sit, ac Varia illorum, cui dubium erit? Sane in Strabone et Ptolemaeo ita *Varia* scriptum est, ut in codem Ptolemaeo *Avia* pro *Aveia*, descriptorum, ut puto, sequioris aetatis vitio; quo praeterea factum est, ut in Plinio quoque hoc nomine corrumperetur lib. III. cap. 3. ubi scribitur: *Iberus annis navigabili commercio dives, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iuliobriga per CCCCL. millia passuum fluens, navium per CCLX. a Varia oppido capax.* In quibus omnibus locis, certe in Strabone et Plinio adstipulati harum membranarum reponendum esse *Vareiam*, exemplo, quod attulimus, Aveiae urbis, manifesto liquet. Quid praeterea? Etiam: nam huius, quam dico, correctionis vestigia in Palatino Ptolemaei exemplari adhuc reliqua sunt, in quo legitur *Bægæia*, quod retineri potest, sic tamen, ut πατὰ τὴν διαιρέσιν fiat *Bægæia*. Ad eundem enim modum quod Graecis *Kægæia* est, in quibusdam mendosis exemplaribus *Kægæia* scriptum legi, facili alterius in alteram vocalem mutatione¹³⁰). Sed de Vareia ac Beronibus satis; nisi quod tria adhuc verba de Plinii loco, in eniū computatione videndum, an non turbatum sit. Nam subductis CCLX. passuum milibus ex summa CCCCL. colligentur a Vareia ad fontes Hiheri CXG. quod mihi vix fit verisimile. Qua de re amplius Hispanis aliisque ἀρχαιολόγοις cogitandum relinquō: nec enim institutae huius scriptio ratio, nec temporis, ut diutius in his immoremur, patiuntur angustiae. *IUVENATIUS.* Umco-nibus vicini erant Virones, et Hiberum flumen accolabant; nunc *la partie méridionale de la Navarre*, occidentem versus. *BROTIERIUS.* De Beronibus vid. notas ad lin. 158. 159. et Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 321. Idem

130) Vide igitur, an apud Ptolemaeum quoque, si quid mutandum, *Bægæia* potius quam *Bægæia* scribendum sit.

p. 458. parum probabiliter coniecit, h. l. legendum esse: *per Vaccaeorum agrum ducto exercitu in confinio Veronum posuit castra*, et Verones, quorum tamen nemo scriptorum antiquorum meminit, a Beronibus diversos esse statuit. Recte autem motuit, sententiae Danvillii, qui Comm. p. 773. ed. Paris. suspicatur, Virones et Vareiam nunc *Briones* et *Haro* vocari, Plinii locum supra a *Iuvenatio* adscriptum repugnare.

Lin. 229. POSVIT CASTRA] Supra lin. 202. 203. *castra posuit*. Utrumque potest admitti. Sed Liv. XXXII, 16. pro *castra posuit* codicum omnium et editionum antiquarum auctoritate *castra* scribendum existimavi.

Lin. 233. QVADRATO AGMINE] Similiter Liv. II, 6. *Valerius quadrato agmine peditem duicit*: *Brutus ad explorandum cum equitatu antecessit*; et lib. XXI, 57. *Itaque sub lucem cum equitatu consul aderat*; *iussis quadrato agmine legionibus sequi*. De quadrato agmine, ita composito, ut milites non itineri magis apti essent, quam proelio, vid. Hirt. B. G. VIII, 8. et quae Morus ibi adnotavit, coll. Lips. de milit. Rom. V, 12.

Lin. 234. VAREIAM] Dictum est satis in superiore scholio. Addam hic, restituendam hanc lexin videri Antonini pariter Itinerario p. 393: CALAGVRRA = VERELA. M. P. XVIII. quo loco iam tanto ante adnotaverat Surita, legendum esse VARIA; ad rem satis vere, ad vocis conformatiōnēm atque, ut ita dicam, affinem similitudinem non item; quae causa, ut arbitror, Wesselino fuit, cur de ea correctione ampliandum censeret. Sed caruerunt videlicet homines eruditissimi his membranis; quas si vidissent, restituissent profecto VAREIA, quae multo propius ad VERELA et VERALA accedit, quorum alterum in Neapolitano Antonini exemplari legebatur, alterum in Blandiniano et Longoliano. Vide interea, si tanti rem duces, quae de I et L inter se commutatis, compluribus veterum monumentorum locis allatis, correctis disputantur in mea de Urbe Aveia lucubratione p. 25. et 26. *IUVENATIUS*. Vareia urbs erat Vironum, nunc *Logroño*, *dans la Navarre*, Hibero fluminī apposita. *BROTIERIUS*. Vid. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. Tom. II. Part. I. p. 457. sq. ubi, in Antonini Itinerario pro XVIII. ex aliquot codicibus XXVIII. reponendum esse, recte adnotatum est.

Lin. 237. HAVD INOPINANTIB.] Unum et alterum verbum, quod sequebatur, ut ex his schedis restitui possit, magis optandum est, quam sperandum. Ita enim hoc loco tanquam de industria detritae atque elutae sunt, ut citius nihil unquam in iis scriptum, quam quidquam antea fuisse scriptum suspiciari possit. *IUVENATIUS*. Niebuhrum huic desiderio satisfisse, ex nota sequenti apparebit.

Lin. 238. IIS NOCTV] Haec ex codice addidi. *NIEBUHRIUS*. Brotierius igitur et Harduinus, quorum ille *Vareianis*, hic *Sertorius* supplevit, codicis scripturam non sunt assecuti.

Lin. 239. VNDIQ] Hoc apographum Brunsii et ed. Hamb. offerunt pro VNDIQ, quod forsitan rectius in edd. Rom. et Neap. exstat atque ab editore Mannhemensi receptum est. Vid. supra notam ad lin. 81. Vocabulum *equitibus*, quod sequitur, Rupertii et Lemarii negligentia praetermissum est. Ceterum Niebuhrius haec verba, quum in omnibus omnino editionibus *advenerat*, *undique legatur*, recte a praecedentibus sejunxisse videtur.

Lin. 240. SVAE GENTIS] Gentis Vironum, quorum urbs validissima erat Vareia. Ptolemaeus II, 6. Virones omisit, et Vareiam Beronibus attribuit. *BROTIERIUS*. Iuvenatium Brotierio perspicaciorem fuisse, vidimus supra ad lin. 228.

Ibid. AVTRIC] AVTRIGONVM reponendum esse, constat ex iis, quae proxime de Beronibus et urbe Vareia dicta sunt. De his Plinius, Mela, aliisque. *IUVENATIUS*. In MS. codice et *Autric*. Supplevi, et *Autrigonium accitis*. Licet Cl. Brunsius legerit AVTRIC. Certe fuit scriptum AVTRIG. Ptolemaeo II, 6. dicuntur *Αὐτριγόνες*; et iuxta Plinium III, 3. Autrigonium decem erant civitates. Habitabant Hispaniae partem, quam appellamus *la partie septentrionale de la Castille vieille*. Decem civitatum una fuit Virovesca, nunc Birbiesca. *BROTIERIUS*. Brunsii apographum et ed. Hamb. cum ed. Rom. convenient de scriptura AVTRIC, pro qua ed. Neap. AVTRIG exhibet. Quamobrem olim existimabam, in codice AVTRIG^o extare; quod, quum idem supra lin. 158. AVTRICONES offerat, saltem in AVTRIG^o mutandum, sed hic quoque non tam *Autriçanorum*, quod Sivrio placuit, quam *Autrigonium* scribendum est. Ceterum Harduinus pro *accitis*, quod Brotierius supplevit, addendum censuit *accersitis*, quod eodem redit. Nos autem, ut, quemadmodum primam, ita etiam extremani fragmenti partem utcunque resarciremus, rerum et verborum ordinem securti, scripsimus: *Undique equitibus et suae gentis et Autrigonium accitis oppidani, eruptione facta, Sertorio obviam ierunt, ut eum aditu arcerent*.

Restat, ut aliquid nunc, quod initio harum adnotatio-num polliciti sumus, de aetate Livianarum membranarum at texamus. Paucis tamen: neque enim exspectandum est, ut locus hic omnino perpolitus atque confectus in manus perveniat, sed tantummodo rudis atque inchoatus: quum quae ad eum absolvendum necessaria sunt, maximeque rem continent, ea

nos destituant: tabulae, inquam, quae literarum formas legentium adspectibus subiiciant. Sed haec mox. Nunc illud stet primo, si quae in scriptione mendae insunt, ex quibus multorum, qui de his rebus praeceperunt, iudicio retrahendae membranae ad multo recentiorem aetatem esse videantur, eas quidem eiusmodi esse, ut non modo de iis, quae dixi, temporibus possimus, sed de superioribus etiam (quod liquido hactenus, nisi me omnia fallant, in scholiis demonstratum est) cogitare. Facit ergo, ut in Antoninorum aetatem incidisse earum aetatem putem, ipsa in primis literarum, quibus exaratae sunt, conformatio ac concinnitas, omnino gemina ei, quam Herculanii in aliquot lapideis tabulis ¹³¹), Aquilae in fragmento fastorum, quorum supra meminimus, in urbe denique pluribus in monumentis, quae quid nominatim appellebunt, quum tam multa, tam ante oculos posita sint? observare licet. Quae quidem literarum formae oppido quam, ut monuimus, eleganter sciteque ductarum, tum ipsa scribendi etiam ratio, sive ὀρθογραφία, qua ubique librarius quam emendatissima usus est, sed literarum in primis, de quibus praefati sumus, ductus et conformatio illud efficere debent, tantam ut scripto vetustatem, quantam agnoscere ex ipsis licet, hoc est quanta maxima tribui a nobis potest, assignandam putemus. Antiquas enim literas esse sane constat; quae quidem proxime ad earum formas, quas Augusto imperante scalptas atque effictas animadvertisimus, accedunt. Eiusmodi ergo quum sint. quin iis ipsis, quae manus indicat, scriptas temporibus putemus, quid, quaequo, impedit? Atqui contra ne tanti tam alte assurgamus, deque Augusti ac Livii aetate cogitemus, illud impedimento est, quod Livius *propinquom* certo reliquisset pro eo, quod hic legitur *propinquum*. Nam ut mittam, *vulgus* in ventis eius codicibus, Dausquio teste, lectum fuisse, quod non dubie ex Liviana aetatis exemplaribus haustum in posterioribus apographis retentum est ¹³²): qui enim irrepere aliter potuisse, quum iam voce ac scripto usurpari vulgo desitum erat? Ut igitur hoc mittam, sane testatur Quintilianus, *cervum servumque* scribi se puero consuevisse: *Nostri praeceptores*, inquit lib. I. cap. 7. *cervum servumque* ¹³³), *V* et *O* literis scripserunt. Tum subdit: *Nunc VV gemina scribuntur.*

131) Vid. Brunsii Epist. ad Kennicott. p. 531. ibique not. 10.

132) In codice Vindobonensi quoque haec eiusmodi vocabulorum scriptura servata est.

133) Spaldingius *cervum servumque*, et paullo post *U gemina* scripsit.

Nec in iis modo verbis, quae exempli loco affert Quintilianus, sed ubique digamma praeiret, nunquam illud veteres V litera excipi sinebant, sed in eius locum O substituebant. Post Q autem aequa digamma subsequi in his vocibus *equom*, *servom*¹³⁴⁾, aliisque, auctor est Scaurus p. 2251. ed. Putsch. Recte sane; etiæ quae is ceteroqui uno alteroque libelli sui loco de potestate huius literæ contra antiquos disputat, non facio assis. Sed haec nihil ad institutum. Itaque ut eo redeam, *propinquom* Livius certo scriptum reliquerat, ut et *quoi pro cui*. Illud nunc melius, ait ibidem Quintilianus, *quod cui tribus, quas proposui, literis enotamus; in quo pueris nobis, ad pinguem sane sonum, qu et o i utebantur*. Idem supra de aetatis suae consuetudine haec scripserat: *Item cum, si tempus significaret, per Q; si comitem, per C; si vero causam, per Q ac duas sequentes VV scribebatur*¹³⁵⁾. Quare ex iis, quae proxime ex Scauro diximus, quom etiam scriptum a Livio eiusque aequalibus oportuit tam ad tempus, quam ad causam significandam; ut alibi etiam *quamquonq;* quae omnia verba aliter modo in his membranis leguntur: ut non dubium sit, quin nec a Livii manu proficiisci, nec a cuiusquam eius aetatis scriptoris potuerint. Quid quod si eadem, qua Livius ac Quintilianus usi sunt, scribendi ratione usus librarius fuisse, non tamen continuo agnoscenda ex illorum aetate huius quoque aetas videretur? Ecce enim, quam multa in Mediceo Virgilii exemplari veteris scripturae vestigia, quali ferme Virgilium eiusque aequales usos constat, reliqua sunt? Quod tamen exemplar non dubie pluribus post Virgilium aetatibus conscriptum est. Nunc, quum ne unum quidem ὄρθογραφίας, quae Livii et Quintiliani temporibus obtinebat, certum vestigium in scripto offendatur, non est, cur de eorundem aetate in huius aetate investiganda cogitemus. Accedit, quod multa librarii huius generis ex vetustioribus exemplaribus, multa ex suorum temporum scribendi consuetudine hausta derivare in apographa sua consueverunt; quae illorum inconstancia, sive in eos, qui contra legebant dictabantque, transferenda sit, sive a consuetudinis vi, quam ipsi quoque in transferendis ex alieno scripto locis saepenumero hodieque experimur, repetenda, certe nemini, qui paullulum modo in veteribus calamo exaratis libris versa-

134) Pro *servom*, quod apud ipsum Scaurum legitur, Inventatus posuit *qualis*, quod quid sibi velit, non intelligo.

135) Hunc locum Spaldingius ita edidit: *item cum, si tempus significaret; per q. u. o. m; si comitem, per c ac duas sequentes, scribebatur*. Vid. Schneideri Gramm. Lat. Part. I. Vol. I. p. 337.

tus sit, non plane comperta et explorata est. Quamobrem quium in iis, quae supra innui, verbis perscribendis perpetuo librarius sibi constiterit, satisque ab ea inconstantia caverit, reliquum est, ut existimemus, exemplum, quo ipse usus est, Livii quidem apographum fuisse, sed hoc ipsum ex aliis item huius generis apographis profectum: ut illa, si qua supererant, archetypae scripturae, hoc est antiquioris, iamque vulgo usurpari desitae vestigia, consuetudine sensim, ut fit, superante, aboleri deinceps atque exolescere penitus potuerint. Ex quo item efficitur, ut longe infra Livii, non nihil etiam infra Domitianus ac Quintilianus tempora, ac ne valde res ad vivum, ut dici solet, resecetur, ad Antoninorum certe aetatem referenda librarii aetas esse videatur. Sequitur, ut non iuniorem eum Constantino approbemus; qua in re non gravate, ut arbitror, docti viri, harumque rerum periti mihi assentientur, si modo quum ad huius ipsius τῆς ὀρθογραφίας rationem, quae immane quantum ab illorum temporum, quae huius principatum consecuta sunt, barbarie et sordibus abhorret; tum multo magis ad elegantiam nitoremque literarum animum adverterint, iisque pro indiciis ac testibus in faciendo dandoque iudicio uti velint. Ac memini, (neque enim nunc liber in promtu est) virum amplissimum, deque his literis egregie meritum, Ioannem Gaietanum Bottarium in praefatione Virgilii sui narrare, fuisse qui hoc exemplar ad Septimii Severi aetatem referrent; ad quorum iudicium suum ipse praestante vir ingenio et doctrina iudicium adiungit. Atqui literarum, quibus hic Virgilii codex scriptus est, notae ut ab antiqua manu sint, nihil tamen ad has membranas. Has vero? Imo ne ad alterum quidem Vaticani item Virgilii exemplar, quod Pierius Romanum appellat, cuiusque idem Bottarius literarum pariter ectypas figuras attulit; quae literae proprius quidem ad Livii membranas accedunt, sed ita, ut longo tamen (dicam enim ipsius Virgilii verbis) *intervallo* ab iis distent. Atque haec de scripti aetate satis, quid enim dissimilem? perfunctorie. Sed ut quivimus tamen, non ut voluimus: quum quae res maxime ad iudicandum de hoc genere valent, iis plane destituamus, tabulis scilicet, quod initio professus sum, graphice scalptis, quibus ante oculos propositis, ac vere prolatis, ut dicitur, tabulis, constitui hac super re quod aequius melius posset. Atqui nescio quo Livii fato factum est, ut Brunsio primum, quum is anno superiore multos convenerit, neminem, qui manum tam obscuratae scripturae admovere vellet, reperire licuerit. Quem deinde typographus conduxit, is non tam artis, quam nullam tenebat, peritia confusus, quam mercedulæ, quae pro-

ponebatur, cuique inhibabat, spe illectus ad opus adgressus est. Itaque nihil minus, quam archetypum expressit. Denique (est enim, ut ait Catullus, *res ridicula ac nimis iocosa*) quum multorum, quibus eruditiores oculi erant, convicio permoti de peritiore aroessendo cogitassent, hominem conduxerunt quum gravem et officii plenum, tum virum plane bonum, adeo etiam, quod caput est, artis suae longe principem; sed de quo tamen idem Catullus dixisset: *Haec prius fuere, nunc recondita tenet quiete.* Quare literas hic etiam expressit, non quales videbat ipse, qui omnino propter visus inbecillitatem nullas videbat, sed quales nos utcunque ipsi indicare ac veluti deformare voce, aut scripto potuimus¹³⁶⁾). Sed de his satis. Desinam igitur, si prius tamen addidero, si quis veterum librorum, quae circumferuntur, literarum specimina cum his schedis componat, tum quae de illorum aetate docti viri, atque in antiquitate investiganda diu multumque versati scriptis mandarunt, animo reputet, ei non tam, quemadmodum Antoninorum temporibus conscriptas istiusmodi schedas fuisse approbet, quam quemadmodum non longe ante conscriptas approbet, laborandum esse.

IUVENATIUS.

136) De his scripturae speciminibus vid. supra not. 12. et 37.

V E R S I O N E S

F R A G M E N T I L I V I A N I.

I.

The Gentleman's Magazine, and Historical Chronicle. Vol. XLIII.
For the Year MDCCLXXIII.
p. 314. — 316.

Nevertheless, as he persisted, and was extremely vigilant, another turret, raised on the same spot, at break of day astonished the enemy: at the same time the turret of the town, which was its chief defence, its foundation being undermined, began to open with large chinks, and *** with fire: the Contrebians, terrified at once with the apprehension of the flames and its falling, fled trembling from the wall, and the whole multitude exclaimed that ambassadors should be sent to surrender the city. The same valour, which had attacked the insolent, rendered the conqueror more mild. Hostages being accepted, he exacted a small sum of money, and took away all their arms. The freemen who had deserted, he ordered to be brought to him alive, and made them kill the fugitive slaves, who were more numerous than themselves; they accordingly dispatched them, and threw them down from the wall. Contrebia being taken, with a great loss of troops, in four and forty days, and L. Instelus being left there *** he led his army to the river Hiberns. There, fixing his winterquarters near the city called Castra Aelia, he himself remained in camp, and assembled a meeting of the allied states in the city. He had given notice throughout the province, that arms should be provided according to the abilities of each district; which being viewed, he ordered the soldiers to return the rest. Those which by frequent marches or *** were made new, he divided in the morning among the centurions — — then too —

— he provided with arms the garments which — — pay given to the smiths — — and then required an account of what shops bitumen *** and an account being given, how much could be procured each day. All the instruments of war were therefore prepared at once. Nor did the workmen want materials — — * especially being prepared, nor were they wanting to their respective work. At length, the ambassadors of all the nations being assembled, — — — the things which he himself — — and what he had done in taking the enemies towns, he laid before them, and urged them to finish the remainder of the war, briefly informing them how much it was the interest of the province of Spain that his party should be superior. The assembly then being dismissed, and having ordered ***.— In the beginning of the spring he sent M. Perperna, with twenty thousand foot, and fifteen hundred horse, into the country of the Ilurcaones to guard its seacoast, giving him instructions what road he should take to defend the allied towns which Pompey might besiege, and how his own army might escape the ambuscades of Pompey. At the same time he sent letters to Herennuleius, who was in the same place, and into another province to L. Hertuleius, directing how he would have the war carried on; above all, that he would so defend the allied states, as not to venture a battle with Metellus, to whom he was no match, either in authority or in strength, lest he himself should ** counsel, — — towards — — nor did he think him in — — that if the war should be protracted, the enemy, as he had the sea at his back, and all the provinces in his power, would receive provisions from all parts by ships; but they, after consuming what had been provived the preceding summer, would be in want of every thing ** Perperna to the seacoast, that those things which were yet safe from the ** of the enemy — — and, if occasion offered, might attack them unawares. He himself, with his own army, determined to march to the Hiberones and Autalcones, from whom — — when the towns of Celtiberia were attacked, his assistance being entreated, — — and guides being sent to shew the Roman army the way — — whether he should turn to the seacoast, in order to drive Pompey from Ilurcaonia and Contestania, both nations his allies, or towards Metellus and Rusitania. Meditating on these things, Sertorius led his army unmolested beyond the river Hiberus, through a peaceable country, without offending any one. Proceeding thence into the territories of the Bursaones, Casuantini, and Graccuritani, the corn being all destroyed and trodden

down, he came to Galaguris Nasica, a friendly city, and passing the river near the town, on a bridge which he made, there encamped. The next day he sent M. Masius, Quaestor, to the Aryaci and Cerindones, to enlist soldiers in those states, and to carry forage from thence to Contrebia, which is otherwise called Leucada, near which town was the most convenient passage to the Berones, into which country he had resolved to march his army, and sent C. Iustelus, general of the horse, to Segovia, and into the country of the Vacrei, to procure horses, ordering him with his horsemen to wait for him at Contrebia. Dismissing them, he himself marching his army through the country of the Umicones, encamped on the borders of the Virones. On the next day marching forward with his horse to view the roads, and ordering his foot to follow in a square, he arrived at Vareia, the strongest town in that district. He came upon them *** unexpected, and on all sides with the horse of his own nation, and of the Autric — — —

II.

Mercure de France, dédié au Roi. Par une société de gens de lettres. Octobre, 1773 Premier Volume.
p. 121. — 129.

Cependant le général lui-même passa la nuit suivante sur pié, tellement qu' au point du jour une nouvelle tour, construite par les assiégeans, remplit l'ennemi de surprise; et, ce qui y mit le comble, ce fut de voir le principal rempart, la tour de la ville manquer par ses foudemens, et s'ouvrir en immenses crevasses. Le feu prit en même-tems à une tour de bois d'un des édifices. Les habitans de Contrébie, pressés par le double danger d'être écrasés sous une ruine prochaine, ou de se voir la proie des flammes, prennent la fuite d'épouvante, et désertent le mur. Il n'y eut plus qu'un cri général chez toute la multitude, qu'il falloit envoyer des députés pour rendre la ville. Le vainqueur s'étoit livré à toute l'impétuosité de son courage contre l'ennemi qui l'avoit provoqué; la générosité de ce même courage le porta à la clémence envers un ennemi vaincu. Après avoir reçu des otages, il se contenta d'une modique somme d'argent et de la confiscation de toutes les armes. Quant aux transfuges, il se fit livrer en vie tous ceux qui étoient de condition libre; mais à l'égard des esclaves fugitifs, dont le nombre étoit plus grand, il ordonna aux Contrébiens de les mettre eux-

mêmes à mort. Obéissant donc à cet ordre, ils les précipitèrent du haut du mur après les avoir égorgés. Cela coûta aux assiégeans beaucoup de monde, pendant quarante-quatre jours que dura le siège.

Sertorius laissa sur le lieu Lucius Insteius . . . et conduisit ses troupes vers l'Ebro ; sur la rive duquel il construisit son camp d'hiver, auprès de la ville nommée Castra Aelia. Il restoit assidument dans son camp, allant seulement quelquefois tenir dans la ville l'asssemblée des cités alliées. Il avoit ordonné des armes de nouvelle fabrique dans toute la province, selon ce que chaque peuple étoit en état d'en fournir. Après en avoir fait l'inspection, il commanda à ses troupes de rapporter toutes les autres armes endommagées par des marches nombreuses, ou par de fréquentes attaques de places, ou par leur seule vétusté ; et ayant fait assebler un grand nombre d'ouvriers, il les exhorte à faire ensorte que ces vieilles armes fussent réparées et remises en état pour le point du jour. Lui-même ne quitta point les travailleurs, passant toute la nuit à les aiguillonner par sa présence. Aussi fut il servi de tous avec un égal zèle, nulle matière ne manquant à l'ouvrier, grâce à l'empressement antérieur des cités à remplir les magasins ; et nul ouvrier, d'autre part, ne manquant à sa tâche. Quand on eut rempli ses intentions, et que tous ses soldats furent pourvus d'armes nouvelles, ou réparées à neuf, il les fit assebler, et les haranguant en peu de mots *) : il leur retraca ses travaux aux sièges des villes ennemis, et les exhorte à continuer la guerre, en leur représentant en peu de mots, combien il étoit important pour les provinces d'Espagne que son parti triomphât. Ensuite il congédia la diète des alliés, et leur fixa un tems pour le venir rejoindre au même lieu. Au commencement du printemps, il envoya Marcus Perenna avec vingt mille hommes de pied et quinze cens chevaux au territoire des Ilurcaons, pour couvrir la côte maritime de ce côté-là ; et lui donna des instructions sur les voies qu'il devoit suivre pour défendre les villes alliées que Pompée assiégeroit, et pour surprendre l'armée même de Pompée.

En même tems il écrivit à Herennuleius qui étoit sur cette même côte des Ilurcaons, ainsi qu'à Lucius Hertuleius, dans un autre département, leur prescrivant la manière dont il vouloit qu'ils se conduisissent dans cette guerre. Avant tout, il recommanda à ce dernier de défendre ses alliés, sans en venir aux mains avec Metellus, avec qui il ne pouvoit entrer en

*) Tout ce qui se voit ici de souligné dans la traduction, a été ajouté par conjecture, en suivant, autant qu'il a été possible, les vestiges d'un texte aussi tronqué que celui-ci.

comparaïson ni pour le nombre des troupes , ni pour l'autorité dans la contrée . . . Mais il me semble que Sertorius eût fait sagement de prescrire à son lieutenant une conduite toute contraire. Car il n'y avoit nulle apparence que Metellus cherchât à en venir à une bataille rangée. En effet tout invitoit Sertorius à réfléchir que s'il tiroit la guerre en longueur , l'ennemi qui étoit adossé à la côte , et qui tenoit toutes les provinces sous sa main, auroit le tems de faire venir par mer les convois qu'il desireroit , tandis que lui se trouveroit dans l'indigence de toutes choses , la campagne de l'été précédent lui ayant consommé ses provisions.

Ayant rejoint Perpenna qui s'avangoit vers la côte , Sertorius qui tenoit pour lors la Celtibérie en échec, fut incertain s'il s'attacheroit à écarter Pompée des confins des Ilercaons et des Contestaniens , deux nations alliées , ou s'il se porteroit vers Metellus et la Lusitanie. Occupé de ces grands intérêts , il passe l'Ebro , traverse les pays pacifiés sans faire tort à qui que ce soit. Ensuite dirigeant sa marche sur les confins des Burcaons et des Graccuritains , il ravage tout ce qu'il rencontre , foulant aux pieds les moissons , jusqu'à ce qu'il arrive à Callaguris surnommée Nasica , l'une de ses villes alliées. Là il fait jeter un pont sur le fleuve voisin de la ville , et pose son camp de l'autre côté. Le lendemain il envoie le Questeur Marcus Maccius au territoire des Arvaques et des Cérindons , pour y enrôler des naturels du pays dont ses troupes , et pour faire transporter des bleds de là à Contrébie surnommée Leucade , parce que par-delà cette ville , à partir du pays des Berons , il avoit le passage le plus libre et le plus commode pour diriger la marche de son armée par tout où il jugeroit à propos. Il envoya aussi Caius Insteius préfet de la cavalerie , recruter des cavaliers à Segovie et chez les Vacréens , avec ordre de venir l'attendre avec sa troupe à Centrébie. Ayant ainsi disposé de ces détachemens , il se met lui même en marche avec son armée , prenant sa route par le champ Vinconien. Arrivé aux confins des Virons , il y campe. Le lendemain il va en avant avec ses gens de cheval pour reconnoître les chemins , avec ordre à l'infanterie de le suivre en bataillon quarré. Il marcha de cette manière jusqu'à Vareia , la plus forte place de cette contrée. Son arrivée ne mit point les Vareiens en défaut. Ils avoient rassemblé un grand nombre de cavaliers , tant de leur propre nation que de celle des Autricaniens , etc.

III.

Histoire Romaine de Tite-Live, traduction nouvelle par Dureau de Lamalle et par M. Noël. Tome XV.
p. 173.—185.

Cependant la nuit suivante, Sertorius, qui continuait l'attaque en personne, fit éléver au même endroit une autre tour, dont la vue, au point du jour, frappa les assiégés de la plus vive surprise. En même temps la tour de la ville, qui en avait fait la principale défense, étant minée par le fer et le feu, n'offrit bientôt plus que de larges crevasses, d'où sortaient des tourbillons de flamme. Les Contrébiens, doublement effrayés et par le danger de l'incendie et par celui de la chute du fort, quittent précipitamment les murailles, et bientôt un cri universel presse les magistrats d'envoyer une députation annoncer que la place est prête à se rendre.

Le même courage, qui avait triomphé des assiégés, en dépit de leur résistance, rendit le vainqueur plus traîtable; il se contenta de quelques otages et d'une légère contribution pécuniaire, mais désarma les vaincus et leur enjoignit de lui livrer vivants les transfuges de condition libre. A l'égard des esclaves fugitifs, dont le nombre était plus grand, il exigea qu'ils fussent mis à mort. Les malheureux furent égorgés et précipités du haut des remparts.

Ce fut ainsi que Sertorius réduisit Contrébie, après un siège de quarante-quatre jours et avec une perte considérable. Il laissa L. Instéjus dans la place, et dirigea sa marche vers l'Ebre, dans le voisinage duquel il établit ses quartiers d'hiver, sous les murs de Castra-Aelia. Pour lui, il restait au camp, mais de jour il venait en ville tenir les assemblées où se trouvaient les députations des cités alliées. Il avait donné l'ordre aux diverses peuplades de la province de fabriquer des armes, chacune suivant ses moyens; dès qu'il en eut fait l'inspection, il commanda à ses soldats de lui apporter les leurs.

Celles que les marches, les sièges et les combats avaient mis hors de service, furent réformées; et à leur place, dès le lendemain matin, il partagea par compagnies et dans une proportion égale celles qui venaient d'être fabriquées. Il arma aussi les troupes alliées, les habilla de neuf et fit payer la solde. Il avait fait venir des ouvriers de toute profession, à qui on distribuait dans les ateliers le bitume et les autres matériaux nécessaires, en raison de ce qui pouvait chaque jour être mis en oeuvre.

Ainsi tous les préparatifs de la guerre se faisaient à la fois. Grâce à la prévoyance de Sertorius, les matériaux ne manquaient pas à l'artisan, et, grâce au zèle des villes, les bras ne manquaient pas à l'ouvrage.

Sertorius, ayant ensuite convoqué toutes les députations, expose ce qu'il a fait pour les alliés, les dangers et les fatigues que lui ont coûtés tant de sièges; il les exhorte à soutenir la guerre avec la même constance, qui seule pouvait y mettre fin, et leur fait sentir, en peu de mots, de quelle importance il est pour l'Espagne que son parti triomphe. L'assemblée congédiée, et tous les ordres distribués de manière à donner dans cette contrée de la consistance à ses affaires, il envoie, au commencement du printemps, M. Perperna, à la tête de vingt mille hommes de pied et de quinze cents chevaux, dans l'Illercaonie, pour en défendre les côtes. Ce ne fut pas sans lui donner de sages instructions sur la route qu'il avait à suivre, soit pour couvrir les villes alliées que Pompée pouvait menacer, soit pour l'inquiéter dans sa marche et l'attaquer à son avantage.

En même temps, il écrivit à Hérennuléjus qui était au même endroit, et à L. Hertuléjus qui commandait dans l'Espagne ultérieure, pour lui prescrire le plan de ses opérations, en lui enjoignant avant tout de protéger les villes alliées, sans engager d'action avec Métellus, qui avait sur lui le double avantage des forces et de l'autorité que donne un commandement supérieur.

Ce n'était pas *) qu'il eût lui-même le projet de marcher contre lui, ni qu'il crût ce général porté à combattre, si la guerre trainait en longueur. Dans cette hypothèse, l'ennemi, qui avait derrière lui la mer et toutes les provinces dont il était maître; serait à portée de tirer des munitions de toutes parts, au moyen de ses vaisseaux, tandis que lui, après avoir consommé toutes les provisions de l'été précédent, se trouverait dans une disette absolue.

Perperna **) Il hésitait, s'il devait longer la côte, pour écarter Pompée de l'Illercaonie et de la Contestanie,

*) Traduction de M. Hardouin. Ce n'était pas qu'il crût le conseil bon à suivre pour soi-même. Il ne pensait pas non plus qu'Hertuléjus regardât l'ordre comme absolu, selon l'occurrence.

**) Traduction de M. Hardouin. Il avait envoyé Perperna dans les plages supérieures, afin de couvrir tout ce qui n'aurait point encore éprouvé les insultes de l'ennemi,

qui toutes deux étaient ses alliées, ou s'il tournerait ses armes contre Métellus et la Lusitanie.

Sertorius, agité de ces réflexions, marcha le long de l'Ebre, à travers des campagnes paisibles, sans éprouver, ni faire la moindre hostilité; mais quand il fut arrivé sur le territoire des Bursaons, des Cascantins et des Gracchiritains, il porta partout le ravage, fit fouler aux pieds les moissons, arriva à Galaguris-Nasica, ville qui appartenait à ses alliés, jeta un pont sur le fleuve qui en baigne les murs, et le passa avec son armée qu'il fit camper aux portes.

Le lendemain, il détache M. Masius, son questeur, vers les Arvaques et les Cérindons, avec ordre d'y faire de nouvelles levées, d'en tirer des blés et de diriger le convoi sur Contrébie, autrement Leucade, d'où il pouvait, au sortir du pays des Bérons, conduire son armée partout où il jugerait à propos. Il envoie aussi C. Instéjus, commandant de sa cavalerie, à Segovie et chez les Vaccéens, pour y recruter des cavaliers, et lui ordonne de l'attendre, avec ce renfort, à Contrébie.

Après le départ de ces deux officiers, il conduit son armée sur les terres des Vascons, et va camper sur les frontières des Virous. Le jour suivant, il prend les devants avec sa cavalerie pour reconnaître le pays, tandis que son infanterie avait ordre de le suivre en bataillon carré, et arrive à Varéie, place la plus forte de ces contrées. Prévenue de sa marche, toute la cavalerie du pays, réunie à celle des Autriques, s'y était rassemblée.

IV.

Histoire de la République Romaine, dans le cours du VII^e. siècle;
par Salluste. Livre second, chap. 46. 47. et 49. Tom. I.
p. 574—582. et p. 589—594.

XLVI. Siege et prise de Contrébie.

Le sort malheureux de la ville de Lauron apprit aux petites nations de la Celtibérie qu'elles s'étoient décidées trop vite en faveur de l'adversaire de Sertorius. Il jura de traiter sans

et même pour le prendre au dépourvu, si l'occasion d'une surprise se présentait. Pour lui, il résolut de marcher avec son armée contre les Hibérons et les Autalcons. Il se souvenait d'avoir inutilement imploré leur secours contre la disette de vivres qu'il éprouvait lorsqu'il assiégeait les villes de Celtibérie. On savait même, à n'en point douter, qu'ils avaient envoyé des guides à l'armée romaine. Cependant, etc.

ménagement celles qui les premières avoient donné l'exemple d'abandonner son parti. Les habitans de Contrebia, ville considérable de la Carpétanie, l'avoient sur-tout irrité en retirant dans leurs murs la troupe des transfuges de son armée, qui s'y étoient écoulés en grand nombre au bruit de l'approche de Pompée. Sertorius marcha pour en prendre vengeance, et terminer la campagne par ce coup d'éclat. L'entreprise avoit ses difficultés, et demandoit des préparatifs; les abords de la place étant défendus en plusieurs endroits, sinon par des précipices, du moins par des terrains fort escarpés. Déjà deux fois dans le cours de ce siecle, elle avoit fait une longue résistance aux forces Romaines et n'avoit succombé qu'à de dangereuses et fréquentes attaques. Sertorius, quand il l'eut reconnue, sentit qu'il faudroit former un siège en règle, avec tout l'appareil des machines. On abattit les bois de la forêt voisine; on construisit une tour de hauteur égale aux tours qui bordoient la muraille; on prépara quantité de pieces de charpente propres à la réparer, ou même toute prêtes à être assemblées, s'il en falloit éléver une seconde: et cependant on travailloit sourdement à la sappe du mur; on tâchoit d'emporter la place par les manoeuvres ordinaires, que la brave résistance de l'assiégé rendit infructueuses, malgré le nombre de bons soldats, qu'on y perdit. Les approches des machines ne furent ni moins longues ni moins difficiles; retardées, comme elles étoient à chaque pas, par l'inégalité du sol, et par les sorties continues de la garnison. Plus d'un mois s'étoit écoulé depuis l'ouverture du siège, avant que là tour de bois fût placée vis-à-vis et à portée du rempart: même alors le succès n'en fut pas meilleur. Les assiégés portant de ce côté tout l'effort de la défense, à force de jeter dessus de grosses pierres et d'autres corps pesans, vinrent à bout d'en briser la charpente, et de la faire écrouler sur le massif qui la portoit. A la fin de cette journée, ils rentrèrent dans leurs maisons, l'ame remplie de joie; regardant la destruction de la machine fatale comme le terme presque assuré de leur prochaine délivrance.

Loin d'être déconcerté de l'accident, Sertorius, plus obstiné à réussir dans son entreprise, par le temps qu'il y avoit sacrifié, mit dès l'entrée de la nuit une infinité de bras à l'ouvrage. *Il la passa lui-même sur place tout entière à surveiller les travailleurs: tellement que le lendemain, au point du jour, une nouvelle tour parut élevée comme par miracle aux yeux des habitans. En même-temps l'une des tours de la ville, dont elle faisoit la meilleure fortification, sappée d'avance par ses fondemens, commença de se fendre en larges crevasses, et*

l'on s'apperçut que le feu, mis aux étaies de la mine sonterreine, avoit gagné l'interieur de la tour. Les Contrébiens saisis à la fois de la crainte du feu et de celle de la ruine, se sauverent du rempart dans un trouble extrême: le peuple, d'une voix unanime, cria qu'il falloit capituler. La même grandeur d'ame que la résistance avoit irritée, sut rendre justice au courage, et se laissa flétrir à la soumission: elle rendit le vainqueur facile et modéré. Il se contenta d'enlever les armes aux Contrébiens, de leur imposer un tribut médiocre en argent, et de prendre des otages de leur fidélité pour l'avenir. Mais il exigea que les déserteurs de condition libre lui fussent livrés vivans: ordonnant aux habitans d'infliger eux-mêmes le châiment dans leur ville à ceux de condition servile, dont le nombre étoit plus considérable. Ces derniers furent mis à mort, et leurs cadavres jetés du haut des murailles. Ainsi fut prise la ville de Contrebie, après quarante jours d'un siège qui coûta beaucoup de monde aux assiégeans. Le général laissant dans la place L. Insté̄us, pour la retenir en obéissance, prit, avec le gros de l'armée, le chemin de la riviere d'Ebre.

La Celibérie, durant le cours de cette campagne, fut le principal théâtre des événemens. Dans la province ultérieure, Metellus avoit été tenu sans cesse en échec par Hirtulé̄us, qui l'empêcha de se joindre à Pompée. S'il ne se passa d'ailleurs entr'eux aucune action d'éclat, les personnes versées dans la science de la guerre n'en regarderent pas moins les manœuvres; au moyen desquelles Hirtulé̄us sut mettre obstacle à cette jonction, sans répandre le sang du soldat, comme la meilleure preuve de son habileté dans l'art militaire.

XLVII. Quartiers d'hyver de Sertorius.

Cependant Sertorius employoit le loisir que l'hyver lui laissoit à recruter ses troupes. Il les avoit mises en quartier dans le voisinage d'une petite ville appellée Castra-Elia, pres de laquelle on construisit des baraques. Il prit dans le camp même son logement ordinaire. Mais il alloit quelquefois passer la journée à la ville où il avoit rassemblé les députés des nations liquées avec lui. Il avoit envoyé l'ordre à chacune d'elles, dans toute la province, de faire forger une certaine quantité d'armes proportionnée à ses moyens. Après les avoir examinées, il les jugea d'assez bon service pour remplacer tout ce que les marches fréquentes, les sieges et autres actions en avoient usé ou perdu. Les soldats eurent ordre de rapporter leurs vieilles armes. Les officiers distribuerent le lendemain matin aux lé-

gionnaires, dans chaque troupe, celles qu' on venoit de fabriquer à neuf: on en distribua de même aux Espagnols. Les uns et les autres reçurent aussi la paie et l'habillement.

La précaution qu' il avoit prise d'envoyer des ouvriers apprendre leur métier dans les mines, d'où il les fit revenir, le mit en état d'établir des forges et des ateliers où l'on brûloit, au lieu de bois, une espece de bitume (du charbon de terre). Il avoit dressé le mémoire de l'ouvrage qu' on y devoit faire chaque jour: tellement que les différentes choses nécessaires à l'appareil de la guerre, s'y préparaient à la fois. Les matériaux ne manquoient pas aux fabricans; les villes ligues ayant apporté le soin le plus empressé à tenir prête chaque espece de fourniture. Chaque atelier étoit conduit par un maître artisan, propre à cette espece d'ouvrage.

Il convoqua l'assemblée générale, composée de tous les députés des villes ligues. En même temps qu' il leur fit part des mesures par lui prises avec tant de diligence, pour mettre la province à convert des entreprises de l'ennemi, et pour éloigner la guerre de l'Espagne, il n'omit pas de leur exposer en détail tout ce que lui-même ou ses lieutenans avoient exécuté à l'avantage de la ligue, soit en pleine campagne, dans les combats, soit à la prise des villes du parti contraire: il les exhorte à se porter à ce qui restoit à faire, avec autant d'ardeur qu' ils en avoient jusques-là montrée: il finit par leur faire sentir en peu de mots de quelle importance il étoit pour la nation Espagnole d'assurer à son parti la supériorité sur la faction contraire. Après quoi il congédia l'assemblée, avec ordre aux députés d'aller chacun dans leur ville rendre exactement compte de ce qu' il venoit de dire à tous.

XLIX. Lettres de Sertorius à ses lieutenans. Il rentre en campagne. Sa marche.

Dès que la belle saison fut de retour, on reprit les opérations militaires. Au commencement du printemps, Sertorius détacha de son armée un gros corps de vingt mille hommes d'infanterie, et de quinze cents chevaux, sous les ordres de Perperna, qu' il envoya couvrir la côte maritime du pays des Ilercans. Il lui donna les enseignemens nécessaires sur les diverses routes qu' il auroit à tenir pour barrer à Pompée l'approche des places de la ligue qu' il paroîtroit menacer; et même sur les lieux propres à lui dresser des embuscades sur sa marche. En même temps il adressa, tant à Herennius, dans ces mêmes contrées où il étoit déjà, que dans l'autre province,

à Hirtuléius, des instructions par écrit, sur la maniere dont ils devoient, de leur part, conduire la guerre dans leurs cantons: recommandant surtout à ce dernier de se borner à soutenir les peuples alliés, et de se garder d'engager une affaire en regle contre Metellus, qu'il n'égaloit ni en forces ni en renommée. Si ce conseil eût été praticable, il étoit sans doute le plus sage, comme l'événement ne le fit que trop voir. La conduite d'Hirtuléius se trouve d'avance justifiée dans son malheur, par les raisons contenues dans sa réponse: „Que s'il avoit réussi l'an „née dernière à prévenir sans combat la jonction des deux ar „mées romaines, il ne lui seroit, dans cette campagne, ni „possible, ni même utile de continuer les mêmes manoeuvres: „que l'état actuel des choses en Bétique le jetoit dans la néces „sité de se commettre à la fortune, en risquant une bataille: „que quand même le défaut de vivres lui permettroit de se „maintenir, selon son conseil, dans des postes où il croyoit bi „en que Metellus hésiteroit à l'attaquer, la seule prolongation „de la guerre suffiroit pour lui faire perdre l'Espagne ultéri „eure: que l'ennemi ayant derrière lui la mer et tout le pays „en son pouvoir, étoit à portée de recevoir par ses vaisseaux „les convois en abondance; pendant qu'il se voyoit lui-même „au moment de tomber dans une disette absolue; ayant consom „mé presqu'entier, dans le cours de la saison passée, tout ce „qu'il avoit pu ramasser de provisions.“

Les lettres adressées par Sertorius à Perperna, dans la partie maritime où il s'étoit rendu, comme je l'ai dit plus haut, lui rappelloient à peu près les mêmes choses qu'il lui avoit dites à son départ: il lui enjoignoit, comme aux autres, de se tenir autant qu'il pourroit sur la défensive; de s'attacher principalement à la conservation des pays que l'ennemi n'avoit pas encore entamés; de ne tomber sur lui qu'à propos, et que quand il s'offriroit une occasion de le surprendre.

De sa part, il résolut de mener d'abord en personne le corps qu'il gardoit à ses ordres, du côté des Hiberons et des Autalcons, où il seroit à portée de faire passer aux villes de Celtibérie menacées d'une attaque, le secours qu'elles lui demandoient avec instance. Il fit en effet divers détachemens de ce côté-là; donnant aux troupes romaines des guides du pays, qui les conduisirent par des chemins detournés. Cependant il étoit encore en doute s'il s'approcheroit des côtes de la mer, pour chasser Pompée de l'Illercaonie et de la Contestanie, deux cantons alliés; ou s'il marcheroit en Lusitanie contre Metellus. Il combinoit dans son esprit le pour et le contre, pendant qu'il faisoit traverser à ses troupes un territoire neutre au-delà de l'Ebre, sans y

commettre d'hostilités. Mais dès qu' elles eurent mis le pied sur celui des Bursans, des Cascantins et des Gracchuritains, il ordonna de faire par-tout le dégât et de détruire les récoltes. De là il se rendit à Calaguris-Nassica, l'une des villes de son parti, où ayant fait jeter un pont sur la riviere voisine¹, il vint camper de l'autre côté. Le lendemain il envoya le questeur M. Masius, chez les Arévaques et chez les Cerindons faire des levées de soldats parmi les gens de ce canton, et conduire des convois de grains à Contrebie, autrement aussi nommée Leucade, ville propre à servir de quartier général et d'entrepôt commode. Il pouvoit aisément s'y rendre du canton des Vérons où il étoit; et de là se porter avec l'armée du côté pour lequel il se seroit déterminé. Instéius, préset de la cavalerie, reçut ordre d'aller la rassembler dans le canton des Vaccéens, et de revenir avec elle l'attendre à Contrebie. Après leur départ, il se remit en marche avec l'armée: il traversa les campagnes des Vascons, et vint camper sur les confins du territoire des Vérons. Le jour suivant, il alla reconnoître les chemins, escorté de quelques cavaliers; commandant à l'infanterie de marcher à sa suite en bataillons quarrés. Dans cet ordre, ils arrivèrent à la vue de Varéia, la plus forte place du pays. Sa venue ne surprit point les habitans: ils étoient attendus à l'attaque, et d'avance ils avoient de tout côté rassemblé des forces nombreuses, tant de la cavalerie de leur propre nation, que de celle des Autricons leurs amis, et autres. Tellement que Sertorius, considérant qu'il perdroit peut-être en vain un temps précieux devant cette place; apprenant aussi que Pompée gagnoit déjà beaucoup de terrain dans la Tarragonnoise, prit le parti de laisser Varéia derrière lui, et se détermina enfin à marcher du côté de la mer.

Mémoire

sur des noms de peuples et de villes, dont le Fragment du XC^e. livre de Tite-Live, trouvé dans un Manuscrit du Vatican, de l'ancienne Bibliothèque Palatine, fait mention. Par M. d'Anville.

Mémoires de Littérature, tirés des Registres de l'Académie Royale des Inscriptions et Belles-Lettres. Tome XL^e.
p. 761—774.

Ce qui fait l'objet de ce Mémoire appartient à l'Espagne, 761 qui, dans ce que fournit l'ancienne géographie, est chargée d'un grand nombre de positions. Il suffit, pour en prendre quelqu' idée, de feuilleter Ptolémée, et d'y voir avec beaucoup de nations particulières, un dénombrement encore plus considérable des villes attribuées a chacune de ces nations. Pline y ajoute, par le détail qu' on lui doit, des départemens juridiques sous le nom de *conventus*, formés par l'association de plusieurs villes, dont les principales donnent le nom qui distingue les départemens, ce qui n'a pu prendre une pareille forme qu' après l'établissement de la domination Romaine dans toutes les parties de ce continent sans distinction, et les écrivains Espagnols appliquent à ces *conventus* le terme de *chancellaria*. On sait combien les nations Ibériennes apportèrent de répugnance en différens temps, *longa sera bella Numantiae*, à subir le joug que Rome vouloit leur imposer, et qui fut une suite de la rivalité de puissance entre Rome et Carthage. Plus de deux siècles s'étoient écoulés depuis l'entrée des armes Romaines en Espagne, jusqu' à l'entier asservissement des Cantabres et des Astures sous Auguste, *Cantaber sera dominus catena*, comme on lit également dans Horace. Le 762 détail de ces guerres multiplie les positions de lieu; et en n'omettant point ce que l'Itinéraire Romain fait rencontrer sur les voies militaires, les recherches que demande un grand nombre de lieux pour parvenir à les reconnoître, peuvent donner beaucoup d'exercice dans l'étude de l'ancienne géographie, sans sortir des limites de l'Espagne.

Ce qu' on doit au Fragment est une expédition de Sertorius, et débute par le siège et la prise d'une ville nommée *Con-*

trebia, dont Tite-Live avoit déjà fait mention au sujet d'un évènement antérieur, et dans son XL^e. livre: elle est également citée dans plusieurs autres historiens, qui ont parlé des guerres des Romains en Espagne. Selon ce premier récit, une armée Romaine, après avoir traversé les terres des *Carpetani*, qu' on sait avoir occupé la partie septentrionale de la nouvelle Castille, arrive à *Contrebia* chez les *Celtibères*, qui avoient secouru cette place, dont la perte leur causa un grand dommage: *per Carpetaniam ad Contrebiam ductae legiones*. Or, je vois le docte Ambrosio de Moralés nous indiquer, dans ses recherches sur les anciennes villes d'Espagne, les vestiges d'une de ces villes à l'entrée précisément de ce qui étoit *Celtibérie*, en sortant des terres limitrophes en *Carpétanie*. Le lieu est actuellement appelé Santavér, et j'en ai trouvé la position dans une carte Espagnole particulière de l'évêché de Cuenca, qui ayant été inconnue aux géographes (comme leurs ouvrages m'ont permis d'en juger) fait un canton remarquable en Espagne, dans la première des trois parties de ma carte de l'Europe, où j'aurois fort désiré qu'il en fût de même dans la vieille Castille et Léon. Un lieu qui ne figure plus qu'aux yeux d'un savant sur ce qui intéresse l'antiquité, n'a pas trouvé de place dans une carte trop général: mais, je designerai son emplacement sur la rive gauche d'une rivière nommée Guadiela, vers son embouchure dans le Tage, auquel cette rivière porte plus d'eau que le fleuve, encore peu éloigné de sa source, n'en à lui-même au-dessus de ce confluent. Il faut dire, que Moralés eu parlant des vestiges qui sont à Santavér, n'en fait point l'application à la position de *Contrebia*, comme il fait ailleurs, et d'un autre lieu, à l'égard d'*Ergavica*, qui étoit une ville considérable des *Celtibères* hors du sujet que je me suis proposé de traiter. Mais on peut dire ici, qu'il ne paroît point de situation plus convenable à cette ancienne place de *Contrebia*, dont il est question particulièrement.

763 Après avoir soutenu un siège de quarante-quatre jours, elle capitule, et Sertorius ayant ensuite vaqué à l'arrangement des affaires, prend sa route vers l'Ebre, *ad Hiberum flumen*, et se dispose à hiverner *secundum oppidum, quod Castra Aelia vocatur*. Cette ville de *Castra Aelia* paroît inconnue; et on verroit peut-être quelque difficulté à la confondre avec *Castra Caecilia*, dont il est mention dans Pline, ainsi que d'un autre lieu de *Castra Iulia*, que son nom peut faire juger postérieur au temps de la guerre de Sertorius en Espagne. La difficulté seroit de s'écarter fort au loin, et jusqu'en Lusitanie. Car, c'est en cette province qu'il est parlé de *Castra Caecilia* dans

Après avoir soutenu un siège de quarante-quatre jours, elle capitule, et Sertorius ayant ensuite vaqué à l'arrangement des affaires, prend sa route vers l'Ebre, *ad Hiberum flumen*, et se dispose à hiverner *secundum oppidum, quod Castra Aelia vocatur*. Cette ville de *Castra Aelia* paroît inconnue; et on verroit peut-être quelque difficulté à la confondre avec *Castra Caecilia*, dont il est mention dans Pline, ainsi que d'un autre lieu de *Castra Iulia*, que son nom peut faire juger postérieur au temps de la guerre de Sertorius en Espagne. La difficulté seroit de s'écarter fort au loin, et jusqu'en Lusitanie. Car, c'est en cette province qu'il est parlé de *Castra Caecilia* dans

Pline, et conformément à une place que l'Itinéraire Romain lui assigne sur la grande voie, que la beauté de son pavé fait appeler *camino de Plata*, ou *via Argentea*, entre Mérida et Salamanque; et le lieu qui sur la trace de cette voie, et dans la distance convenable à partir de Mérida, est appelé Casserés (ou Cacérés, selon l'usage actuel d'écrire ce nom) paroît conserver une dérivation de celui de *Castra*. Il seroit au reste vraisemblable que Sertorius pouvoit avoir, en cas de besoin ou de convenance dans ses affaires, une retraite assurée en Lusitanie, puisqu'on sait par l'histoire qu'il y avoit ramassé les forces qui lui firent entreprendre et commencer la guerre. Le Fragment fourniroit même de quoi autoriser cette conjecture, dans un endroit où Sertorius paroissant balancer entre différens partis, il est question de la Lusitanie, *an ad Metellum et Rusitaniam se convertat*; car, la méprise sur la lettre initiale est évidente. Mais, poursuivons sur ce qui nous est donné par rapport à l'objet que je me suis proposé dans ce Mémoire.

Un détachement est euvoyé chez les *Ilurcaones*, ou en Ilercaonie (comme on lit dans un autre endroit, et plus correctement) pour protéger la partie maritime, *ad tuendam regionis eius maritimam oram*, et on les connoit comme ayant habité à la droite de l'embouchure de l'Ebre. Toute notion nous manque (et ce défaut de lumière peut-être pardonnable) sur les *Hiberones* et *Autalcones*, dont il est ensuite parlé comme ayant sollicité du secours auprès de Sertorius, lorsque les villes des Celtibères étoient attaquées, *cum oppugnarentur Celtib. urbes*. Pour ce qui est de *Sertorius*, il fait route avec tranquillité, et sans causer aucun dommage au pays, le long de l'Ebre, *praeter Hiberum amnem per pacatos agros quietum exercitum sine ullius noxa duxit*. Et ce qui suit sans interruption nous apprend, que partant delà, *profectus inde*, il arrive dans le territoire de trois peuplades particulières, où il agit au contraire comme en pays ennemi, *in Bursaonum et Casuantinorum et Graccuritanorum fines*, *evastatis omnibus, proculatisque segetibus*; et il faut s'arrêter ici sur le texte du Fragment, avant que d'être conduits plus loin à *Calagurris*, ou Calahorra.

Les noms qu'on vient de lire répondent à des villes, qui sont citées ainsi comme limitrophes dans le district de chacune d'elles en particulier. La dernière n'a point encore trouvé sa place dans l'ancienne géographie; et parce qu'il n'en est pas de même des deux autres, elles serviront, et sur-tout la seconde en situation immédiate, à la faire connoître. On trouve

Cascantum, selon la vraie leçon dans Ptolémée ; et Pline nous donne l'ethnique de cette ville sous la forme des *Cuscantenses*. On lit *Cascantum* avec la qualité de municipé, dans une médaille de Tibère citée par Cellarius. Le Fragment, qui par des lacunes de mots, et même de lignes, ne nous est parvenu que dans un état d'imperfection, et qui est manifestement incorrect par l'altération de quelques lettres, dans des noms propres mieux connus d'ailleurs, donneroit une leçon irrégulière du même nom de *Cascantum*. Or, on connaît Cascante, à environ quatre lieues de Borja, et au-delà de Borja en partant du voisinage de l'Ebre, selon la route que Sertorius avoit suivie 765 (comme il est dit ci-dessus) pour arriver jusque-là. D'après ces circonstances, qui ne voit, qu'en lisant *Buriaones*, au lieu de *Bursaones*, quoiqu'on lise de même dans Pline, mais par la réforme d'une seule lettre, sur laquelle il auroit été facile à des copistes de se méprendre, qui ne voit, dis-je, qu'il est ici question de Borja, qui est une ville dans cette contrée, et non pas un lieu demeuré trop obscur, comme il en est à-peu-près également de Cascante ?

Les *Gracuritani* succèdent aux *Cascantini* ou *Cuscantenses*. Une ville qui dans son établissement portoit le nom purement Ibérien d'*Iliturgis*, avoit pris le nom de *Gracchuris* ou *Graccuris* sans *h*, car on le trouve écrit ainsi diversement. Elle devoit ce nom à Tiberius Sempronius Gracchus, comme un monument que ce Romain, père des Gracques, Tiberius et Caius, avoit voulu laisser de sa victoire sur les Celtibères. Les opinions sont partagées sur la position de cette ville, ce qui demande qu'elles soient soumises à un examen rigoureux. Oihénart, critique judicieux, jette les yeux, dans sa notice *utriusque Vasconiae, veteris et medii aevi*, sur l'emplacement qu'occupe Alfaro, lieu assez considérable, à la rive droite ou méridionale de l'Ebre au-dessus de Tudela, et près de la jonction de rio Alamo avec ce fleuve. Or, j'accède à cette opinion, et voici ce qui m'y détermine. La position de *Graccuris* nous est donnée sur une voie Romaine, qui depuis *Pallantia*, ou *Paleucia* dans le royaume de Léon, tendant à *Caesaraugusta*, Saragoce, s'approche du cours de l'Ebre, dont elle ne quitte point le voisinage depuis *Calagurris* ou *Calahorra*, et sur laquelle *Cascantum* se rencontre aussi, et à la suite de *Graccuris*, de même que *Graccuris* suivoit *Calagurris*, comme il convient au local positif. C'est ce que la combinaison qu'on peut faire de deux endroits de l'Itinéraire qui se rapportent à la même voie, met en évidence. La somme de deux distances particulières entre *Graccuris* et *Caesaraugusta*, XXVIII et XXXVI

dans l'Itinéraire, est LXIV, et je trouve que la carte Espagnole de l'Aragon par Labaña, et qui est de six feuilles, fait compter 16 lieues entre Saragoce et Alfaro. Or, selon le résultat que donne mon Traité des Mesures itinéraires p. 144. d'une évaluation de la lieue commune d'Espagne sur le pied de 19 au degré, ou d'environ 4 milles Romains, il en résulte que les 16 lieues se rapporteront aux 64 milles de l'Itinéraire Romain. Cette convenance n'étant point recherchée par ménagement sur la circonstance qui se présente ici, il nous est permis de conclure, que *Graccuris* prend indubitablement sa position à Alfaro : et c'est l'emplacement que j'ai eu en vue dans la feuille occidentale de l'*Orbis Romanus*, préférablement à un autre.

Il est à propos de s'arrêter un moment sur la position intermédiaire de *Graccuris* à Saragoce. Son nom est *Balsio* dans l'Itinéraire, autrement *Belliso*, selon une autre leçon, que Surita voudroit préférer, en y remarquant quelque analogie avec le nom de *Belsinum*, qui est celui d'une ville des Celtibères dans Ptolémée, et que je vois être rapportée à Borja, dans un écrit que Labaña a joint à la carte d'Aragon dont j'ai parlé. Sanson a pris la même position dans sa carte de l'ancienne Espagne : mais, les *Buriaones* n'avoient point encore pris leur place ; et on ne verra aucun rapport entre leur nom (qui est assez évidemment celui de Borja) et *Belsinum* : On peut convenir qu'il n'en est pas tout-à-fait de même à l'égard de *Balsio*, ce qui est propre à nous faire reconnoître une ville des Celtibères, séparément de celle des *Buriaones*. En considérant le local, cette position tombe sur un lieu nommé *Mallen*, ou *Maillen* selon la prononciation Espagnole, qui mouille les deux *ll*. La distance à l'égard de *Graccuris* d'une côté, et de Saragoce de l'autre, est inégale à-peu-près en proportion de ce qu'indique l'Itinéraire. C'est un lieu distingué au-dessus des plus communs par leur grand nombre, et près duquel un pont sur une petite rivière nommée la *Huecha* donnoit passage à la voie, qu'une branche particulière, qui faisoit la communication de *Turiaso*, ou *Taraçona*, avec Saragoce, rencontraoit au même lieu ; et de-là vient que *Balsio* est répété deux fois dans l'Itinéraire. Je trouve dans les Annales de la Couronne d'Aragon, composées par Surita, qu'il est parlé de *Mallen* 767 sous l'an 1127, en ces termes, *mando (el Rey) a poblar el lugar de Mallen*; sur quoi il faut remarquer, que dans le temps des guerres entre les Chrétiens d'Espagne et les Maures, où la dévastation des places frontières étoit fréquente, l'expression de *populare* est placée par les chroniqueurs pour désigner un

rétablissement de population, et plus communément que pour une fondation primitive.

Mais, ce n'est pas assez d'avoir montré la position qu'il convient à *Graccuris*: il faut encore faire voir, qu'on s'est égaré dans une autre opinion, qui est celle de plusieurs auteurs Espagnols. Placer *Graccuris* à Agréda, c'est l'enlever à une route prolongée dans le voisinage de l'Ebre, en remontant depuis Saragoce dans un grand espace; c'est transporter cette même ville sur une autre route écartée dans les terres, et qui conduisoit à Numance. Sur cette voie, à XVII milles de *Tuziaso*, selon l'Itinéraire, une ville que Ptolémée attribue à la nation des *Pelendones*, étoit distinguée par le nom d'*Augustobriga*, et dominoit en ce canton, comme les inscriptions de plusieurs colonnes milliaires, dont le numéro est relatif à leur distance de cette ville, le témoigne sans équivoque: car, on sait assez qu'il en étoit ainsi à l'égard des villes qui avoient la prérogative de capitale dans un territoire particulier. Cette ville n'est plus connue que par quelques vestiges dans un petit lieu nommé Muro, et Agréda doit son agrandissement à la décadence d'une ville voisine, comme à sa situation sur une route qui donne entrée dans la Castille, pour arriver par ce côté-là à Madrid, qui n'est devenu au rest le séjour le plus ordinaire des Rois qu'après Valladolid, et depuis trois à quatre cents ans. Il est à propos d'observer, qu'une route qui de *Cascantum* (que nous avons trouvé sur la voie qui conduit à *Graccuris*) tourneroit subitement vers Agréda, formeroit par cette grande déviation, un angle presque droit; et quoique par la suite nous ayons à rencontrer des positions qui se soutiennent dans l'allignement, ayant un rapport de continuité avec celui qui nous

768 a conduit à *Graccuris*, l'angle dont on vient de parler seroit suivi d'un autre à-peu-près égal, pour reprendre la voie à *Calagurris*. Le P. Hardouin dans une note sur Pline (p. 142. du premier vol. de l'édit. in-fol.) croit avoir décidé la question en faveur d'Agréda, sur ce que des Martyrs appelés *Graccuritani*, sont inscrits dans le Martyrologe sous le nom de *Martyres de Agréda*; comme si quelques reliques qui ont pu être transférées dans le lieu d'un grand passage, et une dévotion établie en conséquence, désignoient indubitablement une identité de lieu. Combien allégueroit-on d'exemples qui démentiroient cette opinion? Cellarius, (Tome I.^{er}, p. 113.) s'en rapporte sur ce point au P. Hardouin. Il fait plus dans le jugement qu'il porte, que par l'Itinéraire *Graccuris* s'écarteroit autant de l'Ebre vers l'occident, que Ptolémée le fait au contraire vers l'orient. Mais, en reconnoissant beaucoup de savoir et de littérature

dans Cellarius, en convenant qu'on lui est redevable d'un ouvrage considérable sur la géographie, et très-utile, on peut lui refuser le témoignage d'avoir été habile en géographie.

Le Fragment, dont il est question de faire usage pour notre objet particulier, poursuit, sans aucun mot intermédiaire, après ce qui a été rapporté des *Buriaones*, *Cascantini*, et *Graccuriani*, en disant; *ad Calagurim Nasicam, sociorum urbem, venit, ransgressusque annem propinquum urbi, ponte facto, castra posuit*. La distinction de *sociorum urbem*, qu'on peut remarquer ici, fait voir l'affection des peuples en Espagne partagée à cette guerre, et pourquoi Sertorius en agit différemment d'un canton de pays à un autre. Quant au nom de la ville que nous rencontrons, il se lit communément, et de même qu'ici *Calaguris* dans les anciens monumens, mais non pas universellement; car on trouve aussi *Calagurris*, et la leçon de l'Itinéraire est *Calagurra*. Il semble même que la lettre qui subsiste oublie dans le nom actuel de Calahorra, et de même dans celui de Loharré à l'égard d'une autre *Calagurris* que celle dont s'agit, témoigne un usage habituel de cette prononciation. L'Espagne avoit deux *Calagurris*, distinguées entre elles par des surnoms; celui de *Nasica* vient de paraître, l'autre étoit 769 *Fibularensis*; et on voudroit ne se point méprendre dans leur application à l'une ou à l'autre de ces *Calagurris*. Dans Pline ib. III.) les *Calaguritani*, qui *Nassici cognominantur*, précèdent immédiatement les *Ilergetes* et les *Oscenses*, qui représentent Lérida et Huesca, et c'est dans les confins de cette dernière ville vers le nord, que Loharré est une *Calagurris*. Devenant que Surita paraît se déclarer pour celle-ci sur le surnom de *Nassici*, disant ensuite, *Fibularensis ex Calagurri asconum*, ce qui tombe sur Calahorra. M. de Marca opine à contraire, quoique sans produire quelque preuve particulière; et son nom seul détermine Cellarius. Mais, cette preuve qui manquoit, nous est fournie par le Fragment, puisqu'il manifeste que Sertorius ne s'y trouve point transporté dans le grand éloignement de l'Ebre, près d'Huesca au pied des Pyrénées. On ne trouve aucun moyen de savoir à laquelle des deux *Calagurris* appartient l'honneur d'avoir donné la naissance Quintilien.

Le lendemain, *postero die*, de l'arrivée à *Calagurris*, Sertorius envoie son questeur *in Arvacos et Cerindones*, pour y faire les levées et ramasser des grains. Les *Arevaci* ou *Arevaceae*, forment une grande nation sur le fleuve *Durius*, ou Duero, au bord de la chaîne de montagnes qui sépare la vieille Castille avec la nouvelle. Le nom qui dans le Fragment se lit *Cerin-*

dones, par méprise sur deux lettres consonnes, ne peut être que celui des *Pelendones*, qui sur les limites des Arevaques, étoient Celtibères de nation, dans les terres où le Duéro prend sa source, peu au-dessous de laquelle étoit située la fameuse Numance, *in Pelendonibus*, comme le dit Pline, plutôt que chez les Arévaques selon Ptolémée. On a été long-temps à se méprendre considérablement sur le lieu qu'occupoit cette ville, en voulant que Zamora fut Numance. Moralés dit avoir vu un titre, *privilegio*, de plus de 600 ans au-dessus du temps où il écrivoit, qui étoit celui du règne de Philippe second, ce qui remonte au dixième siècle, par lequel il paroît qu'on tenoit 770 pour constant et avéré, que *Zamora era la antigua Numancia*; et il n'est pas étonnant que des chroniqueurs postérieurs, et entre autres Leu évêque de Tuy, dans le treizième siècle, aient écrit de même. Il est vrai que Zamora fut une place très-disputée entre les princes Chrétiens et les Maures; mais si elle est voisine du Duéro, comme l'avoit été Numance, c'est vers le milieu du cours de ce fleuve, qui est d'environ 120 lieues, et conséquemment de 60 du lieu de son origine, ce qui est fort éloigné de ce que Pline paroît donner à entendre en disant, *ortus (Durius) in Pelendonibus, et iuxta Numantium lapsus*. Ginés de Sépulvédá est le premier, qui dans une de ses lettres ait indiqué l'emplacement de Numance, comme étant un peu au-dessus de la ville de Soria, près d'un pont nommé Garrahi. Dans un Traité, où il s'agit de définir les limites du royaume de Navarre, sous le règne de Sanche surnommé le Grand, et dont la date revient à l'an 1016, il est dit sur ces limites, vers le Duéro, *ibi est Garrahe civitas antiqua deserta*, ce qui désignoit Numance, sans la faire connoître par son nom. On peut croire qu'il exista un lieu quelconque de Numance depuis la destruction de cette place, qui avoit donné tant d'exercice aux armes Romaines, puisque l'Itinéraire Romain en fait une mansion sur une voie militaire; et je remarquerai, que cet Itinéraire faisant compter 95 milles entre *Cuesaraugusta* et *Numantia*, lorsque Strabon parle de cette distance comme étant de 600 stades, il ne doit paroître de diversité dans ces indications qu'autant qu'un compte rond comme il se montre dans Strabon, peut souffrir de réduction dans une compensation rigoureuse des milles et des stades, par laquelle le nombre des stades fourniroit 100 milles; et on ne rencontre pas toujours d'aussi près en pareille combinaison.

La célébrité de l'objet dans ce qui peut paroître une digression la rend excusable. Sertorius en détachant son questeur, lui ordonne de rabattre ensuite sur une place, que l'on

voudroit fort pouvoir découvrir: *Contrebiam, quae Leucada appellatur, praeter quam urbem opportunissimus ex Beronibus 771 transitus erat, in quamcumque regionem ducere exercitum statuisset.* On voit au premier coup-d'oeil, que cette *Contrebia* est très différente de celle qui a fait un premier article de discussion dans ce Mémoire, et de laquelle nous nous trouvons actuellement très-écartés. Il semble même, que c'est par l'intention de la faire distinguer, qu'on a mis ici, *quae Leucada appellatur.* En citant les *Berones*, de chez lesquels la position de *Contrebia* ouvroit un passage à l'armée de Sertorius de quelque côté qu'il voulût la conduire, la narration fournit un moyen de déterminer le canton auquel il convient d'appliquer ses recherches. La connoissance qu'on a d'une ville nommée *Tritium*, que Ptolémée indique appartenir aux *Berones*, établit cette nation dans ce qu'on appelle la Rioxa, sur la droite de l'Ebre, au-dessus de Calahorra immédiatement, et comme un prégrès dans l'expédition de Sertorius le demande. En cette province assez resserrée en étendue, un petit lieu conserve le nom de *Tritio* près de la ville de Najera, qui par sa proximité, et un état d'existence plus apparent, est *Tritium* dans quelques chroniqueurs, et notamment Sampir évêque d'Astorga, qui parlant d'Ordoño second, fils d'Alfonse-le-Grand, et régnant au commencement du neuvième siècle, s'exprime ainsi: *cepit et oppressit Naieram, quae ab antiquo Tritio vocabatur.* Le passage de la voie Romaine en ce canton nous est indiqué par le surnom de *la Calçada*, que porte la ville nommée San-Domingo, à quelques lieues au-de-là de Najera, vers le couchant.

Comme il est question ici de trouver une place considérable, je crois devoir jeter les yeux sur celle qui dans un temps du moyen âge figure sous le nom de *Cantabria*. Ce nom paraîtroit aussi celui d'une contrée, et il est joint au nom de *Pamplona*, qui désigne la Navarre, dans un titre de l'an 983 du règne de Sanche Abarca, qui par conquête s'agrandit de ce côté-là; et il est fait mention de *Cantabria* sous le titre de *Ducatus*, dans l'histoire écrite par Rodéric, archevêque de Tolède. L'étendue de ce Duché resserroît au nord de l'Ebre, la Castille dans son état primitif, et appelée *Castella vetula*. Sur la 772 droite du fleuve, ou au midi, il comprenoit la Rioxa, *a Nagerense urbe usque ad Tutelam*, comme on lit dans l'ouvrage très-estimable du P. de Moret sur la Navarre. Cette Cantabrie étoit ainsi très-différente du pays qu'occupoient les anciens Cantabres, et qui sous les rois Goths formoit un Gouvernement, dont avoit été pourvu le père de Pélage, ou du


fondeur d'un royaume en Asturie, est décrit par Sandoval, dans ce qu'il a intitulé *Anotaciones sacadas de escrituras antiguas*. On le voit circonscrit dans ses limites, conformément à ce qui convient à l'ancienne Cantabrie, comme adjacente à la mer dans une partie des Asturies, en donnant pour résidence au gouverneur la *Ciudad de Cea*, située sur le penchant des montagnes, fort au loin à l'égard de la ville de *Cantabria*. Quant au titre de Duché, donné à ce Gouvernement, il n'en est point question, vu qu'il étoit inconnu dans la monarchie des Goths, et purement Romain.


Il faut donner connoissance de la position de *Cantabria*. Dans les Additions à la *Poblacion de España* de Rodrigo Mendez Silva, qui ont été publiées en 1748, elle est indiquée en la *ribera del Hebro, entre Logroño y Viana*: et en effet je la vois ainsi placée, et en lieu éminent, dans une grande carte de la Navarre par Joseph de Horta, et non dans aucune autre, parce qu'il n'en subsiste que quelques vestiges, ayant été ruinée, au rapport de l'auteur des Additions, par le roi Leúvigilde en 572. Or, dans cette situation on reconnoît une place, qui au-delà de *Calagurris*, par une marche ultérieure dans l'expedition de Sertorius et en atteignant positivement les limites des *Berones*, pouvoit ouvrir l'entrée de différens côtés dans les parties adjacentes, selon que le fragment s'en exprime d'une manière précise, *prueter quam urbem opportunissimus ex Beronibus transitus erat, in quancumque regionem ducere exercitum statuisset*. Je m'abstiendrai volontiers de ce que j'estime n'être pas nécessaire, qui est de chercher à convertir le nom de *Contrebria* en celui de *Cantabria*, quoique ce dernier paroisse déplacé.


773 On trouveroit toutefois bien des exemples qu'on se soit fondé sur des interpolations plus violentes que ne seroit celle-ci. Combien citeroit-on de dénominations particulières, qui, par leur ressemblance avec un nom plus connu et familier, ont été confondues dans l'usage avec ce même nom? Pour ce qui regarde le surnom de *Leucada*, on peut demander s'il étoit Grec, ou Ibérien.

Après d'assez longues discussions, il nous reste peu de chose à dire pour arriver au terme de ce que donne le Fragment. Sertorius envoie un général de la cavalerie à Ségovie, et in *Vacreorum gentem* (lisez *Vaccaeorum*) qu'on sait avoir été placés sur le Duero, et sur Pisuerga et Coca, qui se rendent dans ce fleuve; en ordonnant à cet officier de le joindre à *Contrebria*. Pour lui en personne, per *Umconum agrum* (dont le nom ne paroît pas sans quelque altération) *ducto exercitu, in confinio Vironum posuit castra*. Or, si nous poussons au-delà

de *Contrebia*, nous trouvons sur le bord de l'Ebre Brionés, qui dans une bouche Espagnole sera Vrionés, avec une grande analogie à la dénomination que donne le texte, sans autre diversité que la transposition d'une lettre. Et il y a un avantage à remarquer dans la connaissance qu' on vient d'acquérir de Vrionés en avant de *Contrebia*; c'est de mettre des bornes au canton de pays dans lequel il convenoit précisément de faire la recherche de cette ville entre deux positions données, dont *Calagurris* a été la première, comme Vrionés est la seconde, l'une vers l'entrée, l'autre vers la sortie de ce canton. Sertorius ne mettant point d'interruption dans sa marche, part le lendemain à la tête d'une troupe légère, et précédant le gros de son armée, il arrive devant une place nommée *Vareia*, la plus forte du pays, et dont la position conviendra précisément à celle de Haro, sur le même bord de l'Ebre, à quelques lieues plus haut que Brionés. Le nom actuel de cette place est celui d'une ancienne maison, qui a donné à la Biscaye et au Guipuscoa des Seigneurs, soumis à des devoirs à l'égard de la couronne de Navarre, avant que la Castille se rendît dominante en ces provinces sous le règne d'Alfonse IX, au commencement du treizième siècle. Pour ne rien omettre, il faut dire, que le 774 nom d'*Autric* . . . , qui sans être écrit complètement, termine le Fragment, est celui des *Autrigones*, qu' on sait avoir habité dans le voisinage de l'Ebre, au-dessus des *Berones*, en pénétrant d'un autre côté jusqu' au rivage de la mer dans le voisinage des Cantabres. Voilà ce que la curiosité excitée par la découverte d'un ancien monument m'a fait écrire pour le soumettre au jugement de l'Académie.







14448

LL Livy Historiarum libri qui supersunt... ex
L7888K recens. Drakenborchii... ed. Kreyssig. Vol. 4.

NAME OF BORROWER

DATE

**University of Toronto
Library**

**DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET**

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED

UTL AT DOWNSVIEW

A standard linear barcode is positioned at the top of the sticker.

D RANGE BAY SHELF POS ITEM C
39 13 24 08 03 005 0